legē, dan du würst vil hüpscher stück vō ienē hörern, Darnach schick dir auch ein faß, wie etwan gewēßē ist, dz die vō Carthago brauchten, inwendig mit spitzēdē negelē beschlagen,
20 darinnen sie den Römer Marcū Regulū welgetē.

Tyr. Des gleichē stehet wol zu bekommē.

Phal. Du solt etzlichē die augē lid abschneidē, vñ die selbigē darnach gegē d' Sonnē stellē, dz sie in der schein müssen sehē.

Tyr. Ist nit ein ungeschikter fūdt.

25 Phal. Dz selbig habē die vō Carthago erfūdē, Nun soltu giessen lassē ein erēs pferd, §. 18.
inwēdig hol, darein glüēd kolē legē, vñ darnach einē mēschē daruff setzē.

Tyr. So würd es sich ebē recht schickē, dz ich dē ochsen vñ dz pferd bei einand' stelle.

Phal. Ja ebē, mer saltu etzlichē die haut vō gantzē leib biß vff hēd füß vñ dē kopff abschindē, darnach kleid' anlegē vñ sie lassē hin vñ her ghē.

30 Tyr. Dz wil ich auch versorgē.

Phal. Du magst auch einē d' also geschundē ist mit eschē beyssen.

Tyr. O Tyrannei, was lustes vō martern lerestu mich do. §. 19.

Phal. magst sie auch mit essig giessē.

Tyr. Würd lustig sein.

---

[1] Aerum *5 in* Verum, *sed non* Aomanum *5. paullo infra in* Romanum *mutavit B.* cognosces *A.* [2] De Regulo cf. c. gr. Val. Max. IX. 2, ext. 1. et I. 1, 14. Gell. VII [VI]. 4. monendum tamen est dolium istud fabulosum videri. Rhomanum *A.* [4] etiam *addid. B. 9.* ab [*corr.* p̄] feindes, deinde adu. *A.* [6] Nec illud | insc. *A.* [7] Carthag.] cf. Gell. l. c. inuentum [*suprascriptum est*, *tum*] & ipm̄ idem inst. *A.* [8] eumque ... resilierit. *B.* cui imposito igne [ingne *A.*], superinsidere plectendos iubebis. *ceteri. Pro* equitari, *cuius verbi extremas litteras cutter abscidit ab extremo margine B.* ignitum *dedit 9. perperam.* [12] facias *A.* [15] o Tyrannis delicias *A.*

PHALARIS. Aut urtica confricantur.

TYRANNVS. Suaviter.

PHALARIS. Multos pedibus ac manibus postquam mutilaveris, vivere coges; quibusdam oculos erues; aliis aures resecabis; aliquando aut nasos vel dentes forcipe excerpi aut linguam excindi curabis. 5

TYRANNVS. Iam quædam istiusmodi exercui; avitum præterea insigne, id cornu cervinum est, quorundam buccis inussi.

§. 20. PHALARIS. Macte animo Sueve, sic Tyrannis colitur. Iubeo et interfectos liberos epulandos apponere parentibus.

TYRANNVS. Nisi omnis occasio defuerit, patratum habebis. 10

PHALARIS. Atque illud tibi invenerunt, quos vides, Græcus iste Atreus, et Medus Astyages.

TYRANNVS. Gratiam habeo.

PHALARIS. Iam illa, nervos extrahere, ungues adurere, serra vel lignea medium dissecare aut aversis equis distrahere vel, quo genere usus est 15

Phal. Od' mit neſſelē reybē.

Tyr. Dz iſt freilich ein ſüße marter anzuſehen.

Phal. Vilē menſchē ſaltu hēdt vñ füeß abhawē, darnach ſie laßē lebē, ob ſie ſchō lieber tod werē, etzlichē die augē auß ſtechē. and'n die ōrē abſchneiden vnd naſen, die zen mit tzangen außbrechē, od' die zungē außreiſſen. 20

Tyr. Solicher ſtück hab ich ſchon gereyd etzlich geübt, So pflag ich dz hirßhorn meines wopens zeichen etzlichē in die backē zu brennē.

§. 20. Phal. O du großmütiger Schwab, alſo muß man dir Tyrannē nachgehē, jch lere dich auch daſtu jüge kinder laſſeſt kochē, vnd ſie iren eltern zu tiſch auff tragē, vñ eſſen geben. 25

Tyr. Jch kön es dan nit ſchickē, ſol dein will erfült werden.

Phal. Das ſelbig ſtück habē dir erfundē der krichiß Tyran Atreus, vñ einer auß Media Aſtiages genant.

Tyr. Des weiß ich ien großſen dank.

Phal. Aber das man einē die ſenē vnd ad'n auß reißſet, die negel ab dē hendē brennet, auch mit einer hölzene ſegē enzwey ſchneit, oder das man wie der Römiſch käi- 30

---

[4] oculos erues *etc.*] De huiusmodi poenis propter ferarum vetitas occisiones secundum ipsas inhumanas leges sumptis vel carmina popularia eius temporis queri solent. De Ulrico duce eam crudelitatem exercente cf. *Heyd* I. p. 511. et nasos aut d. f. extrahi, ling. *A.* [6] insigne] Fuit fere hoc [9] par. app. *A.* [10] occasio, abēſset, vel defuerit *A.* [11] Pelopis filius Atreus Thyesti fratri proprios filios epulandos dedit, quod notissimum Græcæ tragœdiæ argumentum est. De Medo rege Astyage Harpagum simili nefario epulo excipiente, quod is Cyrum, ex Mandane filia Astyagis nepotem, non necasset, Herodoti Clio Iustinique hist. I. adeantur. [12] Mœdus *1. 3. 5. 8.* [14] ille *A.* [13] nervos *supra* venas *A.* [15] vel quo ... necare *omis. A.*

Alexander Severus Romanus imperator, fumo necare, credo nota tibi sunt; aut quod apud finitimos tibi Boemos inventum est, bombardæ imponi ac ita globi vice proiici.

TYRANNVS. Accepi. §. 21.

5 PHALARIS. Meditabar ipse vivorum crura confringere et qua medulla est liquidum plumbum infundere aut candens ferrum inserere.

TYRANNVS. Iam hoc ipse experiar.

PHALARIS. Sed ea omnia vincit iudicio meo quod nescio quomodo fieri possit ut tu ignores, quandoquidem hac ætate in Sarmatis usurpatum est.

10 TYRANNVS. Nempe, ut inter acervos prunarum nudus statuatur, et ab una parte dolium frigida aqua plenum?

PHALARIS. Hoc inquam, ut ille sic positus quanto plus torreatur, tanto avidius frigidam sibi aspergat, quanto plus inspergat, tanto diutius supplicio duret. Ipse quidem varia in Agrigentinos meos olim meditatus quod

15 cum hoc conferri possit, non inveni.

TYRANNVS. Exquisitum omnino est, ob idque meminero: et habeo quem sic punire conveniat: tu perge si quid monere præterea vis.

ſer Allexander Seuerus gepflagē, einē im rauch erdempffet, glaub ich dir wol bekant ſein, oder das die Pehemen die man doch auch vnd' die teutzſchē rechēt erfunden haben, dz man

20 einen auß einer büchſen ſchiſſe.

Tyr. Ich hab wol daruon gehörzet. §. 21.

Phal. Ich hat etwan in willē den lebendigē menſchē, ir ſchinbein zu zerbrechē, vñ dan zurlaſſen bley inwendig in die rören gieſſen, od' ein glüend eiſſen in das marck ſtoſſen.

25 Tyr. Das will ich von ſtund an auch verſuchē.

Phal. Noch iſt eines vber dieſe all, ſo vil ich verſtehe, kan aber nit denckē, wie dir das ſelbig vnbekant ſei, dieweil es doch zu dieſen zeittē, jn Polen die den teutzſchē nachborzen ſein, erfundē iſt.

Tyr. Ich mercke ſchon was du meineſt, Das man einē nacket an ein ſewel binde,

30 vmb die mitte, das iem die hendt loß ſeien, darnach glüende kolen vmb ien ſchütte, doch an einem ort, ein faß mit kaltem waſſer ſtelle.

Phal. Du haſt recht gemercket, vnd wan der nacket alſo ſtehet, vñ iem die hitz, vō den kolen an allen ortē angehet, ſo lecket er das kalt waſſer vff ſich, vnd ie meer man das thut, je lenger er lebt, vñ je gröſſer vñ langkweriger ſein pein vñ marter iſt. Ver-

35 wor ſoltu wiſſen, dz jch vorzeitten vil wunderlicher, grimmicklicher, vñ grauſamlicher ſtück wid' meine burger, zu Agregent erdacht vnd geübt hab, aber diſes gleichen iſt mir nie in ſin kōmen, darumb ich es vor das beſt acht.

Tyr. Es iſt wol als du ſageſt, ein außerleſen artich ſtück, vnd ſol mir jn gedechtnuß bleibē, wil ſein nitt vergeſſen, jch weiß auch einē dem wil ich der maſſen begegnē,

40 Weiſtu mich aber noch etwz zu vnderweiſſen, ſo far wie du angefangē furt.

---

[1] De Turino fumo punito, quod fumum vendiderat: Lamprid. Alex. Sev. 36. [2] Bohemos *A.* imponi, globi vice, ac ita, eiaculari. *A.* [5] aliquando *post* ipse *omnes. deletum est in B.* [7] Iam *et* ipse *omis. A.* [11] ex una *A.* [13] plus *supra* magis *A.* [35] ſtürck a

§. 22. PHALARIS. Imprimis nullos esse deos putabis, ac summum bonum Tyrannidem statues et crudelitatem coles.

TYRANNVS. Meapte natura, ut magistro non indigeam.

PHALARIS. Quanto quisque melior ac quanto magis innocens, tanto infestiorem habe et cupidius puni. 5

TYRANNVS. Sic vitam institui.

PHALARIS. Et hæc quidem ad conciliandum tibi apud tuos metum fere pertinent: iam et beneficiis obnoxios habere aliquos necesse est, qui causam apud vulgum tuam frequenter agant et crudelitatis famam elevent; in eos tu quod aliis rapueris, largissime profundas. tum accusatores nutri, 10 quorum studio occultos etiam sermones et uniuscuiusque de te opinionem
§. 23. pernosces, ac famæ tuæ intereris et omnium disces studia. Cæterum quicquid facies, facies autem inique et sceleste plurima, ita omnia moderare, ut licet turpissimis ac scelestissimis factis honesti speciem quandam inducas. sic enim fiet, ut quanquam non credatur recte abs te factum, tamen 15

§. 22. Phal. Vor allē dingen soltu nit glaubē das got sei, vnd die Tyranney saltu vor die ewigen sälickeit achten, vnd wüterei saltu dir lassen beuolhen sein.

Tyr. Sollicher zuneygüg bin ich an das auß eygner natur, also dz du mich deßhalbē gar nichts ermanē darffst.

Phal. Je frōmer vñ vnschuldiger ein ieglicher ist, je häffiger saltu vff ien sein vñ 20 ie lieber saltu ien peinigen, vñ anfechtē.

Tyr. Das hab ich mir gereyd vorgenōmen.

Phal. Was ich bißher gesagt hab, gehört alles darzu, wie du dir dein vnderthan, mit forcht mēgest vnderwörflich machē. Nun wil ich dich auch leren, wie du dir solt ein gunst erwerbē, vnd das selbig stehet daruff, dz du dir etzlich mit wolthaten geneygt machest, Die würden dan bei dem gemeinen volck, das best vō dir reden, vñ dein sach förd'n, die leut vberreden, man thů dir im gemeinē gerücht vnrecht, vñ was man dir vor Tyrannei rechnet, das habest du alles in gutter meinūg gethan, Den selbigē deinē förderern, soltu frei vñ milttiglich gebē, alles das du and'n mit gewalt nemē magst, Vber das saltu angeber vñ verreter halten, welche dir mit grossem fleiß antragen werdē, alle heimlich 30 verborgene red, so in dem volck von dir geschehen, mitt sollichem rad, magstu allzeit eines jeden meinung wissen, vñ was ein ieder vō dir halt, auch was du dich zu allem vnd
§. 23. ieglichē versehē sollest. Mer vnd zu forderst, was du betreibest (du solt aber aller handt boßheit, laster, vñ schädt betreibē) saltu dich des fleissen, dastu alweg den bößē schädtlichē, vñ vnbiderē wercken, ein erliche gestalt gebest, vñ mit einem hüpschen vmbhang 35 dein vbel thadt bedeckest, Dan wo das von dir beschicht, werdē die leut, wie wol sie nit glaubē dastu habst wol gethan, doch auch nit dörffen sagē, dastu habst vbel gethan, vnd man würd dein handlūg in einē zweiffel setzen, Vñ einer dießes der ander jhenes daruō reden, das mag dir zu grosser steuer kōmen. Darüb sal dir nit wid' sein, zu zeittē ein

---

[1] *ante* summum et *in* ac *et sequens* ac *in* et *mutatum est in B.* [3] Meapte id *A.* [7] hoc quidem *A.* cōsiliandum *5. corr.* concil. *B.* [8] aliq. habere *A.* [9] tuam] tuum *A.* agat *5.* agāt *B.* [12] ac famæ ... et *omis. A.* [13] inique ac scelestissime (*corr.* sceleste) plurima *A.* ut plurima *ceteri omnes.* ut *delevit B.* [15] quanquam] si *A.*

inique factum dubitetur. sæpe etiam bene facies aliquid, liberaliter, iuste, strenue, ac pie: quod nescis quam sit observatu dignum: nam unum tuum benefactum cognitum ac testatum plurimorum pessimorum scelerum famam eluet. In summa, omnem eo mentis aciem dirige, ut scias qui timendi, quorum tibi amicitia captanda sit, quo insidiantium laqueos declines. Quod §. 21. siqua tibi adversa fortuna ruinam minabitur, atque illud tu in tempore videris, tunc ad illam confuge iam sæpe cœptam in Germania tua, nunquam ad progressum deductam coniurationem, ut conciliata tibi infima per universam nationem plebe et ad prædam vocato desperatissimo quoque in optimatum ac locupletum possessiones irruatur.

TYRANNVS. Decretum hoc nuper erat, sed tardius quam ut esset prosequendi facultas: ita celeriter enim irruperat Francorum equitatus, ut mihi tempus non esset illum in vexillo versicolorem calceum vulgo ostendendi. quem quidem aliquando, si opus fuerit, efferre cogito.

gut werck zuthun, es sei mit miltigkeit, gerechtigkeit, mit starckmütickeit, oder mit gottes forcht, jst nit baldt zu glaubē, wie förderlich dir dz würd sein, Dan eine deine wolthadt, wo man die vō dir höret od' sicht, würd dir mer nützen, dan dir vil schendtlicher böser laster schaden mögen, vñ würd die bitterkeit deines gerüchts gelindert vñ gemässiget. Gib dir des ein beyspiel. Do ich dē künstner Perillū strafte, vmb das er zu peinlichem tödlichem schaden der burger gemeyn vnd aller leut, ein vbel dingk erdacht hette, vergaß jder man meiner vorbegangner grimmickeit vnd Tyranney, vnd entstund ein gerücht von mir, jch wer dannoch nit in allē dingē vngerecht, des hab ich mich vil vnd offt getröst. Vort an saltu alle synn vnd gedancken dahin richten, wie du erlernen mögest, was man von dir sage, vff das du wissest, wen du förchten müssest oder was du dich zu einem jden vorsehen, vnd wen du zu dir zihen sollest, dar durch kanstu entweichen den listen der jhenen, die dir nachstellen. Wo es aber kám das dir vnglückes sal zurstörung treuwen §. 24. würd, vnnd du das zeitlich erkennest, od' vermerckest, saltu alle dein zuflucht, auff die zu samen schwerung, die vormals offt jn teutzschen landen angericht, aber nie vorgang gehabt, setzen, zu dir zihendt dz gemeyn arm volck, alle verzweifelte, spiler, prasser, bůben, vnnd die jhenen so weder an eren noch gütern etwas zu verlieren habē, vff das sie mit dir die geistlichen, vnd reichen vberfallen, vnd einen raub der gemein teutzschen Nation holen.

Tyr. Jch hatte das wol jm sin vnnd wolt es auch gethan haben, aber ich fingk es zu langsam an, vnd die Francken zugen also schnelliglich wider mich, das ich nitt zeitt hatte, das banyr des bundtschůchs auff zurichten, Aber ich dencke den nochmals, so baldt mich not angehen würd, vff zuwerffen.

---

[2] strennue *1...5. 7. nec corr. B.* [3] scel. pess. *A.* [4] eleuet *sed corr.* eluet *A. Post hæc in veteri versione sequitur locus quem Latina exemplaria nobis cognita non agnoscunt.* tuendi *sed in marg. corr.* timendi *A.* [5] amicicia *A.* §. 24] Catilinarias artes docet. [6] minitabitur *9.* tu] in *A.* [7] videns. tū [*tamen*] *A.* [8] Vt consiliata *A.* per un. nat. *omis. A. Hoc quoque loco vetus versio non nulla quasi ex Sallustii Catilina deprompta habet quæ in Latinis exemplis non leguntur.* [10] optimatum *B. 9.* sacerdotum *ceteri.* irruatur] impetus fiat. *A.* [12] irruerat *A.* equitatus *B. 9.* exercitus *ceteri.* [13] in vex. versic. calc.] den Buntschuh im Fähnlein. motus quos pauperis Conradi appellant, significat. [14] opus fiet *A.*

§. 25. PHALARIS. Lætiora ominari debemus, siquid tamen huiusmodi ceciderit, habes explicandi consilium. nunc autem ut res habent, in belli sumptus pecunia si defuerit?

TYRANNVS. Quid me facere voles?

PHALARIS. Quid aliud enim quam ut sacra legas, templa spolies, sacerdotes depeculeris? 5

TYRANNVS. Sed qua id honestatis specie?

PHALARIS. Nempe ut interposito iureiurando omnia in melius restituturum te pollicearis.

TYRANNVS. Caute. 10

§. 26. PHALARIS. Quod ad lusus et iocos pertinet, si cuius post hac amabis uxorem, nec per eum illius tibi copia erit, ipsum quidem occides, verum occulte et ita ut abs te occisum plane non constet.

TYRANNVS. Veneno vis?

PHALARIS. Aut simili modo: nam Francum satis commode non tractasti. 15

§. 25. Phal. Wir sollen vnß sollichs vnfalls nit versehē, vnd ein bessers hoffen, auch nit denckē, das es also böß werdē möge, aber doch wo es sich der massen begäb, haßtu radt von mir wie den fellen zu begegnen sey, Aber als die sachen itzo gelegen sein, wie woltestu im thun, wen du einen kriegk hettest angefangen, vnnd dir dan geldes gebrech?

Tyr. Wie meinest du das im zuthun wär? 20

Phal. Wie anders, dann du soltest die kirchen berauben, vnnd die pfaffen plünderen.

Tyr. Könte ich aber auch wie du vormals geraten, der selbigē vbelthadt, einen schein der erberkeit geben?

Phal. Ja wol, dan du salt fürgeben, wie dich die höchste not bezwing dein landt vnnd leudt zu beschirmen, wissest kein ander hilff dan alda her, Der halben seistu bereyt, 25 dich mit dem Eyd mit briffe vnnd sigeln mitt höchster menschliches glaubens verwarung, den geistlichen zuuerpflichten, das du ienen das kirchen gut, so du jtzo genötiget werdest zuentlehē, noch dem krieg, vberflüssiglich, vnnd mit gewin widergeben, vnnd alle ding besseren wöllest.

Tyr. Domit würd die sach wol versichert werden. 30

§. 26. Phal. zum letzsten will ich dich auch vnterweissen, wie du dir zu zeitten einen lust schaffen salt, vnd ist das mein ler, würd es je kommen das du gegen eines weip in lieb entprünnest, vnnd er hat soliche wartt darbei, das du nitt kanst hinzu kommen, so saltu ien vmbringen, aber doch heimlich vñ mitt der weiß, das man nit eygentlich wissen könne, ob er durch dich oder andere vmbkommen sey. 35

Tyr. Villeicht meynest du mit gifft.

Phal. Oder der gleichen, dan mit dem Francken hast du nit weißlich vmbgangen.

---

[1] Latiora *A.* [2] in bellorum sumptus si pec. defecerit. *A.* [5.6] optimates *B. 9. pro* sacerdotes *cett.* [6] depecul.] compiles. *A.* [8] Nempe *etc.*] ut dux Ulricus fecerat Tubingensi conventione a. 1514. inita. [9] esse te [?] *A.* [11] lusum et *A.* [11.12] cuius uxorem posthac reperibis [*pro* dep.] *A.* [12] erit] sit *A.* [15] nam illum F. *A.* Francum] Ioannem Huttenum. commode] callide *A.*

TYRANNVS. Equidem delitiatus sum et voluptati hoc meæ dedi, non prudenter, ut video, proinde consultum te prius oportuit.

PHALARIS. Sed iam inde consilio utere ac omnia cautissime patra, neu §. 27.
quid eorum quæ tradidi neglige; certe rerum capita habes, nunquam
5 contemnenda consilia: quibus præsidiis si se firmasset Syracusanus iste,
non ex Tyranno literator factus esset. Præterea quod moneam non video, §. 28.
nisi quod tua refert ut discordiis Germaniam impleas, cædibus et compilatione Suevos tuos divexes, bonis omnibus insidieris, nunquam placatus, nunquam quietus, ipsi Cæsari ubi ubi potes molestus sis.

10 TYRANNVS. Iam hoc studeo et tibi sedulo magistro gratus auditor multa libenter debeo, qui me sic instituas.

PHALARIS. Agnosco: tu vero quando ita fert tempus, abi bonis avibus; §. 29.
sed prius omnes hos saluta: hic est quem dixi Medus Astyages, hic Persarum Cambyses; iuxta Græci Atreus et Pysistratus, Thraces Tereus et

15 Tyr. Es ist nit an, jch hab mir eynnē luſt wöllē ſchaffē, vñ dz ſelbig hab ich als nun erſcheynet, nit mit vernunfft angegriffē, vnd ſehe wol dz mir deines rados not geweſen iſt, den ſolt ich voz der thadt bey dir geſucht habē.

Phal. Darüb volge hirnach gutē radt, vñ biß vozſichtig in allē deinē hendelē, vber- §. 27.
gehe nichtes võ allē dē lerē, jch dir gebē hab, dā voz war du haſt die heupt ler, vñ was
20 ich dir geratē darffſtu nit verachten, het ſich ſollicher weißheit gebzaucht der Syracuſaniſch Dionyſius, er wär nit auß einē Tyrann ein ſchulmeiſter wozdē. weytters weyß ich dich nichtes zu vnderweiſſen, dann allein, das dir ſeer fürtreglich ſein würd, teutzſch landt in §. 28.
zwitracht zu bzingē, vñ an allen ortē gezench an richten. Darnach die deinē mit ſchinderey, martern, ſolttern, hencken, radpzechen, virteilen, vñ ander weiß tödten, zu plagē,
25 allen frommē vnd redlichē leutten nach zu ſtellen, nymmer fridſam, nachläſſig oder růwig, dem keyſer wo mit du kanſt oder magſt verdzißlich zu ſein.

Tyr. Jch will von jtzo an biß hinfür allen fleiß ankeren, wie ich ſolliche deine leer erfülle, vnd als ein danckbarer ſchuler dancke jch dir meinem getrawen meiſter, vmb das du mich alſo fleiſſiglich vnderweyſſeſt.

30 Phal. Jch erkenne dein dāckbar gemůdt, vñ ſeytmal es zeit iſt, dz du võ hinnē §. 29.
ſcheydeſt, ſo wünſch ich dir zu deiner hinfart alles glück vñ heil, beger aber du wölſt voz alle dieſe Tyrānē nach eināder grüſſen, dieſſes iſt Aſtyages auß Media. Das ſein Cambyſes võ Perſia, darbey Atreus vñ Piſiſtratus aus krichen landt, Tereus vnd Diamedes auß

---

[1] Equidem ... video *omis. A.* [2] proinde *etc.*] Prius te igitur cons. op. *A.* [3] inde] vide *A.* ac *B. 9.* at *ceteri.* neu] nec *A.* [4] Certe rer.] Cæter. *A.* [5] Syrac. iste] Dionysius II. Cf. e. gr. Val. Max. VI. 9, ext. 6. et Græcum proverbium *Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ.* Ab ipso Hutteno in elegiaca de Virtute exhortatione v. 17. sq. „ ... Siculi memorantur regna tyranni, Post sua qui pueris sceptra magister erat." [6] quid *9.* moneam] p̄cipiam *A.* [7] et *B. 9.* ac *ceteri.* [7.8] compilationibus *A.* [10] hæc *A.* [12] ἀγνόσκω. abi aūt b. a. *A.* [13] Sed *B. 9.* hic est *etc.*] Similis est regum repræsentatio in dialogo 'Carolus' post med. Mœdus *1. et sqq.* Medus *A. 9.* [14] Cambyses] Harpages *A.* De Cambysis, Prexaspis sui filium coram ipso patre arcu confodentis crudelitate ac feritate vid. Herodot. hist. III. 34. sq. *Ατρεὺς και Πισιστρατος A. ut sæpius Græcis litteris usus.* Pisistratus *9.* Pisistratum inter tyrannos salutandum indicat Phalaris, ut 'qui in

Diomedes; inde Busiridem vides impie olim pium, et populares meos Agathoclen ac Dionysium, Romanos Caligulam, Domitianum et qui circa illos sunt; ecce et Ascalonitam istum, cuius exemplo infantes quoque perimes, principes videlicet Tyrannorum: nam omnes recensere immensum est.

§. 30. TYRANNVS. Salvete una omnes, optime de rebus humanis meriti. 5

TYRANNI. Et tu salve, ac nostris vestigiis, quod cœpisti, insiste.

TYRANNVS. Dabo operam. Tu Magister, vale.

PHALARIS. Vale, discipule. Verum heus tu.

§. 31. TYRANNVS. Quid me vis?

PHALARIS. Quamprimum ad superos redieris, illud cornu cervinum tuo 10 magistro equitum.

TYRANNVS. Cuius ego ab illo Franco filiam?

Thracia, Sich dießes ist der Tyrann Busyris, welcher sich vor zeittē duncken ließ, er hett den götē ein opfer gebē, wan er einē menschē todtschlüge, Dießes seindt mein landßleut Agathocles, vnd Dionisius, So sietzen do die Römer, Nero, Caligula, Domitianus vnnd 15 andere bei ienen. Nim war hie ist Herodes, der gibt dir ein beispiel vñ leer wie du jüge noch nit redēde vnschuldige kinder solst vmbringē, vñ dieses sein die vornämischstē, vñ fürstē der Tyrannen. Es ist mir nit müglich, die and'n all anzuzeigen, oder ieglichē sund'lich zu nennen.

§. 30. Tyr. Seidt gegrüst ir lieben Tyrannē, welche ir wol v'dienet habt, dz euch alle mē- 20 schē hold sein.

Tyrannē. Vñ du biß auch gegrüst, vnd volg vnsern füßstapfen, wie du angefangē, nach.

Tyr. Ich wil fleiß ankeren. Meister Phalaris bis gesegnet.

Phal. Biß gesegnet lieber schuler. Aber hör mich noch eins. 25

§. 31 Tyr. Was wiltu mein?

Phal. So bald du wider vff das erdtreich kommest, brēñ deinem marschalck, das hirßhorn in den lincken backen.

Tyr. meinē Marschalck, des dochter ich bei dē francken?

---

regnum natus' [cf. §. 3.] non fuisset, non propter inmanitatem regnandi. De Tereo, cui filium Itym in epulis adposuit Procne uxor, notissima fabula est ap. Hygin. 45. Diomedes, item Martis filius et Thrax, equabus pro pabulo frustula carnium humanarum dedit sec. Diodor. IV. 15. Item Busiris Aegyptius propter hominum inmolationes hic 'impie pius' dicitur. Cf. e. gr. Hygin. fab. 31. [1] Inde ... pium et *omis. A.* Populares vero mei Agathocles et *διονυσίj.* Romani vero. Caligula, Domitianus et apud eū Diuus Tyberiū. Ecce *A.* De Syracusanis tyrannis, utroque Dionysio et Agathocle, figuli filio historias fabulasve repetere aut Romanorum Cæsarum scelera colligere huius loci non est. [2] et D. *corr.* ac D. *B. 9.* [3] istum Herodem *A.* De Herode Ascalonita s. Magno, qui 'occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem' cf. e. gr. Evang. sec. Matth. II. 16. quoque] etiam *9.* perimes, ac illum italicū Mezentiū *A.* [4] videlicet *omis. A.* [4] omnes una *A.* salve optime, ac *A.* [10] illud] *i. e. tuæ familiæ insigne.* [11] magistro equitum] interempti Ioannis Hutteni socero, adultero duci filiam permittenti. *Quæ inter* equitum *et* in sinistram *leguntur omis. A.* [29] bei de francken? *sic 1. non intelligens aposiopesin.*

PHALARIS. Ei, inquam, qui ut video suum tibi sanguinem prostituit, in sinistram maxillam ut inuras memento.

TYRANNVS. Quia tibi videtur.

PHALARIS. Quia ille meretur, ut meus olim Perillus, sceleris præmium.
5 Atque aliud: vin' tuum videre patruum? §. 32.

TYRANNVS. Percupide.

PHALARIS. Quod mirantur omnes, solus esse studet et in delitiis istam habet simiam, aliquando vero et inter regia Plutonis pecora delitiatur: saluta. atque eccum Mercurium, ut te reducat. Vive ac vale tyrannice.

10 FINIS PHALARISMI HVTTENICI.

Phal. Ja ich mein den selbigē, der dir, als ich höre sein fleisch vñ blut dargebē hat, des vergiß nit.

Tyr. Zeytmal du es habē wilt.

Phal. Nit darüb, sond' seitmal er das verdinet hatt, dan du salt jm solichē lon
15 umb sein schalckheit, damit er dir gedienet hat wider gebē, gleich wie ich vorzeitten dem Perillo thet. Hör noch ein anderß, Wiltu deinē altē vettern sehen der etwan des lands §. 32.
veriaget ist vō dē seinē?

Tyr. Gern vñ begirlich.

Phal. Er ist seer gern allein, des verwōdert sich jderman, hat sein spiel mit einer
20 äffin, vñ etwan sicht man ien auch vnder dem sich, des selben königs Plutoni. Grüß ien vñ nim war hie ist Mercurius, wil dich wid' hinauß füren. Diß gesegnet vñ leb als ein Tyrañ.

---

[2] inures *A.* [3] Quia ... aliud] Nihil prius Iterū vale. Φ. Et ecce aliud. *A.* [4] Perillus] sive Perilaus ille qui aeneum bovem, in quo tum ipse vitam emugiit, fabricaverat. Cf. Lucian. Phalar. I. c. 11. sqq. [5] patruum] fratrem Henrici, patris Ulrici ducis, Eberhardum II. qui turpem vitam in carcere finiit a. 1504. De eo ipse Huttenus Orat. IIII. §. 168. in duc. Virt. „.. non obiiciam tibi ex fortuna tuum illum patruum, cuius tam perdita fuit libido, ut ne a bestiis quidem abstinuerit". Cf. *Heyd, Utr. Hzg. v. Württemb. Tübing.* 1841. 8°. *I. p.* 14. 75. [7] deliciis *A.* [8] deliciatur *A.* [9] Atque eccum *B. 9.* At eccum *cetert.* Tyrannice. *Τέλος.* | Quod felix faustum fortunatumqz sit. | *σὺν θεῷ χάρις. A.* PHALARISMI HVTTENICI FINIS. *8. omis. 9.* [10] *De reliqua subscriptione quæ in diversis exemplis est videsis Indicis bibliogr. num.* XII.

Ut perituræ parcamus chartæ et ut facilius horum dialogorum lectores Ioannis Hutteni crudelissimæ interfectionis utramque imaginibus expressam descriptionem, tum eam quæ ab interempti iuvenis parente, fratribusque ac propinquis anno CIƆIƆXVI. publice contra Ulricum Wirtenbergensem ducem proposito programmati (vol. I. n. XXX. 1. p. 55...60.) inserta, a nobis autem in minorem formam redacta est (p. 60.), tum supra huius ipsius dialogi inscriptioni subiectam, inter se conparare possent, illam iterum repetendam curavimus. Neque inopportune ad ea quæ de hoc Phalarismo in priore Hutteni epistularum volumine p. 134. 137. 288. sqq. 300. scripta sunt, lectores referentur, ne hoc loco de Orationibus in ducem Wirtenbergensem scriptis, quas sequenti volumine nos exhibituros esse speramus, dicam.

FEBRIS

[PRIMA.]

DIALOGVS HVTTENICVS.

Gespräch büchlin

her Vlrichs von Hutten

das erst Feber

genant.

FEBRIS] PRIMA *addunt 8. 9. 10., in quibus hunc dialogum cum aliis,* Secunda Febri, Fortuna, Triade Romana, Inspicientibusque *coniunctum ediderunt. Et ipse Huttenus exemplari Parisiis a.* 1519. *repetito p.* LIIII. *(nobis est 7.) post* FEBRIS *adscripsit* Prima. *Hutteni manum tribus tantum huius dialogi locis auxilium ferentem etiam in sqq. significat* H.

Ex iis quæ in Indicis librorum Huttenianorum num. XXI. *enumeravimus exemplis adhibita non sunt 4, 6, 10 et 11. cetera significantur singula suo quodque numero quem in Indice optinet, universa litteris* edd.

Unsere Ausgabe ist Wiederholung der von Hutten selbst herausgegebenen (Index n°. XXVII. 1.), nur wenig von den 'durch gut gunner' gemachten (Index num. XXI. *a...c*), wie diese unter sich, fast nur in Betreff der Rechtschreibung und der Scheidezeichen abweichenden: einige Druckfehler sind hier, wie die Noten ausweisen, gebeßert, aber die Striche über den Buchstaben nicht in die dadurch bezeichneten n m oder ꝺ, die ꝺ' in der aufgelöst worden; auch die Interpunction ist ungeändert geblieben. Münchs Umteutschung (Index n°. XXVII. 2.), ist, wie die ihr voraufgegangene schreiberſche, großentheils Teuschung: ob die Verstöße gegen die Sprache oder die Verfehlungen des Sinns und der Farbe des Originals häufiger seien, mag dahingestellt sein.

VLRICHI DE HVTTEN
EQVITIS
FEBRIS PRIMA
DIALOGVS.

5 Interlocutores HVTTENVS et FEBRIS.

HVTTENVS. Quin tu abis, quam oportuit primo statim die exigere, tam §. 1.
molestam hospitam! atque audin, abi, abi, apage!

FEBRIS. At ex tua simul humanitate et veteri Germanorum instituto
fuerat hospitium saltem commonstrare abeunti. quanquam te iterum, si
10 fieri potest, oro ne expellas hoc hyemis, incertam quo divertendum sit.

HVTTENVS. Tibi dico primum, abi! ad hospitium deinde quod pertinet,
vides hanc portam? per eam descenditur recta.

[Die Widmung des Gesprächbüchleins (vergl. Index n°. XXVII.) an Franz von Sickingen und die gereimte Vorrede 'Jů dem leßer' sind im Band I. S. 447...450. mitgetheilt.]

15 Gesprächbüchlin
her Vlrichs von Hutten
das erst Feber genant.

Vnterreder Hutten, vnd das Feber.

Hutten. GIngestu hinweg, wer mir vil lieber, wölchen dich so mügsamen §. 1.
20 gast, ich doch des ersten tags hett sollen auß treybē. Hörstu nit? gee hinweg,
fluchs. heb dich.

Feber. Es wer aber doch deiner gütygkeit gemäß, so ist auch sunst der
Teütschenn gebrauch nach her kūmen, dz so du mich außtreybst, doch | Der teutschen gastmiltigkeit.
zuvor in ein and' herberg weysest. wie wol ich dich aber mals bit, mag es ge-
25 sein, dz du mich (die weyl ich nit weiß wa auß) doch diesen winter nit auß
iagest.

Hutt. Ich sag dir erstlich, gee hinweg. Darnach als du mich bittest d'
herberg halben, siehstu dort jhene pforten? daselbst hinauß gehstu recht.

---

[3] PRIMA *recepi ex H.* [5] Interloquutores *7.8.9.* [7] ápage *H.* apago *edd. praeter B. 8.9.12.* a pago 7. [8] vet. Germ. inst.] Cf. Tacit. Germ. c. 21.

[19] Du so mühesamer gast a b [22] Es ist doch a b gemäß *om.* a b und sunst der a b [24] zwor *1.* in *om.* a b weisen solt a b

§. 2. FEBRIS. Duc me, age; verum ad aliquem duc voluptarium, divitem, potentem, cui equi sint, ministri, comites et familia copiose, et vestes et horti et balneæ.

HVTTENVS. Hospes est hic ipse ad quem duco, sed non caret his ac utitur crebro. Atque eccam tibi domum: agit ibi magno cum comitatu Cardinalis S. Sixti, Roma huc profectus, pecuniam a nobis ut petat in bellum contra Turcas, quam insumant Romanenses isti, magno iterum apparatu expeditionem moventes, periti bellatores, obnoxium tibi genus: age, occupa: cubat autem in palla purpurea, supinus, inter complura circum aulæa, et ex argento cœnat ac auro bibit, ita delicate, ut neget in Germania esse homines qui palatum habeant; damnatque perdices hic et turdos, Italicis absimiles dicens ac nihil sapore respondentes; nauseat et feri-

§. 2. Feb. Lieber so für mich doch ettwa zů einem der nach lustigẽ gůtem leben
Wo das Feber gern hauset. | tracht, der mächtig reich sey, der pferd, vil diener, nachgenger, ein groß gesind, hüpsche kleyder, lüstig gärtẽ vñ bäder habe.

Hutt. Zů dem ich dich füre ist selbs hye ein gast, aber jm mangelt solcher ding nit, gebraucht sich auch der. Vnd sieh dort jhens hauß, dorin helt sich der
Caietanus Cardinalis. s. Sixti. | Cardinal sant Sixten, mit einem grossen hoffgesind, ist von Rom herauß kummen, das er gelt von vns teütschen auffbring, darmit die Römer ein
Turcenkrieg. | weyl zů zeren habẽ (ich glaub) wider den Türcken, über den sye abermals mit grossem gebreng ein hertzug fürnemmen. dann es sindt gar erfaren geübt kriegßleüt, vnd an das ein volck das dir gemeynlich vnderwürffig ist. Hör mich, vnnd nim dir diesen für, du würdst in dort gebogẽ rühen finden, in einem scharlachen talar, hinder vil vmbhengen. Er ysset nůr auß silber, trincket auß
Des Cardinals schleckhafftikeit. | gold, aber so schleckhafftig, dz er nit wil das inn teütschẽ landen leüt seyen die des geschmacks verstandt habenn. Er veracht auch die hingen feldthüner vñ kramatßvögel, spricht sye seyen den wälischẽ im geschmack vñ sunst gantz vngleich. So widersteht im vnser wiltpret. sagt das brot vnschmackhafft sein. vnnd

---

§. 2.] Melanchth. Explicatio sententiar. Theognid. v. 351. sqq. „O misera paupertas *etc.*] „Sicut Huttenus in conventu Augustano misit suam febrim ad Fuccarum et Cardinalem, ut ibi melius exciperetur". (*Corp. Reformator.* XIX. 102.)
[1] voluptuarium *12.* [3] balnee *3.* [4] Hospes] *Ludit verbis* Wirth *et* Gast. hijs *3.* [5] credo *edd. præter 3.* [6] Card. S. Sixti] Thomas de Vio Caietanus. hoc *7.* pec. ut petat] Caietani orationem Augustæ ad principes ut in decimarum præstationem bellumque contra Turcas suscipiendum consentirent habitam, edidi in commentariis „*Drei Abhandll. ü. reform. Schriften. Leipz.* 1858. 8⁰. p. 8...15. eademque repetenda erit ad Hutteni orationem de bello Turcis inferendo. [7] insumunt *7.* [10] aulea *3.* cenat *3.5.* cenat *3. et sic sæpe* e *pro* æ [12] sapori *12.*
[20] außbring a b [27] hieschen a hyeigen b *i. e.* hiesigen [29] Jm wyderstehet auch a (widderstcht) b

nam, et panem insipidum vocat, ac vinum bibens lachrymatur Italiam clamans et Cursicum invocans. Obque has imprimis causas barbariem nobis imputat et ebrios vocat; nec per quattuor menses adhuc semel appetitui satis fecit, ganeæ et saporum inopia.

FEBRIS. Surdæ cantilenam hanc. §. 3.

HVTTENVS. Quid? non aptus tibi hospes? aut quemquam hic invenies magis principem, cui sic inclinent alii, et congenuclent? aut non dignus tibi videtur Febre?

FEBRIS. Etiam Podagra.

HVTTENVS. Quam ob causam non placet igitur?

FEBRIS. Ille macilentus, ille gracilis, iunceus et exuccus? ille obstipo capite? ille nuper inter fratres, atque adeo casearios? novitius Cardinalis, per reliqua vetus? ille tribus obulis cœnans, cuius ego cocum redeuntem sæpe a foro cum carnis semuncia video?

HVTTENVS. Invertis omnia: ille, inquam, magnificus, ille reverendissi- §. 4.

wañ er dieses weyns trinckt, so geen jm die augen über, vnd schreyet als dañ. O Italia, O Italia der gütē wälschen Curß anruffend. vñ zůuorderst vmb der vrsach willen, nennet er vns grob vnesch vñ trunckē leut. Sagt auch, er hab in vier Monaten sein gelust nit künnen büssen, dweyl er gůt schlecklin, vnd rechtsafftige bissylin hye nit bekůmen möge. | Der deutsch weyn dē Cardinal.

Feb. Solchs liedlin singestu einer tauben. §. 5.

Hutt. Wie? gefelt er dir dañ nit zů einem wirt? Nů wen möchtestu doch ein grössern fürsten hye finden, gegen dem man mer gebreng, verneygens, vñ bückens braucht? Oder meinstu dz er des Febers nit würdig sey?

Feb. Ja, auch des Podagrams. | ☞

Hutt. Nů warůb gfelt er dir dañ nit?

Feb. Er ist er mager, dürr, schwäch als ein bintz, hat keinē safft hinder im, er henckt dē kopff, ist ettwann ein münich vnd keßiäger gewesen, yetzo ein newer Cardinal, sunst in andern dingē alt, er darff wol drey heller zů eim mal verbrassenn. Des koch ich offt, ein halb vntz fleisch vom marckt heim sich tragen. | Caietanus von leyb. | Kargheit des Cardinals.

Hutt. Ey du verkerest alle ding. Ich sag dir es ist der groß geachtest, §. 1.

[1] lacrym. *12.* [2] Cursicum] Corsicanum s. Corsum vinum, Italice *Corso.* inpr. *3.12.* [3] quatuor *7.12.* [4] ganee *2.3.* [7] principen, *2.* congenudent *omnes. sed cf.* Aulæ §. 73. [10] ab *12.* caussam *8.9.* [11] obstippo *1.2.3.5.7.* [12] fratres] Franciscanos. nov. Card.] unus ex XXXI quos Leo X. die 1. Iulii a. 1517. creaverat. Virum ob divitiarum, luxus desidiæque contemptum, paupertatis, cultus simplicitatis et castitatis studium laudant scriptores Italici. [13] coquum *12.* [14] semiunciâ *8.9.12.*

[17] kurß a b (Corso) [21] eynem t. a b [30] vntz] pfunt a pfundt b

mus, ille a latere, cuius est dominatio, cuius paternitas, cuius clementia: quem credibile est sordide vitam degere, cum Germanos satis lautos non putet?

FEBRIS. Ut vivat ipse, nihil pugno; me vero quomodo bene habebit qui suos omneis male pascit, male vestit? ad cuius ædes ubi compulsassem nuper, et me increpuisset ianitor, petiissemque aliquot ibi dies hospitari, 'Audin' hos' inquit 'strepitus?' „Audio" dixi: erat autem quidam aliquid quasi petentium pulsus: 'Panem' ait 'rogant pransi domestici'; „Panem?" inquam ego, „atque ita parce datur hac in domo cibus, ut ne panis quidem satis „apponatur?" 'Ita parce' inquit; 'tum pulvilli non sunt aut plumæ nulla-'que omnino mollities præterquam ea cui se Cardinalis ipse devovit et in 'qua delitiatur. verum is maledictionibus adversum te instructus est, ex-'communicaturus statim ac latum intro pedem accesseris: Legatus est enim 'Leonis Maximi, male et bene ut meretur quis aut ipsi visum fuerit pre-'cari potens.' Dictum putavi atque abiens te inveni benigniorem statim hospitem.

d' aller erwirdigst, der von d' seytē, den man nennet a latere zů welchē man redt, Ewer herlichkeit vnd gnad, ewer vätterlicheit, ewer fürstlich miltigkeit. von dem nit zů glaubē. dz er nit kostlich oder wol leben solt. dweyl er doch die Teütschē nit reychlich od' zierlich gnůg achtet.

Feb. Wie er für sich selbst lebe streit ich nit. Aber wie wolt er mich wol haltē, der all die seinen übel speyset vñ kleydet? Dañ als ich iüngst vor sei-
Das Feber fur des Cardinals thier. | ner thůr klopfet, vnd ein tag od' etliche herberg begerte, grayn mich der thorwart an sagend, hörestu nit das gepöld'? Ja ich hör es wol, sprach ich. Dañ ich hört ein geklöpff gleich als ob man etwz habē wölt. Do sprach d' pfortner. Es hat dißе gestalt, vnser gesind das yetzů geessen hat, fordert brot. Sprach ich. Wie? brot? gibt mã dañ so kärglich hye in speiß das auch des brots nit gnůg dargelegt würdet? Ja sagt er, ebē so kerglich. So seint auch kei küssе-lin, noch pflüsed', oder einiche weyche wat hye in, außgenůmē die, da sich d' Cardinal selbs auffstreckt, dorinnen er seinē lust hat. Aber er ist warlich wid'
Gewalt des Cardinals. | dich gewappent mit vermaledeyůg, würt dich in dañ thůn, als bald du einē füß her iñ setzest. Er ist ein Legat Bapst Leonis, vñ steet in seinē gewalt einē darnach er übels od' güts verdient hette, od' wie es im gefelt, zů behaltē oder zů verdämen. Das ließ ich mir gnůg gesagt sein. Vñ im hingeen, hab ich dich wol ein bessern würt fundē.

---

[5] omnes *12.* [7] Audio] Audin *3.* [10] pce *7.* [11] mollicies *2.* molities *7.* [12] deliteatur *7.* deliciatur *12.* [15] potest. *2.*

[18] heilicheit *1.* [20] zerlich b [25] Dann ... gekl.] Es war aber eben ein kloppern, a b [26] ytzů b yetzu *1.* ytzt a [27] brat *1.* auch *om.* a b [29] wat] war *1.* [34] behalten = erhalten, retten Des a b

HVTTENVS. Tum me tenuius, ut video, cœnare oportuit; quem tu nun- §. 5.
quam, si meminero, invenies hos apud sacerdotes largius epulantem. Verum isti tibi opifices inepti sunt opinor et ipsi hospites?

FEBRIS. Qui me partim inedia procul arcent, partim corporis exer-
5 citio longe proturbant.

HVTTENVS. Ad principum te autem domos aut illorum divitum quid si §. 6.
adduxero, aut mercatores atque adeo Fuccheros tibi si indicem?

FEBRIS. Nihil: cinctos omnes turba medicorum inveni accedens aliquando. proinde et apud ipsos non est locus; duc alio, per meum illud
10 in te vetus beneficium oro.

HVTTENVS. Per quod tuum beneficium? quam mihi fictionem narras? §. 7.
tu autem beneficio afficis quos habes?

FEBRIS. Te omnium maxime. an excidit octavo abhinc anno quam te studiosum, quam pietati deditum et quam patientem te reddiderim, quar-
15 tana quando adfui, sex non amplius menses?

HVTTENVS. Immo valde quando cruciabas tu me, ego contra tui tædio §. 8.

Hutt. So müst ich (als ich merck) bißher auch schmäler geessen | Massigkeit mit essen und trincken. §. 5.
haben, wolt ich dein anders überhabē blibē sein. Nun wolan, du solt mich (ich vorgess dañ mein selbs) füro nimer fündē bey dē grossē herrē also überflüssig
20 essen. Aber die hādtwercker vñ das gmein volck, halt ich, seint ouch nit fur dich.

Feb. onzweiffel. dañ zū teil veriagent sye mich mit hunger. zū teil vertreibē sye mich weit vō jnnē mit harter arbeit.

Hutt. Wie, wañ ich dich aber zů der fürsten oder der reichen | Die reychen. §. 6.
heuser fürte, oder dz ich dir auch die grossen kaüffleüt vnd die Fucker | Die Fucker.
25 anzeygte?

Feb. Ey nichts. als ich ettwan zů jm gangen bin, hab ich sye alweg mit einer schar der ärtzt vmbgebē fundē, deßhalb ist bey jnen kein stadt. für mich ein and' ortt, des bit ich dich, vmb alter gütthät willē.

Hutt. Durch wz gütthät? wz sagst du mir da für ein gedicht? Lieber meinst §. 7.
30 du das du denen gütthät beweisest, bey den du herbergst?

Feb. Ja, vnd dir am meysten. Ist es dir vergessen, wie ich vor acht iarē dich als lernhafft, gedultig, zame, vnd gotsförchtig machte, da ich vier- | Wo zu das Feber nutz.
täglich bey dir was, doch nit über sechs monat lang?

Hutt. Ja worlich, da du mich also hart plagtest, vñ ich dein so gar müd §. 8.

---

[4] partē corp. *8.* [7] Fuggeros *12.* [10] benefitium *3. semper.* [13] octavo abh. a.] i. e. cum post Gryphiswaldenses iniurias acceptas nudo fere ac morbo exhausto corpore ab Ecberto Harlemensi Rostochii in domum receptus esses. [16] Imo *12.* [17] ich *om. 1.* [19] mein selbs *om.* a b bey ... also] an keinem ort mer also b a [26] jm *1.* [28] des *om.* a b [32] gemacht hab a b [34] pflageſt a pflagteſt b

impensius studia colui. Verum agnosco consilium: ad illum te refers defensorem tuum, qui ista instruxit oratione qua uteris, apud eos quibus per risum etiam molestiam accumulas fingendo studiosos facere te et ingeniosos. quodsi vera sunt quæ de tuis ille beneficiis commemorat, quare non item valentiorem me reddidisti post, cum ille dicat, a quartana qui 5
§. 9. convaluerit semel, eum rectius valiturum post quam unquam prius? at ego tot illos a tuo discessu annos ægrotavi aliis atque aliis continuo morbis.

FEBRIS. Quia derelinquendi tui consilium haud dum cepi, et tunc quidem ut mox reditura abscessi. nunc vero nisi in aliquod me dignum avertis hospitium, dico tibi ut propositum est meum, ne adhuc quidem desc- 10
ram, ac irato etiam adero totos si videbitur sex aut septem annos.

was dz ich anders nit schaffen mochte, da saß3 ich vleyssiger über dē büchern. Aber ich erkeñ yetz dein behelff. dañ als mich bedunckt zeügstu dich auff einen
Phauorinus der philosophus. | deiner beschirmer, der dich dißе red gelernt hat, die du braucheſt bey denen, die du nit ein genügen haſt, mit der kranckheit zů plagen, ſander speyeſt 15
ſye noch mit ſollichē vnnd dergleichē wortē, nympſt dich an, als ob du einen vleiſſig, tugentlich vnnd geſchickt macheſt. Wann nů das war iſt, das der ſelb dein beſchirmer von dein gütthaten ſchreibt, nemlich welcher vom viertäglichen Fe-
Das viertaglich Feber. | ber, ein mal wider geneße, das der dornoch geſünd' ſey dañ vor ye,
§. 9. warumb haſt du mich dañ nit auch geſander darnach gemacht? Aber ich bin die 20
ſelbigenn jar alle nach deinem abſcheiden kranck geweſen, dañ mit dißem, dañ mit jhenem on vnderlaſſigē gebrechen.

Feb. Das iſt darumb, das mein will noch nit geweſen, dich gar zů verlaſſen. dañ als ich das ſelb mal von dir ſchid, was mein fürſatz, bald widerumb zů dir zů kummen. Vnd wil dir eben itzů geſagt habē, wo du mich nit in ein 25
gůt herberg hinfüreſt, bin ich entſchloſſen dich noch nit zů begebē, wañ du gleich ſeer zürneſt, vnd ſechs oder ſyben gantzer jar (luſt michs anders) bey dir ſein.

---

[1] illum t. r. defensorem t.] *Gell. N. A.* XVII. 12. „Infames materias sive quis mavult dicere inopinabiles, quas Græci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant, et veteres adorti sunt non sophistæ solum sed philosophi quoque, et noster Favorinus oppido quam libens in eas materias deiciebat vel ingenio expergificando ratus idoneas vel exercendis argutiis vel edomandis usu difficultatibus: sicuti cum Thersitæ laudes quæsivit, et cum Febrim quartis diebus recurrentem laudavit, sane multa et non facilia inventu in utramque causam dixit eaque scripta in libris reliquit. Sed in Febris laudibus testem etiam Platonem produxit, quem scripsisse ait, qui quartanam passus convaluerit viresque integras recuperaverit, fidelius constantiusque postea valiturum". [5] qui] quod *1.* [8] cœpi *1.2.7.8.12.* [11] videbit *12.*

[12] dz ... mochte *om.* a b fleyſſiger a vleiſſiger b vleyſſig *1.* [13] zeügſtu = ziehest, beziehest du [14] dich gebraucht a b [15] die du ... nympſt] bey denen du durch geſpay plagen zufugſt, nimbſt a (b) [16] mir *1.* einen] dieſelben a (b) [20.21] die ſelb.] gar vil a b *omisso* alle [23] nit] nie a nye b [25] zů d. z.] bey dir zu erſcheinen a b yetz a yetzo b

HVTTENVS. At ego tribus, ut ille, obulis interdiu obsonabo et abste- §. 10.
mius vivam.

FEBRIS. At te ego delicatum reddam, per mei affectionem alia ex aliis ut concupiscas.

5 HVTTENVS. Tunc medicos superinducam tibi, et illum statim magna cum fiducia Stromerum.

FEBRIS. Ha medicos, ha Stromerum! quasi tuos ego ibi mores haud sciam, qui ægrotare malis totum libenter annum quam illud semel aut iterum vorare rabarbarum aut hellebori scrupulos duos. Quin illum mihi superin-
10 ducis qui videns avenæ granum in ægri lotio, equum devorasse eum putavit.

HVTTENVS. Quod cavere me oportet; nunc autem alios iterum ad ho- §. 11.
spites traducam. et quia cum voluptariis illis negotium tibi esse dicis, sequere hac me: ad illos abimus fratres molliter per omnia viventes, vel hoc argumento quod obesi sunt et bene curata cute, tum iucunde vivunt
15 et suaviter, moranturque intra cellas, raro ad illud, quod obesse tibi video, corporis exercitium abeuntes; bibunt autem vinum, et esu piscium utuntur intemperatissime: en te dignum hospitium.

Hutt. So kã ich doch wol, wie der Cardinal vndertagen vmb | Was gut wider das Feber. §. 10.
drey häller zeren, vnd ein nüchters leben füren.

20 Feb. So kan ich dich dargegen wol schleckhafft machen vnd anreytzen, das du mancherley vnnd verbotten ding begeren würdest.

Hutt. So wil ich dir ärtzt übern hals füren, vñ eben mit sonderm vertrawen doctor Heinrichen Stromer. | D. Heinrich Stromer.

Feb. Ja wol ärtzt, ia wol den Stromer, als ob ich dein weiß nit wüste.
25 Du wereſt lieber ein gantz iar kranck, ehe du ein mal oder zwey | Huttens weis wen er kranck ist.
Neubarbarũ, Niß wurtz, oder sunst einer purgatz nur zwen scrupel jnschlundest. viel mer für den über mich, der ein haber korn in einem harnglaß sahe, vnd meint der selbig kranck hette ein pferd fressen.

Hutt. Da wil ich wol vor sein, vnd dich nüw zů andern wirten hinfüren. §. 11.
30 Vñ dweyl du gern mit schleckhafftigen zůthůn hast, so volg mir nach, wir wöllen hingehen zů den München, die mit allen dingen sanfft leben. | Die Munch.
als dañ gůt anzeygung gibt, das sye veist sein, vnnd wolgemester heüte, lebẽ lüstlich vñ im sauß. So wonẽ sye stets in den zellen vñ haben selten (das dir dañ zuwider wär) zimliche leybs übung, auch sauffen sye wein, vnd | Leybs ubung.
35 essen visch vff das vnmäßigst. Sich zů, das ist eben ein recht herberg für dich.

[1] ut ille] Cardinalis S. Sixti. cf. supra §. 3. [9] Helbori 7. ellebori 8.9. [10] locio 7. [15] inter 12. [17] intemperantissime 12.

[23] Heinrichten 1. [24] wüste] erken a b [25] oder et oder purgatz om. a b [26] nur] mir 1. [26.27] einschlynden solteſt. Als mer a b [29] ein pferde fressen. 1. [32] als etc.] welchs mir zůuoran ein antzeygen a (b) [33] sauß, die wonen in a b haben doch a b dir] die 1. [34] wär] ist a b

FEBRIS. Non abducis; audiunt enim muliercularum confessiones et incantamenta discunt quibus vel procul visam me abigunt.

§. 12. HVTTENVS. Vin' ad illos igitur Canonicos, quibus eadem ista affatim et copiosius adhuc multo adsunt, nisi quod equitant interdum et venantur exercendi simul et oblectandi sui gratia? omnino convenire tibi existimo, siquidem petis succulentos et bene pastos aliquos, qui opipare cœnant, molliter cubant, suaviter otiantur, et nequid esse adversum te munimenti suspiceris, secure vitam degunt, illis medium digitum ostendentes medicis, quos tu nescio quomodo in tantum metuis apud Fuccheros, cum plerumque magis ægrotent quibus ipsi adsunt quam qui, ut apud Saxones, sine medicis ætatem degunt: scilicet medicos contemnunt hi quos dixi: præterea supini ut plurimum iacent et in balneis delitiantur aguntque convivia creberrime, et inter scorta ebrii ad multam plerumque noctem desident; quo fit ut crudis sint stomachis et subinde male concoquant.

§. 13. FEBRIS. Est hoc quidem aptum Febri genus ac digni videntur huiusmodi quibus quam diutissime cohabitem, sed vereor innumerabiles ne me ibi ægritudines prævenerint, quandoquidem sic vivunt illi: putas tu aliquem

Feb. Neyn, du bringst mich mit den worten nit von dir. Dann sye hören
Die Minch in der Beycht. | die alten weyber zů beycht, vnd lernent vil segē, darmit sye als weit
sye mich sehen, hinwegk treyben.

§. 12. Thum herren | Hutt. Wiltu dañ zů den Thůmhern, den der gleich auch nit
mangelt, sunder überflüssig haben. allein, das sye zů zeyten außreyten vnd jagen
vmb úbung vnd lust willen? Ich meyn es solt gantz vor dich sein, dieweyl du
doch safftig vnnd wohlgemeste begerst, die da gantz köstlich essen, sueßlich ruhenn,
sanfftlich müssig gehen, da darffestu nit förchtē das sie sich vorwarē mit ärtztenyē.
Der Tum herren frey leben. | Dañ so sye lebē gar on sorg, zeygē die feigen den artzten die du
(ich weiß nit warumb) so übel forchst, bey den Fuckern, so doch gemeynlich mer
Die Sachsen. | kranck seyen, bei welchen die ärtzt wonē, dañ die Sachsen, die on
ärtzt lebē, Wo du sie aber jhe förchtē wilt, so nim̄ war, die von den ich gesagt hab vorachtē die ärtzt, über das, so ligen sye gemeynlich am rücken, vñ haben ire kurtzweyl im bad, vnd brassend stets, sitzen da vnder den schönē metzen,
Was von prasserey kumpt. | offt die gantz nacht, darauß volgt das sye böße rohe vnd vntewige
mägen überkůmen.

§. 13. Feb. Solchs fürwar were ein geschikt volck zům Feber, vnd auch wol werdt,
kranckheite der wollustigē. | das ich inc lang beywonte. Ich förcht aber, das vil ander kranckheiten bey den selben mir vorkůmen seyen, bey der weiße die sye fürē. Glaubstu

---

3 Visne *12.* 7 ociātur *7.* 8 med. digit.] Cf. supra p. 13. ad vers. 7. 8. 9 Fuggeros *12.* 11 me dicis *5.* hij *3.* 14 conquoquāt *7.*

25 mit ä. Dañ *om.* a b 27 Fockern a 28 Saxen a b 29 Wo du ... war] eben a b 32 offt] schier a b 34 Solche *1.*

horum enim morbo haud dum captum? et quem non occupaverit podagra nuper, aut calculus, aut hydropisis, aut ischia, aut articulorum cruciatus, aut lepra, aut morbus regius, aut caducus, aut Gallicus, aut pessima quæque scabies, aut cancer, aut polypus, aut lupus, aut fistula, aut angina? aut qui manibus ac pedibus per multam miser ebrietatem tremat? aut laterum dolor quem vexet? aut qui utcunque affectus sit quo minus Febri locus esse possit? nam et hæ quas dixi et aliæ innumeræ pestes culinam sequuntur, mensas et convivia quærunt ac cum delicatis illis pinguibus habitare gaudent, et ad ferculorum, ut ego, varietatem et luxum agminatim confluunt.

HVTTENVS. Confide, aliqui vacant enim, iste in primis Curtisanus, qui §. 14.
nuper ab urbe revertens cum apud quendam illic Cardinalem didicisset molliter vivere, in medias se repente delitias coniecit agitque periucunde.

FEBRIS. Bibit vinum?

HVTTENVS. Perbibit.

FEBRIS. Condit pipere et cinamomo et zinzibere et gariophyllo?

auch das einer vnder denen noch nit kranck sey? den nit newlich das Podagram besessen hab, oder d' stein, die wasserſucht, das gesůcht, das hůfftwe, oder der nit aussetzig sey, oder mit der gelsůcht, dem fallendē siechtag, mit dem malfrantzoß, oder sunst mit den böstē geschweren behafft, als dem krebs, dē wolff, der fistel, mit der hals geschwülst. od' auß lang herbrachter füllerey vñ trunckenheit, an henden vnd füssen zittere? oder sich in der seyten klage, od' wie er sunst geplaget ist, deßhalb ich Feber destminder stat haben mög? Dañ die yetz erzelten, vnd sunst andere vnzalbarlich gebrechenn, volgend auch | Gebrestē der kuchē nach uolgende.
ſs wol als ich d' kůchen nach, vñ sůchē warlich die tisch vñ den praß, haben ein freud bey den feysten vñ schleckhafftigen zů wonē, zů der vůlle vnd mancherhandt d' richt vñ zů schlem̄ (ebē wie ich auch thůn) flyessent sye hauffend weiß zů.

Hutt. Lieber getraw mir darumb, sye sindt noch nit alle kranck, vnnd zů- §. 14.
norderst der Curtisan der iüngst wider von Rom kůmen, nach dē er | Von eins freyē Curtisanen.
bey einē Cardinal daselbst gelernt weychlich zů leben, hat er sich yetz gar mitten inn braß geworffen, vñ lebt gantz über auß frölich.

Feb. Trinckt er auch weyn? | Weyn.

Hutt. Ja, er schlucket den.

Feb. würtzet er auch mit pfeffer. zymedrōdē, ingber, vñ negelin? | Gewurtz.

---

[8] aut lepra, *post* regius, *12.* [2.4] queqz *5.* [5] permultam *12.* [7] hee *3.* [13] delicias *12.* [16] gariophillo *3.9.* gariophylo *8.*

[17] deñ *1.* Podagra a Podagran b [25] auch ... ich *om.* a b [27] richt = gerichte [31] weychlich a b weyßlich *1.* [33] Trunckt *1.* [35] zymmendrindē a zymmendrōnñ b

HVTTENVS. Largissime.

FEBRIS. Habet lectos et tapetes et culcitras plumis suffertas et cervicalia et sericum?

§. 15. HVTTENVS. Instructissime.

FEBRIS. Tum pisces edit etiam? 5

HVTTENVS. Lurcatur, sed non nisi caros et magni emptos, amatque perdices et phasianos, et si leporem edat, pulchriorem se fieri putat; iam autem longam hanc hyemem dicit, qua caret asparagis.

FEBRIS. Et lavat nonnunquam?

HVTTENVS. Cupidissime et crebro. 10

FEBRIS. Non avarus est interim?

HVTTENVS. Profusissime liberalis.

FEBRIS. Negotium est illi cum medicis?

HVTTENVS. Odit infense et Germania expellendos putat.

FEBRIS. Pellitus est aut aliter bene vestitus? 15

Hutt. Gantz geüdisch.

Weyche bedt. | Feb Hat er weyche bedt, hüpsche tappet, pflumfedern, pfülblin, haubt küssenn, vnd seyden wat?

§. 15. Hutt. Auffs kostlichst.

Fische. | Feb. Isset er dann auch fisch? 20

Hutt. Ja freylich, er schluckt sye, aber nür die bestē vñ tewersten, so helt

Hasen. | er auch vil von dē felthünern vñ Phasanen, vnd wañ er eins hasen

yſſet meint er bald hübscher dauon zů werdē, in bedunckt auch d' winter lang

Spargen. | sein, das die Spargen nit zeytig möllē werdē.

Baden. | Feb. Badet er etwañ? 25

Hutt. Vber maß gern vñ offt.

Feb. ist er nit bey weylen karg?

Hutt. nein sunder auffs geüdischt reychlich.

Feb. behilfft er sich auch mit den ärtzten?

Ertzet. | Hutt. Er hasset die veintlich, vñ sagt mā sält sye des teütschen 30

lands veriagē.

Kleydung. | Feb. Geht er auch in beltzen röcken, oder ist er sunst wol gekleydet?

---

[2] tapetas 2. [6] emtos 12. [7] si leporem edat etc.] Cf. Martialis ad Gelliam epigramma (V. 29.):

Si quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis
'Formosus septem, Marce, diebus eris'.
Si non derides, si verum, lux mea, narras,
Edisti numquam, Gellia, tu leporem.

[7] phulchriorē 5. [11] Non] Nec 5. [13] negocium 7.

[17] weyche om. a b [21] schlurckt a b vnd die t. a b [23] bald] alweg a b

HVTTENVS. Immo, ut ille apud Martialem,
Optat et obscuras luces ventosque nivesque
Inter sexcentas Bacchara gausapinas.

FEBRIS. Vereor ne me haud diu sustinere possit his moribus. §.16.

5 HVTTENVS. Id tu videris scilicet, quæ cur velles statim suffocare quem diu tenere possis?

FEBRIS. Si me delicate nimis tractaverit. verum heus tu, habet musicos?

HVTTENVS. Et parasitos.

10 FEBRIS. Et scortum habet quod nos curet?

HVTTENVS. Quoddam molliculum et blandum.

FEBRIS. Habet ventrem?

HVTTENVS. Iam extare illi incipit.

FEBRIS. Quodsi me non accipiat ille, tunc tu quo duces? §.17.

15 HVTTENVS. Circumducam.

FEBRIS. At te ego circumscribam.

HVTTENVS. At te ego contemnam.

Hutt. Ja wol, eben wie einer danon Martialis schreibt | Martialis
Frost, regẽ, schne er wünschen thut,
20 Sechshundert schauben hatt er gůt.

Feb. Ich förcht das er mich nit lang leiden möge bey dem wesen. §.16.

Hutt. Da sich du zů, dann warumb wolteſtu einen bald vmmbringen, den du wol lang brauchen magſt?

Feb. Eben auß der vrſach, wo er mir zů vil gůtlich thätt. Aber höreſtu
25 hat er auch ſpil leüt? | Spielleut.

Hutt. Ja, vnnd ſchalcks narren dorzů.

Feb. hat er nit auch ein ſchöns metzlin das vnſer pflege? | Frawen.

Hutt. Ja worlich, ein glats, zarts vñ früntlichs.

Feb. hat er ein groſſen bauch? | Ein grosser bauch.

30 Hutt. Er wechſt im ſchon daher.

Feb. Wann er mich aber nit annáme wo wolteſtu mich dañ hinfüren? §.17.

Hutt. Dañ wil ich dich vmbfüren.

Feb. So wil ich dich durchächtẽ.

Hutt. So wil ich dich verachtẽ.

---

[1] Imo *12.* *Martialis in Baccaram epigramma VI. 59. sic habet:*
Et dolet et queritur sibi non contingere frigus
Propter sexcentas Baccara gausapinas,
Optat et obscuras luces ventosque nivesque,
Odit et hibernos si tepuere dies. *etc.*

[4] hijs *3.* motibus *5.* [10] quos *12.* [16] At ego *3.* [17] At ego te *3. et sic iterum.*
[33] dich *omis. 1.* et iterum paullo post versu 34. durchachten a b

FEBRIS. At te ego iugulabo.

HVTTENVS. At tibi ego oppedam.

FEBRIS. Febri?

HVTTENVS. Tibi Febri, suffragantibus inedia, exercitio, sobrietate et acta duriter per omnia vita.

§.18. FEBRIS. Tentabo beneficiarium illum, post de te videro.

HVTTENVS. Ut voles, ego me hinc proripio.

FEBRIS DIALOGI FINIS.

Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω.

Feb. So erwürg ich dich.

Hutt. So beschenß ich dich.

Feb. Wer? du mich?

Vertrostung wider das Feber. | Hutt. Ja, ich dich . verlassend mich auff hilff des hungers, zimlicher leybs übung, nüchterkeit, vnd eins harten lebens in allen dingen.

§.18. Feb. Nun hin ich würdt den Curtisanen versüchen, darnach wider nach dir dencken.

Hutt. Wie du wilt, ich wil mich auß dem staub heben.

Das Feber zum Curtisanen.

Herr Curtisan ich wünsch eüch gruß.
Jn ewerm hauß ist überfluß.
Drumb kumm ich eüch zuwonen bey.
4 Tragt essen trincken auff, seyd frey.
Doch erst ein bad man wörmen sol.
Vnd vnser dorin pflegen wol,
Mit reyben, iucken, warm, vnd kalt.
8 Darauß wir gehn zum essen bald.
Do werd ein schön pancket gemacht.
Mit grossem kosten, reychem pracht.
Das were biß nach mitter nacht.
12 Do müssen vil gerichten sein,
Fisch, vögel, wiltpret, bir vnd wein.
Kein wurtz man spare, noch spetzerey.
Schadt nit, ob das schon tewer sey.

---

[4] exrcitio 5. [7] At voles 7. vt voles *corr. H.* [8] *De edd. subscriptionibus cf. Indicem n. XXI.* [9] *Ἐκ τ. κ.*] Ex fructu arborem cognosco. Cf. Apostolii parœm. VI. 90. cum evang. sec. Matth. VII. 16. Luc. VI. 44. — *De hac subscriptione vide Indic. biblioqr. n.* XVII. 5. *i. f.*

[15] hin *om.* a b

16 Obs sey gholt auß India,
Gewachsen in Arabia.
Kumm auß der newen Insel her.
Tragt auff, die sucker bringens mer.
5 20 Mit essen drincken schafft ein mût.
Mit vollem bauch ist schlaffen gût.
Ob dann schon ich bin auch im spil,
Hatt wol sein fug, ist nit zû vil.
24 Ein ides wesen hat sein zil.
10 Ich habs gewogt.

---

[3] newen Insel] America. [9] idas *1*.

Ne vacua hæc misere hiet pagina, addimus ex Aeneæ Sylvii libello (Indic. bibliogr. p. 31**.) specimen (fol. diij) hoc:*

„. . . non tam filio suo pater afficitur quam bono principi bonus servus. Cui et si fortuna faverit, nunc mutationem, nunc insidias times, nec dormies unquam nec vigilabis in pace. Est insuper magna virorum recreatio mentis secessus. Cum se aliquis retrahit in solitarium locum ac vel meditatur vel legit vel scribit totumque se Musis præbet, et nunc Platonem, nunc Aristotelem, nunc Tullium, nunc Virgilium, nunc alios doctores, iam dudum mortuos, sed fama viventes, et scriptis alloquitur. Sed hac voluptate privati sunt curiales, qui, cum semper in otio sint, nunquam tamen otium habent, semper in multitudine sunt, in clamoribus, in tumultibus. Si tibi nonnunquam particulam delegeris, in qua vel legas aliquid vel scribas, mox aliquis instabit qui te vexat; et si alii cessaverint, non aberit dispensator, qui prope te computum faciat æraque moveat: nusquam tibi angulus patebit quietus, in quo possis cum Scipione dicere 'Nunquam minus solus sum quam cum sim solus'. Oportet te priscis illis sanctisque viris carere atque inter homines vivere quos rectius bestias omni virtute carentes appellaveris. Sunt qui dicant filios suos idcirco principibus tradere, ut mores discant fiantque virtute præstantes: melius dicerent, ad intelligendam maliciam turpitudinemque discendam se filios transmisisse: sunt enim in curiis vitiosissimi homines, sermones inhonesti: ille luxuriam commendat, ille voracitatem; nemo de virtute se iactat, sed aut virginem violasse, aut stuprasse nuptam, aut æmulum occidisse, aut rapina sese aliquid nactum gloriatur. Quæ scelera sic adolescentes imitantur atque imbibunt, ut nullo post tempore amittant. nec te putes adolescentem pudicum, sobrium, verecundum aut bene moratum apud principes invenire; omnes huiusmodi sunt quales magistri. verum est enim quod Terentius ait, ad peiorem plærunque partem animum applicari, si quis ad eam rem magistrum sortitus sit improbum; sic natura iubet, velocius et citius nos corrumpunt exempla mala, cum animum magnis auctoribus subeunt. Refero maximas deo grates, qui mihi iam viro sequendi principes animum tradidit, cum iam parentum virtutes aliquas sic acceperam, ut amplius amittere non possim. quodsi aliud non est, hoc saltem habeo, quia nonnullas didici literas, quas ignorarem, si pueritiam meam curia suscepisset. Est enim in curiis principum vitiosum literas nosse, et probri loco ducitur appellari disertus. Est itaque magna literatorum molestia, cum se contemni per omnia vident, et res maximas ab his dirigi qui vix inter manus et pedes quot habent digitos norunt. Sed est etiam illiteratis summa turbatio, cum viros in curiam doctos et Latine loquentes venisse vident, quos nequeunt intelligere. Quid præterea de conscientia tua protulerim, quæ semper inquieta est semperque te mordet?" *etc.*

VLRICHI HVTTENI

EQVITIS GERMANI

M I S A V L V S

QVI ET AVLA INSCRIBITVR

DIALOGVS.

Inscriptionem dedimus ut ipse Huttenus deletæ priorum exemplorum exemplari Parisiensi quod a. 1519. prodierat hodieque inter libros reipublicæ Turicensis adservatur (Indicis bibliogr. num. XVII. 5.), adscripsit, nisi quod *Eqn.* et *Dialog:* omnibus suis litteris exhibuimus.

De exemplis ad hanc editionem parandam in subsidium vocatis conf. Indicem n. XVII. non contuli *6...8. 11.* neque ad marginem a Petro Herdesiano adscripta lemmata exemplarium *9. 10.* transcribere visum est. Hutteni manum, ut ab ipso exemplo *5.* distinguatur, *H* littera in adnotatione significamus. (In eo solo Hutteno obsecundare nolui, ut ubique puncta initialesque litteras ponerem quotiens in incisionibus maioribusque litteris ponendis profusior ipse scriptor in margine iussisset: posui tamen plura fateor quam si mea edenda fuissent posuissem: inpedimento, non commodo lectorum Huttenum secutus essem, quem ipsum eius modi supervanea signa si sua scripta nunc ederet, omissurum esse confido. Quæ Münchius de Hutteni emendationibus exemplo *5.* adscriptis rettulit, cum neque integras neque adcurate sed temere ac sine certa fide rettulerit, omnino sperni poterant.) Idem librorum index, si quamnam inscriptionem edita exempla habeant nosse velis, adeundus est.

Hutteni ad Henrichum Stromerum præfatio et Ioannis Frobenii ad Thomam Morum Idibus Novembribus a. 1518. scripta epistula suo quæque loco vol. I. edita est. p. 217. sqq. 220. sq. Exeunte mense Augusto hunc dialogum nondum publicatum fuisse ostendit Spiegelii ad Erasmum Rot. pridie Kalendas Septembres a. 1518. scripta epistula, quam vol. I. inter LXXXV. et LXXXVI. exhibere debebamus, ibi vero omissam nunc infra apto aliquo loco repetendam curabimus.

Ad hunc dialogum Hutteni Luciani declamatio quæ ut apud nos (nisi quod Febrim I. interposuimus) Huttenicum Phalarismum Misaulus, ita in Luciani exemplis Tyrannum sequitur, a Frobenio iam commendata lectoribus *Περὶ τῶν ἐν μισθῷ συνόντων*, et Aeneæ Sylvii libellus in Indice nostro n. XVII. in f. adcuratius descriptus utiliter conparabuntur. ex illa quidem totum Misauli scribendi genus et quasi adparatus, ex hoc ipsius adumbrationis non nullæ partes quæ paullo apertiores ac fere crassiores quam recentiorum morum elegantiæ ferant, mollioris huius ætatis hominibus videri possint, commodius rectiusque intellegentur. Ex Athenæi deipnosophistis (imprimis VI. 27. sqq.) multa, ut ad exempl. *5.* nonnulla supplevit, sumpturum fuisse auctorem, si quo tempore Misaulum scripsit, adcuratius cognitum habuisset, mihi dum librum recenseo persuasum est. Miror etiam tum Plutarchi commentarium *De adul.* (i. e. Quomodo adulator ab amico internosci possit) tum Luciani de parasito dialogum vix adhibitum esse ab Hutteno.

VLRICHI HVTTENI
EQVITIS GERMANI
M I S A V L V S
DIALOGVS.

5 Interloquutores CASTVS et MISAVLVS.

CASTVS. Quam non est hoc falsum, Misaule, quod aiunt, Vestis virum §. 1.
facit; nam tu mihi sic vestitus sicque cultus valde places.

MISAVLVS. At mihi contra non placeo, ac ad illos olim pannos respicio.

CASTVS. Quid ais, ab his mundiciis ad illas sordes?

10 MISAVLVS. A servitute ad libertatem, Caste. quem quidem pannis obsitum esse vilissimis oportuit, liber ut essem.

CASTVS. Non es tu liber igitur? §. 2.

MISAVLVS. Quia enim servio. atque ut intelligas rem plane ut est, hoc sericum ultro accersitam mollitiem et vitam viris indignam arguit; hæc
15 qua collum obvinctum gero aurea catena miræ indicium est captivitatis; tum ubi me Consultorem salutari animadvertis, servitutis symbolum accipe.

CASTVS. Quo me ducis? quæ absurda refers? Servi sunt, captivi sunt §. 3.
qui in principum aulis versantur?

MISAVLVS. Et miserum in modum. deinde exules quoque: nam quod
20 vides molliter vestiri nos, quid aliud sibi vult quam a veris vitæ officiis longe exulare? Atque ita me dii ament, ut meam conditionem quoties reputo, neque liber esse mihi neque vir sed ex pessimo captivorum genere videor. atque utinam maluissem cum Diogene olera lavare quam regias cum Aristippo sectari epulas.

---

[1] *Ita nomen* de Hutten *correxit H. Totam rubricam h. l. omis. 9. 10.* [3] Aula *edd. præter 13. correxit H.* [5] Interlocutores *13.* [6] Vestis v. f.] „*Das Kleid macht den Mann*", „*Kleider machen Leute*" sic apud recentiores in proverbio est. Græce *εἵματα ἀνήρ*. Cf. Erasmi Adag. h. v. [7] . Nam *H.* sicque *H. ex* sic *edd.* [8] ac] . Ac *H.* [12] , atque *edd.* . Atq3 *H.* [15] obiūctū *5. corr. H.* cathena *edd. præter 3. 5. 13.* [16] consultorem] '*Rath*', sine honore nomen, quod titulum adpellamus. [18] principiū *1.* [20] Mollis vestitus. *in marg. 3.* [21.22] repeto *edd. omnes, etiam 13. Corr. H.* [24] epulas sectari. *edd. corr. H.* „Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Aristippus". Horat. Epp. I. 17, 13.

§.4. CASTVS. Valde præter opinionem ista narras. proinde si tibi videtur, rem clarius expone, ut edoceas eam vitam, in qua te ego fortunatum existimabam, atque igitur imitari decreveram, tantopere calamitosam esse.

MISAVLVS. Facile est hoc intelligere, Caste: vides enim ut breve vix tempus colloqui nunc tecum liceat, amico vetere, et aliquot iam post annos tandem reviso. huc illa cogit temere abs te felix putata conditio; nam ad septimam statim horam standum ad principis conclave, quem sic opperiri ceremonia est.

CASTVS. Et quamdiu standum?

MISAVLVS. Aliquot sæpe horas.

CASTVS. Quem in usum?

MISAVLVS. Officii causa, siquid iubere velit ille forte, aut ne quo incomitatior exeat. adeo mea omnia extra me sunt; ipse ab alterius nutu ac imperio totus pendeo.

§.5. CASTVS. Quid? illud pulchrum non est sic vestiri? summo cum homine consuetudinem habere? his immunitatibus frui, hæc contrectare, huc ingredi?

MISAVLVS. Quid? illud deforme non est ad subitum tintinnabuli pulsum quasi fulmine territum sic exilire, abiectis omnibus ad summi illius fores consistere, ibique non tantum quid ille iubeat, sed et quid nutu significet aut digito crepet, religiose et ad anxietatem usque observare? nullum habere sibi tempus, nullum locum proprium, omnia precario? aliena vivere quadra? ad omnem principis occursum pallere, erubescere, fugitare? nonnunquam timere ac obstupescere, tum multa simulare ac dissimulare? toties genua inflectere, tantisper nudo esse vertice? omnia serviliter, omnia suppliciter agere, nunquam tui iuris esse? magnis diu laboribus, multis vigiliis favorem hominis captare? observare ne quid dicas quod ille probaturus non sit, nedum ne quid facias? perpetua cum paribus invidia conflictari? laudem pariter ac vituperationem indigno loco ponere? nihil dicere quod sentias sed quod conveniat? plurima debere, plurima accepta referre, assentari, adulari, ipsum te negligere, omnia alterius curæ mancipata habere, indigna multa facere, multa pati, sæpe contra naturam conformare te aliis?

§.6. CASTVS. Mare malorum commemoras.

MISAVLVS. Recte ais mare, et si libet adde Tyrium mare, quod im-

---

[3] atque ... decreueram *addid. H.* [6] tandem *omis. 13.* Huc *corr. H. ex* Sic *edd.* fœlix *1. etc.* felix *5.* [7.8] operiri *edd. præter 5.* [10] sepe *5.* [12] siq. ... forte *corr. H.* dum aliquid ille iubeat, *edd.* [13] nutu *fecit H. ex* iussu *edd.* [15] Illud *H.* [16] hac] hec *5.* [18] tintinabuli *5.* nn *corr. H.* [22] al. viv. quadra (i. e. mensa). Iuvenal. sat. V. 2. [31] cure *5. Corr. H.* [35] mare aulicum. *in marg. 9. 10.* 'Tyria maria' in proverbium deductum est *etc.* Fest. ed. Müller. p. 355.

petu rapit, vi detinet, fluctibus iactat, infidum, surdum et instabile, repente turbatum, subito concitatum, inconstans, inquietum, nunquam non procellis obnoxium, semper ventis oppositum, tempestate furens, motu æstuans, plenum periculis, plenum exitio, impellens ac inundans, omni
5 monstrorum genere, omnibus refertum portentis; ad quod pernavigandum cum me dulces quædam Syrenes illexissent, paulo post sentire cœpi cuiusmodi malis fortuna involvisset, quantam mihi ad miserias meus error fenestram aperuisset, ac lugens cum Homerico sapiente dico *Οἴῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν.*

10 CASTVS. Mirum si tam fugienda res est aula, cum te philosophum §. 7.
reddiderit, ita ut gratiam habere debeas ei vitæ quæ te sic excoluit.

MISAVLVS. Nescis quanti hoc constiterit philosophari.

CASTVS. Quasi vero quisquam citra negocium philosophiam didicerit, aut dura non sint quæ ego facio, vigilare, esurire, sitire, algere, astuare,
15 peregrinari, terra ac mari studiorum gratia multa pati, fraudari voluptatibus, accersere dura omnia et iniucunda, pulices pati, a cimicibus commorderi.

MISAVLVS. Sunt ista quidem ut narras acerba, sed quæ tu quatenus vis minimeque coactus fers: tum eadem omnia adfert aula et quædam ad-
20 huc sexcenties his duriora, nisi tu modica ista tanti facis, ut in pulicis morsu *τὸν ἀλεξίκακον* Herculem invoces.

CASTVS. Igitur omnes ab aula trahis et desertas principum domus red- §. 8.
dis? vel miseros omnes putas qui illis convivunt?

MISAVLVS. Nihil istorum, Caste; verum sanitatem illis precor mundi
25 dominis, ut sit instituendæ aulæ consilium. deinde sic aio, valde prudentem esse oportere, magis etiam quam illum Homericum Ulyssem, qui caute hanc consuetudinem tractet.

CASTVS. Ut intelligo, aut plane desipiunt reges ac principes, aut nulli §. 9.
boni sunt aulici.

---

[3] semper *addid. H. sed non ut dedit 13.* semper; vent. [6] Syrenes *omnes et in sqq. quoque, nec corr. H.* [8] Homer. sœp.] „Cyclops enim est Philoxeni poetæ fabula, in qua Ulysses Cyclopis (Polyphemi) specu inclusus dicit „Cum quali prodigio (monstro) dæmon (Fortuna, Sors) me conclusit". Zenob. V. 45. Diogenian. VII. 19. Cf. etiam Ovid. Metam. XIIII. 174. sqq. (In edd. omnibus Græcum proverbium ita expressum est, ut Græci parum supersit. *οἴῳ με ὁ δαίμων τέρατι θεῖρξεν.* (*σείρζεη. 5.*) [11] ei *corr. H.* huic *edd.* [13] negociũ *H.* [*non* negotium *ut 13.*] laborem *edd.* [15] fraudari *H.* fraudare se *edd.* [18] quatenus] eatenus *13.* [19-20] adhuc sexcent | *H. pro* præterea multo *edd.* [20] . Nisi *H.* pulicis] publicis *12.* duplicis *13.* Utinam ab Hutteni scriptis eiusmodi non editores sed proditores ac corruptores avertisset Hercules malorum depulsor! [22] Omnes igitur *edd. corr. H.* [25] dominus *5. corr. H.* [26] Ulyssem *ap. Hom. Od. IX. ubi pulcherrima de Ulysse, Nemine Cyclopeque Polyphemo fabula.* [26] decipiunt *13.*

MISAVLVS. Neque hoc neque illud, nam et sapiunt aliqui principes, rari illi quidem, sed tamen aliqui, et ex aulicis quidam Ulyssem imitantur qui in turbulento hoc mari navigantes cera obthuratis auribus insidiosæ Syrenum cantionis capaces non sunt et consilium habent præternavigandæ Scyllæ vitandæque Charybdis et in Syrtes non impingunt, tum, quantum in se est, clausos in utre ventos continent, quo minus sit perturbationibus locus.

CASTVS. Et non recte fit hoc quod isti suadent, ut nos tempori conformemus et scenæ, ut fertur, serviamus.

MISAVLVS. Cum decoro recte si possis. quantum dedecet enim ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα, quod aula in primis exigit? porro difficile est ibi continere te, unde omnis exulat continentia; et invidiosum est cum lupis versantem simul non ululare, mihique videtur paucissimis datum esse chlamydem simul ac pallium ferre.

§. 10. CASTVS. At præclarum mihi videtur multos habere amicos, id quod vobis proclive est.

MISAVLVS. Neque proclive ob perversa aulæ studia, neque si id assequi possis, uno plus amico recte utaris, vel Hesiodo persuadente cuius est hoc Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι. Certe enim, quemadmodum Aristoteles sentit omnem penitus amicitiam excludere nec ullius consuetudinem admittere ferinum esse et iniucundum, ita ego puto multos habere amicos hominis esse nullius rei delectum habentis, nihil constanter
§. 11. facientis: nisi amicos vocas qui vicies die salutant et dum te sibi vicissim adsentari volunt, genua inclinant, nudo capite occursant, a tertio usque ingere dextram porrigunt. et quidam sesquiulnaribus advolutus tibiis continuo thus illud aulicum adspergit, magnifica promissa, ingentes pollicita-

---

[3] obturatis *3. 5.* (*et 13*). *sed* h *suprascripsit H.* [5] que *ad* vitandę *adscrips. H.* Charibdis *5. nec corr. H.* Respicitur h. l. versus Gualteri Castellion. „Incidit in Scyllam qui vult vitare Charybdim". [6] clausos *etc.*] Cf. Vergil. Aen. I. 55. sqq. Ovid. Amor. III. 12, 29. Metam. XIIII. 224. sqq. perturbationis *13.* [8] scœnæ *1...3.* Scenæ servire, ut nos *in seiner Rolle bleiben.* Cf. Cic. ep. ad Brut. I. 9. fertur *corr. H.* aiunt *edd.* [9.10] ἀλωπεκ.] Vulpes vulpem decipere vult. *Zenob. I. 7. c. interpp.* de iis qui sui similes dolo fraudibusque circumscribere temptant. (*Münchianæ Græcitatis hoc unum exemplum esto* ἀλ. ὥρος ἕτεραν ἀλῶπεκα *Locum corrigendum esse significaverat H.*) quo *2.* imprimis *1. et alii, sed* inpr. *5, quod non mutavit H.* [11] . Et *corr. H.* [12] versantem *H.* si fueris *edd.* ulul.] Cf. Verg. Georg. I. 486. [13] chlamidem *13.* chl. simul et pall. ferre i. e. vestem aulicam simul et philosophicam. Puto hic quoque respici Horat. Epist. I. 17, 25. sqq. [14] 'Amicitia multorum' *in marg. 3. 5.* [17] Hesiod. Opp. et d. 713. „Neque multorum hospes (amicus) neque sine hospite esse dicaris". καλέεσσαι *5.* [18] hoc *corr. H.* illud *edd.* Certe enim *H.* Et *edd.* [19] Aristot. eth. Nicom. VIII. 1. [21] prudenter *1. 2.* [22] nisi amicos *etc.*] Cf. vividam descriptionem Plutarch. de adulat. p. 62. (ed. Reisk. VI. p. 229.) Amici et convictores seu palpones Aulici. *in marg. 9. 10.* [23] ads. *H.* assentari *1. et cett. præter 13.* genua *H. 13.* genibus *edd.* [24] ingero *13.* quidem *13.* [25] 'Thus aulicum' *in marg. 3. 5.* aspergit *9. 10. 13.*

tiones: dicas plane divinitus oblatum tibi a quo sic ameris, cum ille interim huiuscemodi inescatum te illecebris totum ad se traducit tuaque animadversa simplicitate crebro ista intonat 'Heus, age, tuus sum, mea §. 12.
'omnia committo tibi; quid ni? amicorum omnia communia, utere me ut
5 'voles, voles autem in mortem usque, et confestim voles'. quas ubi bullatas nugas olfeceris, nihil prius tale expertus, incunctanter credis, ac forte secretum aliquod committis, quo ille arrepto et certior factus qua tibi parte plurimum obesse possit, quod apud comicum est, altera manu panem ostentat, altera fert lapidem; verbis amicus est, cogitatione insidias
10 struit; palam benevolentiam, occulte periculum intentat. qui ubi semel §. 13.
edoctus est quo te consilio subvertere liceat, nunquam sinit emergere: omnem præcipit favorem, et siquid tibi boni destinatum est, callide occupat; quodsi neglectum te queraris et officium requiras aut in disceptationem voces rem ipsam, tum se tibi opponit manifeste iam, atque eo libe-
15 rius quod videri vult aliquando amicus, ut exprobrare illa possit promissa, illas bullas. si ignoras enim, promittere etiam beneficium est in aula.

CASTVS. At aliquos invenire licet, ni fallor, bonos. §. 14.

MISAVLVS. Et ea, Caste, rara avis est, quam tu unquam sequi velles tanto periculo?

20 CASTVS. Nondum constitui, quanquam certum est aulam experiri mihi.

MISAVLVS. Ac tanto derelicto bono in tantum te ultro præcipitare malum?

CASTVS. Imo ex bono in bonum transferre, non minus recte quam qui ex bono citharœdo bonus fit poeta tragicus.

25 MISAVLVS. Bene 'tragicus'.

CASTVS. At ne quid præter rationem proponere me arbitreris, sic ac- §. 15.
cipe: omnes qui in umbra philosophamur, nec aliquando ad res gerendas accedimus, quod scimus nescimus; nam ut in tranquillo navim quilibet facile gubernat, ita in isto ocio unamquamque rem strenuue laudamus vel
30 vituperamus aut utrumque facimus, et consilia damus ac de rebus maximis acutissime interdum disputamus verbis abunde instructi, re penitus inutiles, et ad omne opus, nisi exerceamur prius, inepti. iam ego enim quem in usum toties caput scabo, ungues rodo? qui si hodie rerum ad-

---

[4] *Κοινὰ τὰ τῶν φίλων.* Apostol. IX. 88. [5.6] Pers. sat. V. 19. [6]. Ac *H.* [7] accepto *13.* [8] Plaut. Aul. II. 12, 18. „Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera". [9]. Verb. *H.* [10]. Pal. *H.* [11] est *H.* fuerit *edd.* [12] Omnē *H.* favorem *edd. neque corr. H, ut rettulit 13. qui fecit* Omnes pr. favores [13]. Et *H.* [14] apponit *13.* [15] aliquando *omis. 13.* ut *H.* fuisse tibi, et *edd.* possit et expr. illa pr. *2.* [16] est ben. *13.* [17] Et *9. 10.* [18] Et *omnes præter 13. qui sq. alterum H.:* At *perperam huc quoque traxit.* [21] At *13.* [22] mulum *13.* [23] transferre *H.* traducere *edd.* [26] At *sive* Ac (*nam ita ambigue scriptum est*) *H.* Et *edd.* [27] in umbra] *i. e. vita privata, a re publica administranda aliena.* [27] Ter. Eun. IV. 4, 55. sq. „Tu, pol, si sapis, Quod scis, nescis." [29] strenue *2. 9. etc.*

ministrationi admovear, omnia imperite egero, in consiliis absurda et nihil ad rem suasero, ut iure exclamaturus sit aliquis 'Bove, cives, leporem
§.16. venamur'. Id quod illis quoque contingere videmus, qui multos postquam annos in libris versati multa ac varia bellorum genera legerunt, aliqui etiam scripserunt, opus aggressi nihilo peritius rem militarem tractant. Adeo 5 perite aliquid facere aliud est quam diserte dicere. At semper legere, semper meditari aut scribere etiam vel disserere, si nihil agas præterea, quæ tandem vita est? mihi enim vivere non videtur qui, quod nostri aiunt, sibi vivit. adde huc quod hi qui in studiis literarum diutius versantur, non tantum interim non experiuntur res ipsas, verum etiam fiunt plerumque 10 obeundis negociis inepti, unde suis ut plurimum moribus vivunt, ab alio-
§.17. rum convictu abhorrentes. quos spectare licet, si quando hominum frequentiæ admoti fuerint, quam sint in omnibus difficiles quamque morosi et communi plane sensu carentes; audent tamen interim nulli non sua exprobrare vitia, ac reges incessunt ut stupidos, et e medio tollunt militiam, 15 omnemque rei familiaris curam ut supervacuam damnant, in diem vivendum docentes; porro divitias risu, voluptatem conviciis insectantur; rident autem fora, rident leges; non navigare, non equitare per illos licet, puto non cacare etiam; et quæ maxima pestis est, coniugia quoque ut rem frivolam detestantur et humani generis propagationi operam dandam non 20 putant: vellent mundum desertum reddere, ut neque ipsi essent, ita vitæ
§.18. piget. Quid enim ista sibi volunt, optimum non nasci, proximum cito natum aboleri? aut quid non absurdum hi qui vocantur monachi, aliquando declarant? hortantur ad solitudinem, trahunt sub regulam, cilicium ostendunt, vitam cælibem solam cœlo dignam prædicant, rerum usum damnant, 25 mundum iugulant, quicquid extra cucullum est, Sathanæ addicunt, ipsi nihil experti, nulla neque bona neque mala fortuna exerciti; atque hæc illis ingerunt cellæ ac solitudo, ut quicquid ex culicis morsu indignationis conceperint, in mores, in tempora evomant, in principes, in divites, et

---

[2] Bove ... venamur.] Plutarch. de animi tranq. p. 471. „Etenim si quis aratro iaculari et bove leporem venari velit, non is male fortunatus est ... sed hæc est insipientia perversitasque inpossibilia temptans". *In marg. 3.5. est* Prouerbium. [4] versari *13.* Studiosi *marg. 3.5.* aliqua *13.* [8] vtia *5. corr. H.* [9] huc *corr. H.* hoc *edd.* Academici obeundis negocijs inepti. *marg. 9.10.* [15] et *omiss. edd. addid. H.* [16] que *add. H.* (*non 13*) [17] porro *add. H.* (*non 13*) nisu *13.* [18] autem *add. H.* (*non 13*) . Non *H.* [21] . Et *H.* [21] Ita vitæ piget *adscr. H.* „Affertur etiam de Sileno fabella quædam, qui cum a Mida rege captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur, docuisse regem Non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori. qua est sententia in Cresphonte usus Euripides .." *Cic. Tusc.* I. 48. „ .. multi exstitere qui non nasci optimum censerent aut quam ocissime aboleri". *Plin. H. N.* VII. *præf.* [23] MONACHI *marg. 5.* [24] Hort. *H.* regulas *13.* [27] fortuna *omis. 13.* . Atq3 *H.* [28] concæperint *3.5.* et *edd.* ac *corr. H.*

quodlibet diversum vitæ genus iaculentur, ac illa ab inferis terricula hominum auribus atque oculis obversari faciant, ita depingentes ac si viderint. Quos qui audiunt aliqui statim mori destinant, alii in cellam sese §. 19.
abstrudunt; non nulli derelictis coniuge ac liberis ad solitudinem procur-
5 runt; quosdam ita piget vivere, ut patri ac matri quod se genuerint irascantur. Quæ cum video, et quam non deceat hominem nihil agere considero, ac quæ ipsum me circumstant intueor, cum iam tempus sit ut vivere incipiam, non deserendi quidem studia consilium capio, sed emergendi ex his sordibus viam prospicio. Atque hæc prolixius attuli, quo ne
10 mihi persuasum putares tantum bonum esse, sic ociari. Tu cœptum de aula sermonem prosequere.

MISAVLVS. Nihil istos moror, amice, qui terrarum orbi molesti sunt, §. 20.
Theologistas, ac difficiles illos et superciliosos disputatores ipse non probo, nec te in cellam relego, et agendum omnino aliquid puto; sed aulam nego
15 esse idoneam, qua emergere potissimum cogites. Quodsi obstinatissime unum hoc vitæ genus tibi proponis atque ibi potissimum actæ ætatis fructum quæris, tum te dico e nassa cibum petere.

CASTVS. At multi evehuntur apud principes et ad honores cito ac §. 21.
dignitates transcendunt.

20 MISAVLVS. At multi consenescunt ibi pauperes, nec usquam transcendunt aut unquam speratum vitæ portum attingunt; quidam etiam maximas sæpe ad opes ac potentiam elati, quando illis visum fuerit bonorum datoribus dominis, deiiciuntur rursus ac spoliantur. Vide enim quam acute hæc intellexerit sapiens ille qui sic exaltatos calculis arithmeticis compara-
25 bat: nam ut illi aliquando minorem, aliquando maiorem numerum referunt, ita hos aliquando fortunatos, aliquando calamitosos, rursumque aliquando illustres, aliquando obscuros, ut regibus libitum sit, haberi.

CASTVS. Licet sperare. §. 22.

MISAVLVS. Et falli licet. Tum illud nunquam memoria tibi excidat

---

[1] iaculantur *edd.*, *corr. H.* [3] statim *add. H.* [4] obstrudūt *5. corr. H.* [6.7] considero *recentiores.* [8] consilia *13.* [16] unum *h. l. omnes praeter 13, qui quod H. post* ibi *adscripsit* potissimum, *huc traxit, omisso v.* unum. *Sic solebat Münchius.* [18] tibi (*pro* ibi) *2. 9. 10.* [17] Proverbium ex Seeledri ore ap. Plaut. in Glor. II. 6,98. „Numquam Hercle ex ista nassa ego hodie escam petam". [22] bon. dat. *omis. edd. adscr. H.* *Θεοὶ δωτῆρες ἐάων.* Hom. Od. VIII. 325. [21] sapiens ille] Solon, is enim, qui apud tyrannos auctoritate valerent, eos calculis quibus in conponendis rationibus utimur, conparare consueverat: ut enim eorum quivis interdum maiorem numerum, interdum minorem significat, ita et tyrannus horum quemque prout libitum fuerit aliquando inlustrem et inclitum, aliquando obscurum habere et ignobilem". *Diog. Laert. in Sol.* 59. calc. arithm.] *Rechenmarken*, ex conventione lubituve utentium valentes uniones, decades, centenarios et sic deinceps sive pro formæ sive pro conlocationis diversitate. [29] , tum *5.* . Tum *H.* tibi mem. nunq. *13.*

quod ille ait et rex et vates 'Nolite confidere in principibus'. Quod si me audis, non tanto spem istam precio emes, nec ad hunc scopum vitæ arcum intendes aut dulcem scholæ quietem commutabis cum his turbis, quæ me annos iam plus viginti sine fructu exercent, dum teror et conteror, dum sudo ac algeo, dum valetudinem corrumpo, dura patior, grata refugio, dum magnis laboribus ac vigiliis conor, dum omnem aleam iacio, neque aliquid tamen esse assequor præter unum hoc quod tibi tantis malis parandum videtur, ut, quemadmodum Phryges, sero sapiens tandem in arenam ædificasse me ac ventos coluisse videam, et illud tandem intelligam
§.23. quam non bene vitam instituerim. At te dulces interim Musæ vitæ securum, at ab omni tumultu liberum vera et honesta voluptas detinent.

CASTVS. Egentem sæpe multis.

MISAVLVS. Contemnentem etiam multa.

CASTVS. At nunc opinor quærendæ facultates, deinde ad virtutis studia redeundum, si unquam liceat.

MISAVLVS. Recte, si liceat. nam ut parari queant hæ quas petis facultates, aut laborem non feres tu aut indigna multa non sustinebis. deinde vereor, ne bonam tui partem depravet aula.

§.24. CASTVS. De labore scio, qui nucleum petat, ei necesse fore ut frangat nucem. iam autem firmior mihi videor quam ut ullam posthac morum in peius mutationem admittam.

MISAVLVS. De nuce fieri potest ut nucleum non habeat, cui tu cum periculo dentem impegeras; quod ad mores pertinet, nescis quam blanda pestis aula sit, quantumque pondus hi qui hoc mare perflant venti, quam nullo negocio dimoveant.

§.25. CASTVS. Dic aliquid de ventis igitur, aut si præstat, de convictoribus aulicis interpellatum a me sermonem prosequere prius, deinde totum hoc mare absolve.

MISAVLVS. Quos commemoravi convictores, Caste, hi sunt qui cum Ulysse illo tantum maris obeunt infidi ac fraudulenti comites, quorum ille sive suo ingenio fraudem eluserit sive deorum benignitate insidias effugerit, ad aliquam deferetur Calypso primum, deinde Alcinoi hospitium, post Ithacam forte obtinebit.

---

[1] et *ante* rex *omis. 13.* rex et v.] David. Psalm. CXLV. 2. [2] pretio *alii.* ne *13.* [3] . Quæ *H.* [4] et *H.* ac *edd.* [7] aliquid *H.* aliud *edd.* [8] Phryges s. s.] Proverb. ex Livi Andronici Equo Troi. Cf. Cic. ad fam. VII. 16. sapiens tandem *H.* sapiam, ut *edd.* in ar. æd.] Matth. VII. 26. [9] vent. c.] *ἀνέμους γεωργεῖν.* Zenob. I. 99. [10] Ad *5.* At *H.* vitæ *H.* omnis plausus *edd.* [11] at *ante* ab *adscr. H.* (*falso 13.*) detinet *edd.* detinēt *H.* [14] opinor *add. H.* [16] . Nam *H.* [17] . Deinde *H.* [19] qui e nuce nucl. *edd.* e nuce *delev. H.* Plaut. Curc. I. 1, 55. [20] morum immut. *edd. corr. H.* [29] Caste, conv. *13.* [30] cf. impr. Odyss. VII. sq. [33] dein *13.* Alcynoi *1. 2. 4. alii.* hospitum *13.* [33] obtinebit *H.* occupabit *edd.*

CASTVS. Qua hos igitur arte pervincere oportet? §. 26.

MISAVLVS. Providentia, quam illi si quando abesse abs te senserint, perdendi consilium inibunt. quare fidendum penitus nulli: ut dicam enim quod sentio, optimam etiam indolem et recte institutam vitam in aula suspectam habere oportet, quod hi quos dixi ventos omnia impellant ac perfringant et summam sæpe innocentiam ad pessimos mores invertant. an non audisti illum qui ait 'Discedat ab aula qui vult esse pius'? verum ut §. 27. sint aliqui boni, periculosa tamen ibi experientia est, quod multi sunt pessimi suopte partim ingenio partim aulico veneno imbuti, *οἷσιν*, ut ait Comicus, *οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ὅρκος μένει*, proinde cautum esse oportet qui cum ingeniis conflictari velit eiusmodi, ac danda sæpe verba et vicissim adulandum moresque dissimulandi sui atque omni ablegato candore istiusmodi simulandum ingenium.

CASTVS. Ut intelligo, primus est iste discedendi a philosophia gradus. §. 28.

MISAVLVS. Et hæc est quam dixi difficultas: quantus essem nunc enim ego si vel simulare adulationem potuissem. qui dum illum sequor naturæ rigorem et bonus esse studeo, omnem tot ærumnarum fructum perdo, perdidi in sublime procul abeuntibus qui æquales erant, ac inter hos multis qui nec diu iam nec multum adeo laboraverunt.

CASTVS. Omnino igitur adulari necesse est aulico? §. 29.

MISAVLVS. Omnino. sed faciunt hoc alii plus, alii minus. at quisquis huic iugo colligandam cervicem præbuerit, opus est Alcibiadem imitetur: nam ut aliter Athenis vixit ille, Attica morum suavitate, aliter Lacedæmone, solutius, rursum aliis apud Thraces, populum bellicosum, aliis apud Persas, mollem et delicatum, moribus usus est, ita opus est aulico omnem in modum conformare se moribus eorum quibuscum vivit, ut ingenio omnem in partem mutabili sit, in omnibus versutus et callidus, in summa, ipso Protheo varius magis.

CASTVS. Tragicum est hoc malum.

MISAVLVS. At in aulica comœdia spectatum, Caste, nec aliud frequentius aut timendum magis, cum intestinum sit, cum domesticum: nam qui §. 30.

---

[1] igitus *5.* pervenire *13.* [7] Lucan. Phars. VIII. 493. sq. „ . . . exeat aula Qui vult esse pius . . ." [8] quod] quia *13. (notam ꝓ ignoravit.)* [10] Chorus in Aristoph. Acharn. 307. de Lacedæmoniis: 'quibus neque ara nec fides nec ius iurandum sanctum est". *(Locum in 5. male expressum linea subducta corrigendum esse indicavit H. quod feci.)* [11] ingenuis *13.* [12.13] ab legato *13.* [14] qvimus *12.* discendi *2.9.10.* [15] ego enim *13.* [17] *post* perdo *add.* perdidi *H. quod non intellexit 13. omittens* perdo, [18] ac in his *edd. del. H. adscripto* ac inter hos [22] colligandum *5. corr. H.* Alcybiade *1. et alii.* Alcib.] Cf. Corn. Nep. in Alcib. *9.* Alcyb. *1...4.9.10.12.* [27] et *corr. H.* ac *edd. Ante* e *H.* ac *poni noluit.* ac *ante vocales Latine non poni Huttent avo ignorabatur.* [28] Protheo *etiam 5. nec corr. H.* *ποικιλώτερος αὐτοῦ Πρωτέως.* Lucian. sacrif. 5. [31] cum] et *quasi ab H. positum 13.*

aperte inimici sunt, facile ab his tibi caveris; hoc malum per speciem amicitiæ clam irrepit, blandum venenum, fucata pestis. atque aliquos horum novi miros in modos principum bonitate abutentes, quosdam vero ita effœminate assentantes, ut non verba tantum rebus accommodent, verum etiam gestu verba exprimant; in quibus falsissimus animi index frons est. 5 nam omnem opportune affectum simulant, et ut volunt colorem vultus mutant, udi ac molles et quamcunque personam fingere velis, idonei: quippe omnia facile imitantur ac exprimunt.

§. 31. CASTVS. Qualiter ille existimo Philippi adulator, qui se claudum fingebat, quod is crus fractum haberet, ob idque oculos etiam contorque- 10 bat, quod eodem gestu esset herus. Et hos alunt principes ac honoribus efferunt?

MISAVLVS. Primo loco decepti scilicet per errorem, homines gravibus alioqui curis impliciti et ad tristitiam ob id proclives, quos illi grata semper ac læta nunciantes iucunde afficiunt, omnia eorum admirantes, omnia 15
§. 32. laudibus efferentes, etiam ea quæ iniquissima noverint. Non est invenire aliud hoc hominum genere peius. atque hi sunt qui suis pessimis consiliis optime animatos principes in multorum ac in orbis perniciem invertunt ac pervertunt, semper duplices ac bilingues; per quos fit quo minus recte sapiant recteve faciant illi, nam his autoribus neque bonis præmium neque 20 pœna malis est; hi sunt, Caste, qui fumum vendunt, quibus ab illis emptoribus dicitur 'commenda me principi'; certe officia et præfecturas ab his mercari licet et, ut aliquid faciant aliquidve dicant principes, redimere; quibus etiam quos volunt caros rursumque infestos quos volunt reddunt; hi a quibus munera quoque acceperunt, iis aliquando fucum faciunt et in 25
§. 33. caussa sunt, multorum principum felicitas ut pereat et subvertatur; hi sunt,

---

[3] mirum in modum *13.* . Quosdã *5. (et alii) corr. H.* , q [5] fals. an. i. f.] Contra usitatum proverbium. Ad Q. Cic. de pet. cons. 11. ubi de „fronte quæ est animi ianua" dicitur, hic locus respicit. [6] . Nam *H. pro edd.* Qui *quod 13. quoque* retinuit. oportune *1...4. 9. 10. 12.* vtut *edd. corr. H.* [7] . Quippe *fecit H. ex* Qui *5.* (quique *in edd. esse mendacium est 13.*)

„Nemo suos, hæc est Aulæ natura potentis,
Sed domini mores Cæsarianus habet". *Martial. Epigr.* IX. 80 (81).

[9...11] Qualiter ... herus. *adscr. H. Cum cett. edd. omis. 13.* Fabellam enarrat de Clisopho parasito ex Athenæi Deipnos. VI. 54. (ed. Schweigh. II. p. 454.) Minus plena est narratio Aeliani H. A. IX. 7. [13] Primo loco, decepti scilicet, *adscr. H. pro eo quod in edd. est* Et primo loco decepti scilicet, dec. scil. *om. 13.* [14] ob id *adscr. H.* . Quos *edd.* q *corr. H.* [17] Adulatores. *marg. 5.* [18] armatos *13.* ac *adscr. H.* [19] . Semp *5.*, semper *corr. H.* et bilingues *13.* [20] Quibus *edd.* . Nam his *corr. H.* [21] fum. vend.] Cf. infra adnotationem ad §. 42. [22] Porro *edd.* Certe *H.* his *H.* illis *edd. etiam 13.* [23] Et ut *edd.* et ut *H.* aliquid *edd.* ve *add. H.* [24] etiam *add. H.* rursum quos volunt, inf. reddunt *edd. Correxit H.* [25] iis *H.* his *edd. etiam 13.* [25.26] et in caussa ... subvertatur [*non* et imprimis

Caste, sorices ac tineæ palatii, qui plurima die noctuque arrodunt ac corrodunt, quique plurima devorant: omnino enim vitam ac sanguinem principum exugunt isti ac lente consumunt; de quibus valde prudenter Antisthenes philosophus olim monuit, si necessitas urgeat, præstare in corvos
5 quam in assentatores incidere, illos enim mortuos, hos viventes devorare. qui cum noxii ubique sint, utiles nusquam, maximis tamen ac intolerabilibus aluntur sumptibus. Hos videas in omni mundicia, omnibus lautitiis delitiantes, splendide vestitos, bene nummatos, semper ebrios ac temulentos vel citra vinum, studiosos aleæ, deditos crapulæ. qui aliter non vivunt
10 in aula quam illa Ulyssis domi procorum colluvies: adeo non parare aut augere rem nati, sed consumere ac perdere, ἄγουσι καὶ φέρουσιν: neque istorum quicquam gratis, quandoquidem primi isti munifice donantur, liberaliter habentur, regie vestiuntur, et ad officia facile, præfecturas ac honores evehuntur. Et de palponibus aulicis dictum fortasse plus quam §.31.
15 oportuit; sed idcirco, ut intelligeres, hanc navigationem quid potissimum difficilem et intranquillam redderet, ac in aula amicitiam ne præsumeres.

CASTVS. Ut video, maxime indignis benevoli ac benefici sunt principes.

MISAVLVS. Atque hoc est quod vides quosdam neque genere claros neque virtute commendatos in summum conscendisse.

20 CASTVS. Scribas maxime.

MISAVLVS. Immo quosdam scribis nequiores. atque utinam scribas tantum eveherent: ita sine iudicio ac delectu liberales sunt principes.

CASTVS. Iam dudum extra tuum sermonem meæ peregrinantur aures, §.35. ac de quodam cogito morione: sed tu tria verba quæ neglexi interim,
25 repete.

MISAVLVS. Si de morione prius dixeris.

CASTVS. Audierat is auri penuriam conqueri suum principem, et repente 'Quin tu scriba vis esse' inquit 'ut aurum habeas?' nam illos præ omnibus pecuniosos viderat.

---

causa *etc. quod 13. dedit*] in *inferiore marg. corr. H. pro eo quod in edd. est* Quibus autoribus, multorum felicitas principum perit ac subvertitur. [1] Sorices ac Tineæ palatii. *marg. 5.* S. act. aulicæ *9.10.* [2] quique *H.* qui (*non* quid) *edd.* [3] exigunt *13.* [7.8] Antisthenes] De Antistheno hanc fabellam enarrant Diog. Laert. VI. 4., Stob. floril. XIV. 17., de Diogene Athenæus Deipnos. VI. 65. (Schweigh. II. p. 475.) in corvos, i. e. ἐς κόρακας, *fere acsi nos diceremus, unter die Raben, zum Aas, auf den Schindanger.* Græce lepidius est dictum: coraces = corvi, colaces = adsentatores. [7] munditia *13.* [9] non al. *edd.* non al. *H.* [10] . Adeo *H.* [11] ἄγ. κ. φέρ.] abducunt et auferunt. ita sæpissime apud Græcos illa verba coniunguntur ad significandam rapiendi, depopulandi, prædandi temeritatem. *Cf.* e. gr. Plutarch. Mar. 16. Luc. 31. Dial. de orat. 8. [12] quicquid *13.* (quicq̃) [13] et *ante* ad *adscr. H., non mutavit* ad *in* et *ut 13.* [16] et *H.* ac *edd.* [21] Imo *etiam 5.* nequiores *H.* inferiores edd. . Atque *H.* [21] quodam *H.* illo *edd.* morione] *Hofnarren.* De multis fabella narratur.

MISAVLVS. Ita est, nam et primi illi et plurima in aulis principum lucrantur, partim dum, quod officium est suum, literas ac signa vendunt, partim dum, quod soli scite faciunt, cottidie aliquid a principibus exugunt.
§.36. Quamquam quid de scribis querimur, qui qualescumque sunt, omnino aliquis eorum usus est, cum alii multi sint omnino inutiles et, ut ille ait, fruges consumere nati: atque igitur dixi 'sine iudicio ac delectu liberales sunt principes'.

CASTVS. Dii perdant assentatores omnes quo ne bonos hi nobis diu-
§.37. tius principes perdant. Sed tu iam de ventis narra, nisi quid restat de adulatoribus.

MISAVLVS. Huius generis sunt fratres, olim et rectius φράτορες dicti, qui principum mentes tenent ex auditu confessionis, circa quod studium adeo superstitiosi sunt illi, ut credant perpetuo clausos sibi cœlos, nisi ex Dominici aut Francisci phratria bene saginatus aliquis ac nitidus et obesus aperiat; neque enim satis est sacerdote hic uti, ex ordine sit oportet, quasi nemo post mortem revixerit, antequam hi essent nescio quomodo ordinati
§.38. ordines. Audiunt illi tamen interim secretissima quæque et non produnt nisi raro forte dum inter alios palpones in multam noctem pergræcantur. sed ut nunquam prodant, tamen sciunt quid principi quatenus suadere conveniat, et quos non egredi oporteat limites cum qui obtinere quid velit. atque igitur cautissime adulantur hi, ac mire semper abutuntur magnatum vanitate; quorum aliquis persuadetur neminem ascendere illam beatorum mansionem, qui non prius in scapulis Francisci consederit aut quem sub-

---

[2] quod officiū est si *addid. in marg. 5. H.* (*Voluit, scribas vendere quod sine præmio, si suis muneribus honeste fungerentur, præstare deberent.*) literas ac signa *Germanice* Brief und Siegel. [5] *verba* eorum (*pro* illorum *edd.*) *et in edd. non extantia* quod soli scite sciū | *et paullo post* et ut ille ait *ad marg. 5. adscr. H. Idem locum* Quamquam ... nati. *omnino linea perducta eximendum et pro eo hunc inferiori margini adscriptum ponendum esse significaverat* Quanquā de scribis, etsi querendi caussa sit iusta, etiam necessaria, neqȝ solos tamen, neqȝ primos accusandos reor, *sed tum his etiam verbis linea transducta illa in edd. exhibita iterum restitui velle significavit. Egregium temeritatis atque imprudentiæ suæ exemplum in hoc loco constituendo Münchius edidit hoc:* lucrantur partim, dum, quod officium est suum, literas ac signa vendunt, quotidie aliquid a principibus exugunt. Quanquam quid de *scribis* querimur, qui qualescunque sunt, omnino aliquis illorum usus est, cum alii multi sint omnino inutiles, tantum fruges consumere nati, quod soli scite sciunt. Atque *etc. Quæ de H. adnotatis idem rettulit, partim vitiis partim omissionibus laborant.* [5] ille] Horat. Epist. I. 2, 27. [8] hi *add. H. deleto prius adscripto v.* ipsi [11] olim et rectius φράτορες dicti *add. H.* (φ *ut* D) *formata*) *Δοατορες 13.* Phratores eiusdem phratriæ, contribules, publico (non privato, ut fratres) inter se coniuncti vinculo. [12] auditu *H.* auditione *edd.* [14] ac *add. H.* obæsus *3. 13.* [15] nisi ex ord. sit *edd. Corr. H.* [16] mortem *omis. 13.* [19] . Sed *H.* [20] quos ... limites *H.* quem ... limitem *edd.* cum q. o. q. velit. *add. H.* [23] qui non *H.* nisi qui *edd. etiam 13.*

latum in brachia Dominicus sursum proiecerit, aut qui valde liberaliter fratrum vectigalia auxerit, monasteria locupletaverit vel novum aliquem huic colluvioni nidum construxerit. quo fit ut indies magis ac magis crescat illorum res, nemine reclamante, dum hostiatim colligunt, quasi vero sit res
5 parva stipem emendicare, aut non in multa aureorum milia hi redeant stipes: scilicet peritissimum est hoc assentatorum genus ac identidem perniciosissimum: nam per speciem religionis mali sunt tales. Sed iam ad ven- §. 39.
tos vocor: hi sunt in aula, Caste, favor, invidia, cupiditas, ambitio, luxus, consuetudo, egestas et huiusmodi.

10 CASTVS. Rem capere videor, sed audiendum est quomodo hæc a suo statu mentem dimoveant.

MISAVLVS. Favor, Caste, ut iniusta suadeas, cum hoc demulctus rectum §. 10.
dignoscere haud facile potes et idcirco iniquam sæpe amici causam iuvas aut quæ amas utcunque cadat hoc principi probas. contra invidia, ut bo-
15 nis sæpe obsis, æquitatem impedias, quæ infesta habes persequaris: quæ duo cum qui in aula versantur adsint omnibus, incorruptam non sinunt genuinam bonitatem; atque ita fit ut multa indigna contingant: nam et eliguntur frivoli multi ac excluduntur frugi homines et iniuria fit bonis moribus. Iam de cupiditate non dubitas in quos errores præcipitet, ut- §. 11.
20 que nihil sæpe facere, nihil dicere aliquis vereatur, dum quod cupit paret. hinc illa sunt in aulis periuria, illæ perfidiæ, illa falsa testimonia, tanto crebriora, quanto quis eget magis. an non cupiditas est quæ facit ut munera accipiant aliqui, ut favorem principis et fumum vendant, ut compilent, ut depeculentur, ut rapiant, ut furentur? Porro ambitio quid non §. 12.
25 perferre cogit, omnia digna ac indigna obire faciens et dissensionem excitans inter eos sæpe qui sibi chari invicem fuerant, et adulationem ac assentationem gignens, duas ut audisti maximas aulæ pestes.

CASTVS. Non ferendum vitium narras.

MISAVLVS. At frequentius ibi nullum est: adeoque late regnat in aulis
30 principum ambitio, ut huic uni accepta referantur omnia; nullus violentior Boreas navim impellit quam illa hominis mentem concutit ibi. qua imbuti qui sunt (omnes autem sunt, quod hæc ab aula nunquam absit) non du-

---

[1] proiecerit *corr. H.* proiecit *3. 5.* [2] vectigalia *H.* reditus (redditus *5.*) *edd.* [4] Quasi vero sit res parva *H.* quasi res parva sit *edd.* [5] millia *recentiores edd.* hii *13.* [7] tales *add. H.* Venti. *in marg. 3. 5.* [9] et huiusmodi *add. H.* [10] Sed audiendũ est *H.*, quanquam audire licet, *edd.* [12] Favor. *in marg. 3. 5.* [13] potes *H.* possis *edd.* iuvas *H.* iuves *edd.* [14] probas *H.* probes *edd., etiam 13.* . Contra *H.* Inuidia. *in marg. 3. 5.* [17] . Nam *H.* [19] Cupiditas. *in marg. 5.* [19.20] utq3 *H.* ut *edd.* [23] et *H.* ut *edd.* fum. v.] Cf. Martial. epigr. IV. 5, 7. et supra p. 19. not. 1. [25] faciẽs *H.* facit hæc *edd.* [25.26] excitans *H.* excitat *edd.* [27] gignens *H.* gignit *edd.* [28] viciũ *1. et alii.* [30] referentur *13.* [31] ibi *add. H.* *(i. e. in aula.)* Cf. 'Boreadibus pernicior' ap. Erasm. Adag. [32] quod] quia *13.*

bitant adire pericula, discriminibus sese obiicere, per tela ac per hostes ferri, amicum lædere, necessitudines perrumpere, fidem frandare, in deos atque homines delinquere, dum huic civitati præficiantur, hoc officium, hunc magistratum occupent, aliquando etiam ut sine fructu inanem titulum ferant. ita falsæ gloriæ studium aulicorum omnium animis tenaciter in- 5 hæret, agunturque hoc flatu sursum ac deorsum et in miros abiiciuntur errores; nonnunquam naufragium faciunt ac omnia perdunt, per largitionem ingenti consumpta pecunia: habet enim vitium hoc comites largitionem et reliquas corruptiones, quibus impellente ipso tota flagrat aula ac
§. 13. omnia passim aduruntur. Quid luxus? quam morum depravationem adfert, 10 quod contagium trahit, vitium tanto aliis odiosius, quanto plura perdit ac dissipat? hoc errore contemnuntur pecuniæ, non quo a sapientibus illis pacto, sed per stoliditatem ac dementiam, contra vanissima omnia adamantur. atque inde preciosa vestis, inde purpura, inde aurum et argentum, inde gemmæ ac margaritæ et reliquæ id genus nugæ aulam invaserunt; 15 quæ omnia licet maximi emantur, magnanimitatis est ibi tamen ea abiicere et pro neglectis habere, ac tanto quis animosior censetur quanto hæc vilioris facit. Videas ad contentionem usque insumi pecunias, quo nequid splendidius alteri adsit; nec ad usum fit emptio, sed ad inanem ostentationem. Quo loco haud refert dicere unde suppetant hæc, aut hanc vora- 20 ginem quid impleat: certe impletam oportet, sive dispolientur pauperes aut ipsi etiam principes egeant, sive unicuiusque patrimonium huc erogetur. ac plura multo profunduntur ibi inaniter quam in usum vertuntur necessarium.

CASTVS. Fieri video quæ dicis; nam optime vestientem hic lanam quid 25 aliud contemnere docuit, ut peregre sericum emeremus ac purpuram? aut non potuimus ornari, populus bellicosus et omnis olim mollitiei expers et contemptor, sine gemmis, sine auro? et nos sagi piget, nos loricæ?

MISAVLVS. Tum cinnama, crocum, piper et reliqua exotica id malum invexit. 30

CASTVS. Simul credo mores emollivit ac illud vere Germanum robur enervatum reddidit.

MISAVLVS. Sic est: quanto decentius enim primi illi Germani ferarum

---

[1] adire pericula *H.* pericula obire *edd.* ac *add. H. (non 13).* [2] necessitates *13.* [3] dum = dum modo [6] . Ag *H.* [7] per *H.* in *edd.* [8] cons. ing. *13.* [9] ipso *pro deleto quod edd. habent v.* ambitione *H.* ipso ambitioni *stupide 13.* [10] Luxus. *in marg. 5.* . Quam *H.* [12] non quo a. s i. pacto *i. e.* non sapienter, non iis de causis e quibus pecuniæ a sapientibus illis contemnuntur. Sapientes illi] Cf. Stob. Floril. XCIII. [14] . Atq3 *H.* [16] maximo *5. nec mutav. H.* ibi *add. H. (non 13.)* [19] insit *13.* [21] disp. paup. *H.* inde egeant subditi, *edd.* [26] peregre *13.!* [27] omnis *omis. 13.* expers et *add. H.* [29] cinn. *5. nec mut. H.* cynn. *edd.* [33] . Quanto *H.*

pellibus amicire corpora solebant, cum multa interim strennue facerent, quam nos sic compti, sic ornati nulla bella gerimus, nullis principibus, nullis regibus iugum imponimus, nullam laudem parimus, nullam ad posteros gloriam transmittimus, nisi quod alacriter plenis concursantes poculis utrinque vires comminuimus, corpora delassamus, ingenia perdimus.

CASTVS. Quæ audio! sed perge.

MISAVLVS. Præter hæc in miros sæpe scopulos impellit consuetudo: §. 14. quippe multorum convictus in aula cum sit, in proclivi est morum exemplum quod omnes trahunt, sed ita trahunt, ut adhuc viderim qui cum bonis consueverant meliores paucos, admodum multos per malorum convictum deteriores factos. Hoc inducente flatu adolescentuli in aulam delati primum pereunt, omnis innocentia pessum it, candor infuscatur, bona indoles corrumpitur. Cum enim nostrapte alioqui natura in vetitum nitamur ac negata cupiamus, quam facile in aula invenire est quo labem contrahamus, alii in gulones et potores incidentes, alii in aleatores, quidam in scortatores, plurimi passim in assentatores ac simeas aulicas impingentes. quorum in medio quæ tuta probitas, quæ satis tibi munita integritas videtur?

CASTVS. Mihi quidem videtur ipsa Pallas hac assuetudine contractura malum, tali contagio tam pestifero inficiente. Ac misere decipiuntur qui pueros in aulam erudiendos mittunt, cum inde vi et violentia extrahendi potius essent.

MISAVLVS. Ut narras. verum egestas quam dixi suas et ipsa sibi partes vendicat, necessarium malum et quod optime institutam indolem pervertit, nec sibi constare sinit, quod omnia venalia habet et nihil non pecuniæ studio facit ac patitur. §. 15. hæc proditores gignit ac rebus semper novis studet: vides enim, ut opus sit egentibus illis quod prodigant, quandoquidem et ipsis commune est cum aliis luxum colere; itaque undeunde possunt, corradunt, per phas ac nefas quærentes. certe enim, ut ille ait, viro esurienti necesse est furari.

CASTVS. Quid tu? illos pauperes deteriores putas his qui ex crumena ut fertur generosi sunt?

---

[1] strenue *2. alii.* [6] . Sed *H.* [7] Consuetudo. *in marg. 5.* [12] pessimum *13.* [13] nostrapte alioqui natura *H.* ut quidam ait, *edd.* [14] semper *ante* nitamur *linea traducta del. H.* „Nitimur in vetitum semper cupimusque negata". *Ovid. Amor.* III. 4, 17. quam facile *H.* abunde *edd.* [16] simias *9. 10. 13.* [23] Egestas. *in marg. 5.* [27.24] partes sibi *edd. corr. H.* [24] et quod *H.* quæ *edd.* [25] quod *H.* Quæ *edd.* [27] enim vt *5.* enim, ut *H.* [29] phas ac nefas *etiam 5. nec corr. H.* quærentes *H.* quærunt *edd.* [30] Ἀνδρὶ πεινῶντι κλέπτειν ἐστ' ἀναγκαίως ἔχον. Viro esurienti necesse est furari" ἐπὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης τι ποιούντων. Macar. II. 14. [31] Illos *H.* Græcum proverbium, γενναῖος εἶ ἐκ βαλλαντίου, de his qui divites facti generosi nati videri volunt. Diogenian. IV. 6.

MISAVLVS. Nihil minus, sed sua sunt et illis vitia, quæ nihil ad hunc locum. egentes vero omnibus semper vitiis obnoxii sunt, nam cito munera accipiunt, cito spe lucri fidem frangunt et adduci facile possunt, ut commissa sibi secreta effutiant et ea quæ in consiliis agitata sunt prodant, ut iniquam principi causam commendent: his intercessoribus si quis eos pe- 5 cunia præceperit, omnia citra negotium a principibus impetrabit. atque hos præsertim observant ii qui illorum favorem venantur, non imprudentius quam qui oppidum expugnaturi ea parte qua munitum minus est ag-
§. 16. grediuntur. Sed iam de his satis dictum quæ aulam turbant, quæ recte ventis comparavimus: nam ut hi quieto mari fluctus concitant, ita illi quos 10 memoravi flatus miras aulæ tempestates invehunt, ut iam nosse videaris unde hæ sint in aula inquietudines, hi tumultus. Verum quo tandem diu multumque iactatam navim nostram impellant accipe.

CASTVS. Audire gestio.

§. 17. MISAVLVS. Aliquando in perniciem statim, ut si quis cupiditate excæ- 15 catus aut egestate coactus rem committat supplicio expiandam, aut si huc eum consuetudo quam cum malis habuit abstrahat, aliquando ad infamiam his eisdem spiritibus, aut per ambitionem et luxum.

CASTVS. Quo illi puto recidunt qui aut in furto deprehensi sunt aut quos innotuit mercede fidem prostituisse; aut vero qui ambitionis studio 20 principi fucum fecerunt, aut qui per vinum vel amorem turpia admiserunt.

§. 18. MISALVS. Qualis ille hic nuper decoctor fisci præfectus, a quo princeps rationem audire cum vellet, intellexit uno anno subducta aliquot aureorum milia.

CASTVS. Et qui pacta cum Venetis pecunia nihil utile Cæsari suasit. 25

MISAVLVS. Et eiusdem consilia Gallis qui prodidit, mercede admodum grandi.

CASTVS. Et illud apud hunc scribarum vulgus, quod nihil non facit, si lucrum adsit.

MISAVLVS. Et favores principum qui vendi*tant*, *honores et ipsi et ma-* 30 *gistratus emunt.*

---

[1] . Sed *H.* [2] Egestosi. *in marg. 5.* vero *add. H.* . Nam *(omiss. edd.) add. H.* [3] et *add. H.* [4] secr. sibi comm. *edd.* cōmissa sibi secreta *H.* et *H. pro* ut *edd.* [5] inquam *5. corr. H.* comendent *5.* [6] negocium *1...4.* t *5. etc.* principe *edd. corr. H.* [7] hi *edd.* ii *H.* illorum *H.* principum *edd.* [9] . Quæ *H.* [10] . Nam ut hi *H.* , quod ut illi *edd.* illi *H.* hi *edd.* [11] flati *13.* [15] pernitiem *2.* [17] . Aliqu. *H.* [19.20] aut quos innotuit m. f. prostituisse *H.* aut m. f. prostituerunt. *edd.* [22] hic *omis. 13. (Moguntiæ?)* decoctor *add. H.* [23] subducta *H.* decocta *edd.* [24] millia *12. 13.* [25] Venetis *H.* hostibus *edd.* [26] *Locum* MIS. Et eiusdem ... vendi-[*sequentia bibliopegi culter ex inferiore margine abscidit*] *adscripsit H. pro edd.* MIS. Et multi qui magistratus emunt, et honores mercantur. *Ex his quæ infelix culter devoravit, restitui. Locus ab H. additus sic exit apud 13.* vendunt — — — [28] hunc *omis. 13.* Cæsarem Maximilianum significari puto.

CASTVS. Et qui vino dediti multa sæpe tacenda per ebrietatem effundunt.

MISAVLVS. Qualis etiam fuit qui paucos ante annos in hac aula ver- §.49.
satus cum honestum locum haberet, sed per luxum prodigeret omnia ac
ære alieno obrueretur, meretriculam, cuius amore tenebatur, equestri or-
5 dine natus iuvenis, uxorem duxit, deinde non suppetente quod necessarius
usus requirebat, latrocinando cœpit victum quærere, ac tandem cum aliis
latronibus comprehensus carnifici secandam cervicem præbuit.

CASTVS. Ut capio, hæ sunt in isto mari Syrtes, hæ Scyllæ, hæ Cha- §.50.
ribdes, quo navigantes hoc modo deiecti pereunt.

10 MISAVLVS. Et Lestrygones, Caste, ac Cyclopes, qui statim devorant
ad quos ille ut scis deferebatur nuper qui cum pacta mercede principis
vitæ insidiaretur, consilio præventus extremo supplicio affectus est et nunc
a quatuor stipitibus dependet, et quem proxime laqueo suspendi vidimus,
quod ærarium compilasset.

15 CASTVS. Et quem ego vidi Romæ, quod liberius monuisset pontificem
capite plecti.

MISAVLVS. Non ille, Caste, sed forte ad scopulum offenderat: sunt §.51.
enim scopuli etiam hoc in mari, caute transeundi, ne frangas navim et
omnem semel substantiam perdas.

20 CASTVS. Et hi qui sunt?

MISAVLVS. Unus omnium maxime vitandus, furor principis: nam qui
huc impegerit, actum de eo puta. atque audi, Caste, quo potissimum
periculo versemur apud principes: sive te tuus ille conductor benignius
respicit, auxius es nequid offendas et favorem ut retineas; sive abs te
25 oculos, aures ac manus longe habet, bene mereri studes, idque vigilando,
laborando, dum sursum ac deorsum volitas, dum frigus ac æstum fers,
dum digna ac indigna pateris, dum omnia conaris ac sæpe contra flumen
natas: ita semper lassandus venis, semper ac singulos in dies deterior fit
servitus, cum tamen interim nescis an hæc ille sentiat aut agnoscat. qui §.52.
30 si sciat etiam quantum merearis, non facile tamen concedit quæ ad tran-

---

[2] hac aula] Moguntina? [5] . Deinde *5 (et 13).* , deinde *corr. H.* [6] requireret, latrociniis vitam toleravit, *edd. pro quo H. ad marg. adscripsit* bat latrocina-|cepit victum | quærere. *quibus non intellectis 13. dedit* requireret, latrociniis cepit victum, *etc.* [8.9] Charibdes *5. nec corr. H.* Charybdis *alii.* [10] Inmanes Læstrygones atque Cyclopes [*Iuvenal. sat.* XV. 18., *Gell.* XV. 21], Italiæ Siciliæque gentes quæ corporibus humanis vescerentur. *Plin. H. N.* VII. 2, 2. [11] Ad quos ille ut scis *H.* ad quos ille, scis, *edd.* ille ut scis *etc.*] Nescio ego quidem, sed scelera hic significata e chronicis historiisque Erfurtensibus ac Moguntinensibus haud difficulter indagari posse puto. Cf. Fortun. §. 40. nuper *add. H. (non 13.)* [13] quat. stip.] patibulo [15] pontificem *omis. 13.* [21] furor *H.* ira *edd.* [22] . Atq; *H. (Falsa est adnot. 13.)* [23] enim *post* te *del. H.* [25] aureis (*1...*) *5.* i *del. H.* . Idq; *H.* [27.28] Frustra labores inpendunt qui adverso flumine natant. Cf. Verg. Georg. I. 201. [28] Semper *H.* [29] . Dum *edd.* , cum *corr. H. (non, ut 13. dedit* . Cum)

quillitatem tibi sunt, quippe ex cuius re est hiantem te detinere ac suspensum, sperantem semper fore ut emergas, ut aliquid se melius det, ut sit laboris merces, sudoris præmium; quo in statu sæpe interim contingit, ut tibi irascatur ὁ δεινὸς ἐκεῖνος ob levem aliquam adversum te causam motus, quam ille tanti facit ut magna deprecatione opus esse velit quo te- 5
cum in gratiam redeat, cum sæpe ob rem nihili, ob floccos, ob pilum, ob vitiosam nucem, ob fumi umbram excandescant principes ac inflammentur et rabiem contrahant furiantque ac cœlum terræ misceant, brevi-
§.53. ter, in nugis tragœdias agant. Tanti est diu servire, ac se affligere et conterere. Quapropter quosdam vidi, postquam multis annis summa dili- 10
gentia, maximis laboribus serviissent, semel vel ficta causa commoto principe pecunia pariter ac libertate multatos, non nullos vita etiam spoliatos.
§.54. Leviores scopuli sunt principum suspitiones, quarum illi capaces maxime sunt, sed in quas non sine periculo incidimus. Atque in his ego perpetuo, Caste, ob loquendi libertatem, quo plurimum offenduntur illi, hæreo. 15
Oderunt enim, ut vix aliud, veritatem. Nec opus est syncere apud hos vivere, aut recte, obsequenter volunt et blande. Deinde est parium invidia, intra quam non admodum secure navigatur. Ac præsentius omnibus malum delationes, quarum cum impetu si impariter conflixeris, periculum
§.55. est rerum simul ac vitæ. Porro caute omnino tractanda est eius cui ser- 20
vis quantumcunque iusta obiurgatio: ea est his ægris natura, quædam sibi nonnunquam ulcera tangi nolunt. Iam hoc, quam fugiendum et ipsum est saxum, speciosa uxor si illi sit aut filia, ne vel ames vel amari tibi contingat.

CASTVS. Ad huiusmodi scopulos periit apud Alexandrum Callisthenes. 25

MISAVLVS. Et cum periculo navigavit Agis Argivus eundem reprehendere ausus quod in adulatores et ridiculos perinde ac in bonos liberalis esset.

CASTVS. Clytus vero quam ab illo Cyclope repente devoratus est!

---

[1] te *omis. 2.* [2] melius *H.* mitius *edd.* [3] si *5.* sit *H.* sodoris *2.* [4] ὁ δεινὸς ἐκεῖνος] timendus ille *(princeps).* de diis præcipue dici solet. Cf. quo in fine usus est proverbium *Quid tibi Apollo?* et §. 76. „ipse ille Iupiter tuus". [5] esse velit *H.* sit *edd.* [7] ac *tum* et *tum* que *post* furiant *add. H.* [9] in n. tr. ag.] Cic. de or. II. 51, 205. ac *ante* se *add. H.* *(non pro* se *posuit ut 13.)* et *H.* ac *edd.* [11] servissent *13.* victa (*pro* ficta) *13.* [13] suspitiões *5.* [15] Loquēdi libertas. *marg. 5.* [16.17] *Locum* Oderunt ... blande *in edd. non extantem in marg. nitida sua manu adscripsit H. sed tamen 13., ut videtur, legere nequivit, nam omnino neglexit.* [17] est *add. H.* [17.18] Inuidia parium. *marg. 5.* [19] Delatiões. *marg. 5.* [25] Alexāder magnus. *marg. 5.* Callistenes *2.* „Callisthenes quoque tortus interiit, ... haudquaquam aulæ et adsentantium adcommodatus ingenio". *Curt. Ruf.* VIII. 8, 21. [26] Agis] cf. Plutarch. de adul. p. 60. (ed. Reisk. VI. p. 221.) [29] Clytus *1...5. nec mutavit H.* Clitus *9. 10. 13.* De Clito ab Alexandro interfecto cf. Curt. VIII. 1. 3. (Etiam Aeneas Sylvius hunc locum respexit.)

MISAVLVS. Et ab Astyage quæ passus est Harpagus!

CASTVS. Et sub Cambyse Prexaspes ut habitus?

MISAVLVS. Porro illi Romanorum imperatores quam misere multos habuerunt?

5 CASTVS. Nostra autem tempestate quæ se non indigna dederunt? et in Suevis illud quale exemplum? Proinde omni pede standum, ne in hoc mari §. 56.
navigationem experiantur qui vitæ consultum volunt suæ.

MISAVLVS. Quod nisi a me sic esses monitus, quo te præcipitasses?

CASTVS. In mirum ut video pistrinum. Quapropter alia incunda vitæ
10 ratio est.

MISAVLVS. Ita, Caste, cogita: nam aut ager honeste coli potest, aut literæ doceri, aut utcunque manibus operari licet, et rem militarem exercere καὶ ἐν ἀσπίδι ξενίζεσθαι, aut medicinam tractare, ut ex te tibi vivas.

15 CASTVS. Recte suades. Tu vero sic monito me quid tandem in hac §. 57.
pœnitudine tibi proponis iam senex? an omni devorata bove in cauda tandem deficies, nec extremum fabulæ actum implebis?

MISAVLVS. Ne hoc quidem degeneris animi vel in extremo resistere: et iam varie super his consultans nondum invenio ut me expediam.

20 CASTVS. Dii te ex ista iactatione in portum aliquem referant, Misaule, ac ut libertatem recipias faxint, aut aliquam tibi fructuosam cogitationem indant qua te ab his retibus explices. Sed prosequere oro de vita aulica, §. 58.
quando adhuc ante horam sumus quæ te ad illud servitutis hostium avocabit, et quod restare videtur, quæ te causæ in hanc navigationem ad-
25 duxerint, aut de Syrenibus ut meministi, aliquid refer.

MISAVLVS. Audi igitur servitutis huius causas, nam fructum abunde opinor intellexisti. Primum ea, Caste, quæ tu quoque paulo ante suspe- §. 59.

---

[1] De Harpago et Astyage, de Prexaspe et Cambyse tyrannisque Romanis cf. supra Phalarism. §. 28. (His quoque narrationibus usus est Aen. Sylv.) [3] Rhomanorum *3. 5.* imperatorum *13.* [5] non *adscr. H.* [5.6] in Suevis] Non potuit quin Ulrico duci hoc quoque loco quasi alapam inpingeret. Cf. Phalarism. [13] *Ἀλλ' ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι σε βούλομαι. Zenob.* I. 64. „Sed ut heroa in scuto te hospitaliter excipi volo". [16] devorata bove *omnes.* Græce *Πάντα καταφαγὼν τὸν βοῦν εἰς τὴν οὐρὰν ἀπέκαμεν.* (h. e. reliquo negocio peracto in fine defecit) Apostol. XIII. 86ᵃ. 97. De Hercule integros fere boves comedisse Pindarum testem faciunt veteres, de Milone Crotonensi res nota est (cf. Athen. Deipnos. X. 2.); utrum vero ab his boum devoratoribus proverbium exortum sit nec ne, nunc non inquiro. [19] . Et *H.* [22] rhetibus *1. 3. 4. 5.* rhętibus *2.* [23] de] te *13.* hostium *omnes. neque* ostium *feci, quamvis hoc nomen cum adspiratione recte scribi dubitem.* §. 59.] De Hutteni ad aulam accessu introituque Menapius a Gulielmo Insulano in Aula dialogo ita cum ipso Hutteno collocutus fingitur: „Honorificum illud tibi in primis, propterea quod non largitionum ambitione vel precum undecunque mendicatarum improbitate ad aulam penetraveras, sicut interdum fieri

xisti, admirabar, vestium nitorem, aurum et gemmas, ac illos Arabice olentes purpuratos ut deos verebar; deinde magni faciebam iis conversari, ad quorum conspectum etiam summa contentione maxima sæpe multitudo procurreret, iisque colloqui et eorum familiaritate censeri, ac illas affectabam immunitates, et divites omnes putabam qui sic ornarentur, cumque patrimonium mihi esset perexiguum, facile hoc loco ditescere proponebam. quædam præterea insita fuit et iuveni et imperito, ut multis, ambitio: nam aliquando videns ex aulicis reverenter aliquos appellari ac orari ab iis qui aliquid apud principem captabant, deinde muneribus quoque peti, rebar omnes in aula consuescentes potentia plurimum valere; ac facile audiebam cottidie increpantes me his verbis, 'Quin tu in aulam te confers, ut prodesse et tibi possis et omnibus tuis, aliquam adeptus præfecturam aut ad
§. 60. 'aliquod promotus officium vel aliter principi charus?' His, Caste, Syrenibus cum occinuissent, neque ego Ulyssis consilio cera obthurassem aures, subvertendum me præbui deceptus miser, cum minime præsentiscerem in quæ mala deo irato meo provolverer. nam quid vestes admirabar stultus quæ truncum etiam ornant et animum non arguunt, cum ex animo constet homo, nec ad eum aliquid pertineat eorum quæ exterius adhærent corpori?

§. 61. CASTVS. Quo minus illos fero qui monachi vocantur, qui nobis vestium ostentatione volunt sanctimoniæ opinionem persuasam: etiam ipse hoc hominum genus valde detestatus est Christus, quem ego credo cum in terris esset nihil aliter atque alios homines vestibus usum. hi autem quas non diversitates excogitant? in quod se non monstrum transformant, ut quam maxime dissimiles sint? Atque in his aliud Francisco placuit, aliud Bernardo, aliter visum est Dominico, aliter aliis.

§. 62. MISAVLVS. Neque illud videbam multos sic vestitos plurimis interim egere: sunt enim ista non ex uniuscuiusque facultate, sed consuetudine ac moribus aulæ, quæ vult homines iactabundos, ostentatores, gloriosos ac magnificos, qui se omni foris pulchritudini ac venustati conforment, cum intus morbidi, marcentes ac mire informes sint, similes, ut mihi videtur,

---

videmus, sed optimorum gravissimorumque quorundam virorum commendationibus fretus, imo vero Principis ipsius studiis votisque expetitus adveneras. cuius ego factum mirifice laudo proboque . . ." [2] iis *H.* his *edd.* [4] iisque *H.* hisque *edd.* [7] . Nam *H.* [8] iis *H. his edd.* [10] . Ac *H.* [11] quotidie *13.* [13] His ego *edd.* ego *del. H.* [14] cæra *edd. præter 13. omnes; tamen cum non ipsi scriptores sed operæ* æ œ e *permutarint,* cera *cum 13. scripsi. non eadem res est de falso usu litteræ* y *pro* i, *superfluæ* h *et similibus.* aures obthurassem (*alii* obturassem) *edd.* obthurassem aure| *H.* (obdurassem *scripsit et veritatem et Latinitatem pariter neglegens 13.*) [20] MONACHI. *in marg. 5.* [21] Etiam ipse ... est *H.* cum hoc ... sit *edd.* [25] sint per omnia *edd. præter 13.* [27] istud *13.* [28] uniuscuiusq3 *H.* hominum *edd.* [30] conformant *edd. corr. H.* [31] sim. ut m. v. *H.* ut m. v. similes *edd.*

parieti incrustato, intra quem ruinosa multa sint, aut sepulchro splendide foris extructo, et statuis ac imaginibus egregie adornato, quod deformes intus calvarias, nuda ossa et obscœnos fœtores contineat. quinetiam multi horum ut sic vestiantur, fraudant, rapiunt ac furantur: nam habendus est
5 in aula vestitus non quem tu parare potes, sed qui ex principis dignitate est.

CASTVS. Ibi te illius meminisse oportuit quod Crœso obiectum a So- §.63.
lone est: nam ille cum adhibito Solone aurea se sponda molliter ac regie adornatum nitide composuisset, ac ab illo percontaretur, num quid unquam
10 speciosius vidisset? respondit Solon 'gallos gallinaceos, pavones et id genus animalia: in his enim admirandum naturam spectaculum exhibuisse' regis stoliditatem arguens ac istiusmodi fucorum contemptum innuens.

MISAVLVS. Et multa præterea, quæ si mihi in mentem venissent, non §.64.
his concessissem huiusmodi obiicientibus illecebras Syrenibus, qui si itidem
15 quam periculose tractentur regum ac principum amicitiæ consyderassem, non tanti fecissem huic interesse pompæ, in qua multi opprimuntur. Quam frivolum est enim tunc se putare charum his dominis, cum dextras porrigunt aut osculandas etiam præbent, aut ubi familiariter colloquuntur, cum non affectus sint illa, sed ostentationis plerumque, quæ per omnia in aulis
20 regnat. porro insidiosi ut plurimum sunt principum affatus, quos illi ob id §.65.
blande conferunt, ut suorum animos explorent et allectos hac benignitate ad effundendum aliquid temere inducant: plurima enim oportet simulare ac dissimulare reges: unde non imperite solebat dicere Germanus imperator Segimundus, qui nesciat simulare, eum nescire regere. Plerisque vero tunc
25 affabiles sunt, cum solvendum salarium est, ac idcirco blande conferunt, ne sibi illi pecuniam petendo molesti sint: maxima enim et ibi difficultas est, postquam diuturnam ac duram servitutem servieris, ut stipendium extorqueas; quod sive non petis, non solvitur, sive multum ac sæpe, offendis. Hoc autem tempore omnes fere per Germaniam principes egent, §.66.
30 propter luxum et vanitatem quibus dediti plurima inutiliter absumunt: vides enim ut multa scurris, ludionibus, mimis, parasitis ac musicis largiantur? vides ut in aulis noctu diuque bibatur et edatur, ut pavimenta vino madeant, ut plus ebrii isti profundant quam ingurgitent, plus ingurgitent quam ferre possint? tum ad æmulationem usque dantur vestes. atque is est §.67.

---

[2] ac ... et *edd.* et ... ac *H.* [7] Crœsus] Solon. *marg. 5.* Cræso *nonn. edd.* Facetum Solonis dictum e Diog. Laert. I. 50. sumptum est. [8] adhito *4.* ac] et *13.* [9] percontatetur *5.* nunquid *1...4. et recentiores edd.* [10] speciosus *5. corr. H.* [15] consid. *recentt. edd.* [19] Ostentatio. *marg. 5.* [20] , ac *edd.* . Porro *H.* in pl. sint *edd.* in *del. et* sunt *corr. H.* [27.21] Sigismundus *12. 13.* [28] . Quod *H.* [29] Principes germaniæ. *marg. 5.* [34] possunt *edd.* (*etiam 13*) *corr. H.* emulationem *1. etc.*

principum tumor, quanto magis egent, tanto minus egere videri volunt, et idcirco nihil de pompa, nihil de apparatibus remittunt, imo in alterius invidiam alter prodigit, ne perdendo inferior sit. Interea speciosus ille foris Colossus intus squalet et pedorem nutrit. Quod me ditescere volentem misere decepit, aurum subæratum cum pro solido venerarer ac istas esurirem pontificales cœnas, ad has tam cupide respicerem Gallicas vestes, hæc monilia: nam in aulis qui habent ista, plerumque nihil præterea habent; quinetiam plus aliquando perdunt aliqui serviendo quam lucrantur: quod apud quosdam neque emergere est, et rem suam dissipare oportet.

§. 68. Porro stultissime delectum agunt principes eorum quos in famulatum adsumunt: neque enim ex virtute licet emergere, sed ut plurimum quæritur qui procera sit statura, latis humeris, ardua cervice, prælongis tibiis; atque is commendabilior fit si etiam barbam ad terrorem adornet aut calamistro cæsariem urat ac per aulam ingressus huc illuc brachia iactet, tibias ventilet, humeros ostendat, ut illos poscere videatur Virgilianos cæstus cum Entello depugnaturus, et vestes habet discolores ac per omnia pictas, magis etiam quam pictus est gallus gallinaceus, triginta gallinarum maritus, cum istiusmodi Thrasonum unus non sufficiat ad explendum unius mulier-

§. 69. culæ desyderium. scilicet athletas bonos amant principes, crassos istos, pingues et torosos; illos vero macilentos, breves, graciles, subpallidos ac tenueis, quanquam prudentia forte et consilio valent, non admodum curant, 'quia non est' inquiunt 'bene personatus iste'; at vero hos gigantes in satellitium citra cunctationem libenter adsumunt ac tales sibi gaudent esse anteambulones, et sectatores, quanquam minus sit nonnunquam in aliquibus cerebri quam in culice sanguinis, nimirum hoc comitatu abunde orna-

§. 70. tos se, etiamsi nulla sit virtutis ne cogitatio quidem, putantes. Præter quos capita extollunt adulatores quos dixi, relictis post tergum bonis et plerumque pauperibus: nam, ut nosti,

Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

---

[2] . Et *H.* , immo *5.* . Imo *H.* [4] Colossus] non de grandi ante portas statua, sed de ipso aulæ domino hæc Colossi similitudo accipienda esse videtur. est *post* Col. *edd.* *(etiam 13) del. H.* squallet *1...4.* *et recentiores.* et pedorē nutrit. *addid. H.* [6] pontificum cen. *Hor.* Od. II. 14. i. f. [7] ad hæc *edd.* ad *del. H.* [9] . Quod *H.* , quod *edd.* *(non* Quæ *ut 13. adnotavit.)* [10] Qualeis plerumqȝ principes sibi in ministros cooptant. *marg. 5.* [13] aut *H.* et *edd.* [14] bracchia *1...4.* [15] Virgilianos *h. l. omnes.* (Vergil. Aen. V. 401. „. . . geminos inmani pondere cæstus".) depugnaturus *H.* pugnaturus *edd.* [18] Thrasones. *marg. 5.* Throsonum *13.* [19] desiderium *recc. edd.* ament *13.* [20] macillentos *5.* [21] tenues *13.* valeant *edd. corr. H.* [22] Nō est bū personatus iste. *marg. 5.* At *1...4.* *et recc.* Ad hos *5.* At uero *H.* [24] . Quanquā *H.* [25] . Nimirum *edd.* , nimirū *H.* [26] , præter *edd.* . Præter *H.* [28] . Nam *H.* [29] Non *5.* Iuvenal. sat. III. 164. sq.

atque hi sunt, quorum hæc Ilias capax est, quæ alioqui

Stultorum regum et populorum continet æstus.

Quod intelligentem consyderare oportet priusquam aggrediatur, an aptus §. 71.
sit hæc obire munia. nam præter ea quæ dixi quid in aula ferendum
5 sit, nihil te celabo. ac primum omnium, quod de immunitate dixisti,
quæ posset in hac servitute immunitas esse? quam molestum est autem ac
indignum omnia humiliter, omnia submisse et abiecte facere? nam cum
omnino servitus sit aulica vita, nec aliam appellationem capiat quam ea
quæ faciunt emptitii illi, quando nomen haud effugimus, in re ipsa sola-
10 tium repositum habere debebamus, ut esset hæc scilicet liberalis servitus.
At non putant nunc principes aliquod esse inter se et ministros suos dis- §. 72.
crimen, nisi ad contumeliam usque utantur opera nostra: itaque volunt
assiduitatem, volunt sudores, volunt quoquo eant ut se velut propria um-
bra comitemur, neque amant quemquam nisi qui in oculis sibi perpetuo
15 est, et eos benignius habent qui obstipo ante se capite, quoties respexerint,
inclinant, quibus agilia sunt genua, qui omnes illorum nutus, nedum iussa
observant, qui ceremonias aulicas pro legibus colunt atque igitur uno omnes
ordine callent et exequuntur, ita ut si latum ab his unguem discedant,
piaculum hoc sit. proinde desertores vocant eos quos non semper in tergo
20 hærentes sibi conspexerint, magis quam qui in acie locum cesserunt, et
summum studium est, ut recte misceatur regiæ pompæ incessus, ut ad
omnem principis intuitum palleat quis ac attonito similis sit. An non vides, §. 73.
ut apud hos titubantem dicere oportet ac præ timore sudantem nonnun-
quam? et quantumcunque aliquod familiare et exiguum est negocium, qua
25 perplexitate, quam hæsitanter ac trepide ille agat orator, ut

Lugdunensem rhetor dicturus ad aram?

Ubi periculum est si in tituli pronunciatione vel syllabam prætermiseris

---

[1] hæc] *ut* malorum *Ἰλιὰς ap. Cic. ad Att.* VIII. 11. [2] Horat. Epist. I. 2, 8. [5] cælabo *edd.* [8] Aulica vita. *marg. 5.* [10] Liberalis servitus. *marg. 5.* [15] est. *H.* sit. *edd.* obstippo *1...5. 9. 10.* ipsi *post* quot. *del. H.* [16] . Qui *H.* [17] . Qui *H.* [18] discedunt *5. corr. H.* [19] quos non semper| in tergo hærent| sibi conspexerint| *in marg. 5. H. deleto editorum* qui non (nom. *5.*) semper in tergo sibi hærent, *Utrumque* quos non ... consp. *et* qui non ... hærent, *recepit 13.* [20] locum *H.* loco *edd. (etiam 13.)* [21] incessus *H.* strepitus *edd.* [22] palleat *etc.*] ut Iuvenal. sat. XIII. 223. Hi sunt qui trepidant et ad omnia fulgura pallent. [23] hos *omis. 13.!* [23] . Et *H.* Vides, *edd.* [25] agat *H.* dicit *edd.* horator *5. corr. H.* [26] Lugd. rhet.] Iuvenal. sat. I. 44. Sueton. Caligul. 26. „Edidit et peregre spectacula, in Sicilia Syracusis asticos ludos, et in Gallia Lugduni miscellos. sed et certamen quoque Græcæ Latinæque facundiæ: quo certamine ferunt victoribus præmia victos contulisse, eorundem et laudes conponere coactos; eos autem qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere iussos, nisi ferulis obiurgari aut flumine proximo mergi maluissent". [27] si *omis. 13.*

aut poplites tui si officium ibi minus scite faciant, cavendumque ut omnia sint mollia, perfracta omnia, ut opus sit docto alicui comœdiarum actori operam dedisse ac histrionicam didicisse, quo nequid in congenuclatione aberretur. Quæ cum vanissima omnia sint, tamen plurimum in his
§. 74. diei absumitur. Deinde apparitiones illæ quales sunt quando totas non- 5
nunquam sex horas standum est uno quasi in vestigio, quando huc illuc, sursum deorsum procurrendum, quando equitantem illum per urbem fessis diu pedibus sequi oportet, quando in plurimam frequenter noctem observandus est dum a convivio redeat, quando in æstu ac frigore excubandum?
§. 75. Et sunt homines qui in his ærumnis vitam putent, qui in hoc volutari cœno 10
volupe admodum ducant et pro deliciis habeant hæc facere hæcque pati: quasi aliquid adhuc intersit inter aulicam captivitatem et eos qui bello capti Turcis serviunt, aut serviri principibus citra assentationis vitium possit: quæ sunt enim ista pauloante a me pertractata? quæ etiamsi ad amussim exequi studeas et efficere quod placeat coneris, tamen in ambiguo est an 15
tuam ille sedulitatem agnoscat aut per optimos illos convictores an placere
§. 76. tibi liceat. Nec minus danda opera, nequid aulici isti susurrones improbent, quam ipse ille Iupiter tuus ne offensam contrahat: nam ubi assiduum te vident, ut iam frequentari in principis auribus incipias, meritum omne tuum invertere student, gravem vocantes ac importunum; et si ascen- 20
dere quantuliscumque gradibus anidmadverterint, deiiciendi consilium ca-
§. 77. piunt. quorum studio factum est, ut inter abiectos nunc accumbam. Certe enim Fortunæ rota est, Caste, in hac vita, in qua quotusquisque si ascenderit etiam, diu consistere potest? et quis posset illic consistere, ubi vicissim omnia fiunt, ut qui nunc sublimes sunt rursus decumbant, et qui 25
paulo ante deprimebantur nunc summo in orbe conspiciendi emineant, ut alius alium impellat, ut tuum illum æmulum siquid tibi prospere succedit, urat. Iam in illa pompa quæ invidia est, quis quo loco ambulet? quæ
§. 78. ambitio? Deinde prælibatores cui malo exponunt se, præcepturi si qua illi domino mors destinata est. Atque adeo ne quid tutum, ne quid sit in 30

---

[1] . Cauend *H.* [3] histronicam *13.* dedicisse *5.* [3 4] congenudatione *omnes, nec corr. H. tamen* el *sive* l *pro ista* d *scripsisse auctorem puto. nam* congenulare *et* congenuclare *apud Non. Marc. p.* 57. 89. *est* genu replicato cadere. *προσκύνησιν significat Huttenus.* [5] diei] dici *13.* Apparitiones. *marg. 5.* apparationes *13.* [6] diu pedibus] diebus *5. corr. H.* [10] erumnis *1...5. etc.* [11] delitiis *1...4. etc.* [12] . Quasi *H.* [13] vicium *1. 4.* [14] . Quæ *H.* §. 76.] Qui Hutteni vitam scripserunt, hunc locum cum §. 81. non neglegere debebant. [17] Susurrones aulici. *marg. 5.* [18] ille *omis. 13,* Nam vbi *H.* Qui si *edd.* Nam ubi si *13.!* [19] videant *edd. (etiam 13.)* vident *H.* [20] invertunt *edd.* inuertere student *H.* si *H.* ubi *edd. (etiam 13).* §. 77.] Quasi principium dialogi Fortuna hoc est. [24] Et quis posset illic consistere, ubi *H.* Quod *edd.* (illis *pro* illic *ded. 13.*) [29] Prægustatores principum. *marg. 5.* [30] est. *H.* sit. *edd.*

aula pacatum, aliquos vidi a morionibus exoculatos, dum provocati illi furiunt, quosdam ad mortem usque cæsos. Inter quas molestias, inter quæ discrimina quid tandem præmii, quid solatii est, Caste? Aut non semper vigilandum alteram in partem ne tibi vilescat gratia, in alteram ne
5 quid invidiæ suboriatur; et forte officium petis quod aut locatum iam est, aut si vacat, plurimos habet competitores, quorum tu studio nisi par fueris, quando tandem spes est multis ante latum unum iri? Tum nonnunquam §.79.
in piratas incidit hæc navis?

CASTVS. Quos in piratas dic oro. nam ut video omni a parte navi-
10 gatio est vita aulica.

MISAVLVS. Quid aliud enim nisi tu quicquam invenisti magis navigationi periculosæ etiam simile.

CASTVS. Nihil esse credo.

MISAVLVS. Proinde multos habeant insidiatores, multos etiam aperte
15 inimicos necesse est qui multa possident. unde si contigerit ei apud quem servis bellum esse ac in hostes tu incideris et illi captum abducant, tum quis redimit?

CASTVS. Quis enim alius quam cuius id causa passus sim?

MISAVLVS. At nemo minus, Caste, nam tuum ibi patrimonium diffluit,
20 ac ipse te ut liberes opus est; quodsi immitiorem nactus sis piratam, carcerem, vincula, torturas tibi propono, nonnunquam etiam mortem.

CASTVS. Duram valde conditionem narras. §.80.

MISAVLVS. Quasi aliquid mite ferat aula. vides igitur aliquot sæpe milia ob duorum homuncionum leviusculam contentionem, ex ambitione
25 sumptam forte, mutua se cæde conficere?

CASTVS. Video.

MISAVLVS. Quid principum familiaritatem suspicis igitur?

CASTVS. Cum in mentem non venirent hæc, suspiciebam.

MISAVLVS. At nunc sapis?

30 CASTVS. Tuo beneficio.

MISAVLVS. Quamobrem fortunatum te qui alieno periculo caves, me infelicem qui sic pereo.

---

[5] quid invidiæ suboriat| *H.* tui sit tedium *edd.* (tædium *9. etc.*) [7] ante latũ iri *H.* unum præferri *edd.* [8] pirata *13.* [9] Quas *13.* Piratæ. *marg. 5.* dico *5.* dic *H.* [11] quicquid *13.* (*scil.* q̃; *ei visum est* quid) [11.12] navigationi periculosæ etiam *in marg. H. pro* huic *edd.* [21] . N *H.* [23] fert *13.* [24] millia *9.10.13.* [25] forte] fore *13.* cæde] cædere *13.* [*Quattuor fœdi errores in tribus versiculis.*] [28] *Sic H.* Quia in animum non revocavi ista. *edd.* [29] sapis *H.* sapies *edd.* [31] *Horat. sat.* I. 4, 128. „Sic teneros animos aliena opprobria sæpe Absterrent vitiis". *Plin.* H. N. XVIII. 5, 6. „. . optimumque est, ut vulgo dixere, aliena insania frui". *Unde in vulgari versu* Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Ita incipit etiam Hutteni libellus *Anzeige wie allwegen* ꝛc.

§. 81. CASTVS. Ni fallor, bona principum pars ea facit quæ de Syracusano illo respondit Diogenes: nam interrogatus, quomodo amicis uteretur Dionysius, 'Ut vasculis', inquit 'dum plena evacuat, et abiicit vacua'.

MISAVLVS. Sic est, et iam prope arbitror ut bene vacuum me eiiciat ille, quando quidem longius esse mihi a limine quam solebam videor, ac nisi me omnia fallunt, iam dudum illam exuo gratiam, quam diu serviendo aucupatus eram, et quod pœnitendum maxime est, optimam vitæ partem et ætatis florem in aula perdidi inter sycophantas ac assentatores, inter fastuosos congerrones, insidiosos convictores, inter magnificos satrapas, regios canes et homines quorum ne in cœna quidem laudandus sit aliquis, inter gloriosos milites ac illos, Caste, equites, qui sunt ipsi magis plerumque bestiæ quam eæ quas equitant, atque adeo inter Centauros, inani spe, sine fructu, duris semper modis fatigatus ac delassatus dum virebant genua, dum omnia erant integra. qui si hodie abiiciar, ac aliquis roget quonam pacto in aula consenuerim, quid aliud respondero quam quod ille apud Senecam, 'iniurias patiendo, et gratias sæpe agendo'?

§. 82. CASTVS. Vicem tuam doleo, Misaule, quanquam desperandum non puto; et forte tempus erit, cum lætius aliquid eveniet.

MISAVLVS. In illius hoc, Caste, genibus situm est, qui quomodo aliquid daturus credetur exhausto iam et inutili, cum omnia falso promiserit iuveni et valido.

CASTVS. Spes est hæc lubrica, quantum sapio.

MISAVLVS. Te monitum igitur velim, ne tam periculosæ navigationi te committas: quid enim divitias sperat aliquis inter tot egentes competitores, aut potentiam quid ambit, quam sine invidia habere non potest, aut quam si habeat, cum periculo habeat, cum de omnibus illi secum petentibus male suspicentur? porro quis nisi valde stultus si hoc modo sit monitus, in hac experiri nave sustinuerit, cuius præter alia tam spurca est, tam fœda, ac tetra sentina?

1.2 de Syr. illo] *hæc refert Diog. Laert.* VI. 50. 2.3 Dionysius Syracusanus. *marg. 5.* 3 abiit *13.* 4 probe *13. improbe.* 6 quam d. s. a. eram *H.* qui diu servivi *edd.* 8.9 inter f. c., i. connictores *H.* inter fastum ac superbiam aulicorum congerronum *edd.* 9.10 Regii canes. *marg. 5.* 10 et *H.*, inter *edd.* Caste, *post* homines *edd. delev. H.* cœna *omnes.* scena *13. scurriliter.* 11 ac *H.*, inter *edd.* 12 eæ *H.* hæ *edd.* Centauros *rudes sui ordinis homines sæpe appellat H.* 15 Senec. de tranq. an. XIII. 4. „Kanus Iulius ... cum Caio diu altercatus, postquam abeunti Phalaris ille dixit 'Ne forte inepta spe tibi blandiaris; duci te iussi'. „Gratias" inquit „ago, optime princeps". . . . agebant enim gratias et quorum liberi occisi et quorum bona ablata erant . ." 18 . Et *H.* , et *edd.* crit, cum ... eueniet. *H.* est ut ... eveniat. *edd. Falso 13.* 19 In illius genibus situm est *Homerice pro* in illius [dei] potestate est. 20 credetur *omnes. recte.* crederetur *13.* qui o. f. promisit *edd. (etiam 13.) correxit H.* 25 . Aut *H.*

CASTVS. Etiam sentina ibi molesta est? §.83.

MISAVLVS. Etiam, ne quid ulli nautæ patiantur quod non commune illis sit cum aulica familia. Igitur immundissimæ sunt in aula sordes, mira obscœnitas. primum cibus ut multis, ita negligenter apparatus, marce-
5 scentibus sæpe ac rancidis carnibus in vas nihil purius coniectis, quibus cum grylli se, muscæ ac aranei et id genus animalia miscuerunt, aut quæ vermes iam pepererant. atque hæ quales quales sunt semicoctæ tibi nonnunquam apponuntur; iuxta insipidum olus aut legumina utcunque commixta, aut pisces iam diu ante mortui, aut aliquid his multo spurcum
10 magis. Vinum aut acidum aut quod ab alia sumptum mensa est, de quo biberat forte barbatus aliquis, barbam profuso nuper iure conspurcatam habens. Qui adsident, hesternam crapulam olent et quiddam eructant §.84. odiose fœtidum; quorum aliquis percacatis sedet femoralibus, vini impetu emollita alvo, aut apud ipsam statim mensam vomit: nam ita frequenter
15 hæc fiunt in aula, ut quocunque tempore abs te aliquis percontetur, quid agatur ibi, recte illi respondeas 'Bibitur, vomitur, effunditur'. Huc adde §.85. quod non hominum tantum sed bestiarum etiam ferendus est fœtor, canum excrementis tota referta aula, adversus quæ obthurasse nares adeo est inurbanum et inelegans, ut in fabulam quoque venire soleat qui facit;
20 quare ut feras assuefieri te oportet, tum alibi tum vero in ipso etiam triclinio sumentem iam cibum. Quanquam ut non sint etiam ista, nihil est §.86. alioqui lautum ibi, nihil mundum, insyncera omnia: crassum ac multo semper iure impinguatum mantile, ut digitis hærens quoquo trahas sequatur; calices situ oppleti ac feculenti, mirum in modum sordidatæ patinæ,
25 iuxta inquinata alia ac obscœna et odore ut plurimum teterrimo. Noctu §.87. autem quæ commoditas quiescendi inter obstreperos potatores? quorum ille ἀμουσότατον aliquid nocte iam concubia quod omnium asinorum ruditum superet occinit; alius vino disertus aliquot sæpe horas declamat, inconditis tibi fabulis somnum interturbans; forsitan et eundem tecum sortitur lectum
30 aut ex ebriis illis unus, aut qui ex morbo putet ac scabie infectus, aut

---

[3] Sicui quæ sequuntur nimia esse videbuntur parumque elegantia, eum ad Aeneam Sylvium ablegatum velim. Sordes aulicæ. *marg. 5.* [6] qui *[carnes!] 13.* [7] peperant *13.* [11] iure] *Suppe, Brühe.* conspurcatam *H.* infectam *edd.* [12] et eructant, per omnia fœtidi. *edd. corr. H.* [14] statim *addid. H.* [15] Quid agitur in aula? Bibitur. *marg. 5.* [16] ibi *H.* in aula *edd.* [16-17] Canum excrementa. *marg. 5.* [18] obturasse *3.5.* h *addid. H.* [19] qui facit *om. edd. addid. H.* [20] Quare *H.* Atque his te *edd. omisso sq.* te [21] ut n. s. e. i., nihil est alioq. lautū ibi, nihil mundum, insyncera omnia, *H.* præter ista nihil ibi lautum, nihil est mundum, *edd. (Falsæ sunt notæ 13.)* [23] Mantile *marg. 5.* [24] Calices *marg. 5.* seculenti *13.* sordidatæ *H.* conspurcatæ *edd.* Patinæ *marg. 5.* [25] alia *H.* omnia *edd.* ac *omis. 13.* [26] potatores *H.* potores *edd.* [27] ἀμουσ.] maxime inficetum [28] declamat *H.* sermocinatur *edd.* [30] puteat *edd.* infectus sit *edd.*

§.88. cui spurce olet anima, vel qui aliis tibi modis molestus est. Adde lectos non impuros tantum sed et pestilentes sæpe, ubi illi dormierat paucis ante diebus morbo Gallico adesus, ubi leprosus aliquis desudaverat; lodices sextum ante mensem loti, in quibus se volutarunt morbosi illi, unde mul-
§.89. tam saniem, multum pus exceperunt. Atque hæc omnia tunc magis obii- 5
ciuntur, quando vaga est aula, ut in aliis ac aliis diversoriis pernoctandum sit, humi nonnunquam, vix raris substratis tibi stipulis, aut pediculosa aliqua culcitra inter cimices et conserta pulicum examina.

CASTVS. Capio et videre memini ebrios illos modis omnibus immundos. 10

MISAVLVS. Tunc cum in suis illis versarentur deliciis?

CASTVS. Cum eodem in triclinio alii biberent, alii vomerent, nonnulli invicem sibi oppederent.

MISAVLVS. Tunc cum ille iaceret iam victus potator ac inter dormiendum vomeret, inter vomendum dormiret, excubantibus iuxta canibus qui 15
defluentes mediotenus palato sordes elamberent.

CASTVS. Cum alii scorta, taxillos alii poscerent.

§.90. MISAVLVS. Non iam ignoras igitur eiusmodi tibi si huc concedas, exhaurienda sentina sit. quodsi cum ipso nonnunquam principe seorsum cœnes, ut laute omnia parata, eleganter apponantur, non audes per vere- 20
cundiam apposita sumere ac Tantali more in copia eges, vel te interficiunt ibi aut morbis omnibus obnoxium reddunt varia ciborum genera, si appo-
§.91. sitis iis continere te facile non possis quin nimium edas. Ibi etiam longo intervallo missus importantur, ac ea ut plurimum hora cibus sumitur quæ tibi minime convenit: neque enim in aula tunc editur quando homines esu- 25
riunt, aut tunc bibitur quando sitiunt, aut suo tempore quiescitur: omnia confusa sunt, omnia intempestiva. et forte expectandus est ille qui aut in
§.92. venationem abest aut ius dicit ac leges dat. Quæ omnia eo tendunt, ut valetudinem negligas ac corrumpas, ut febres, ut podagras, ut ulcera ac pestes contrahas. Sed iam credo satisfeci et tuæ, Caste, petitioni, et meo 30

---

[1] oleat *edd. (etiam 13.)* anima] halitus. Cf. Plaut. As. V. 2, 44. est *add. H. omis. edd. (etiam 13.)* Lecti *marg. 5.* [3] Lodices *marg. 5.* [4-5] qui multam, si inspicias, s. *edd.* [8] inter cimices ac puli cũ exanima. *5. (alii edid. recte* pulicum examina.) *In inf. marg.* inter cimices, et conserta pulicũ examina *adscr. H. (13. nequid incorruptum prætermitteret*, confecta) [11] *Hæc Misauli et Casti verba plane omisit 13.* delitiis *3. 5. alii.* [14] potator *H.* potor *edd. (etiam 13.)* [16] defluentes *H.* omnes *edd.* [17] taxillos alii *H.* alii taxillos *edd.* [18] iam] tam *13.* [20] apponentur *edd. corr. H. (13. contrarium eius quod verum est adnotavit.)* [21] . Vel t. i., ibi, *H.* Tum te interficiunt *edd. (13. falsa adnot.)* [22] omnibus *omis. 2.* reddant *13.* [22-23] si ... longo *H.* quibus appositis, continere te facile non potes, quin nimis edas. Et longo *edd.* [24] ut *add. H. omis. 13.* [28] abfuit ... dixit ... dedit. *edd. præsentia fecit H.* in venatione (*omisso* abfuit) *9. 10.* in venatione abfuit *12.* [30] petioni *5.*

in te studio, quo magis ad servitutem remittas iam me, atque audin sonare æs illud, quod me dixi ad officium vocaturum?

CASTVS. Audio, sed breviter adde aliquid si restat, epilogi in modum.

MISAVLVS. Quid vis addam nisi ut te moneam quo mare illud tot mo- §.93.
5 dis suspectum fugias ac vites; ne unquam navigationi te committas tam periculosæ, tam exitiosæ; ne in rebus adeo dubiis, adeo incertis spem ponas; ne tibi pedicas induas ac spontaneam servitutem accersas, in qua postea miser cum sis, non identidem sis miserabilis, cum ultro talis esse volueris et ex miseria voluptatem tibi petendam duxeris; aut siquibus mo- §.94.
10 lestus aliquando extiteris, aulico illo turgens fastu, tunc cum multa tibi arriderent, aut vero quia insolenter quod vixeris, eos nunc adficias gaudio deiectus, quos invidia olim sublimatus: moneo inquam ne te ex commodiore vita in has tempestates, has procellas, unde emergere difficillimum sit, abiicias; ne ab animo exules, et in his afflictionibus immunitatem ne
15 quæras, utque memineris libertati renunciatum ut primum in aulam te mancipaveris, nisi servus non est aut captivus non est qui unam domum egredi citra præscriptum non audet; omnino ut longum valere dicas aulæ, in qua corrupta sunt omnia, οὐδὲν ὑγιές, ubi difficultates miræ obiiciuntur, malis gratificatur, ubi aliis opera impenditur, sibi malum accersitur,
20 ubi optimum quod habemus, frustra, tempus, conteritur. Tandem videsis §.95.
huic invenustæ venustati ne te capiendum præbeas, quo ne foris iucundissime demulctus intus acerbissime pertracteris, denique misere subvertaris: nam quid refert aureis te catheuis vinctum quis an ferreis detineat? aut aliquid refert a quo metallo piscis trahatur? in summa ut mare esse
25 memineris aulam. de me ut ab isto naufragio enatem, ipse videro.

CASTVS. Ubi felicitatem tibi opto, et dabo ipse operam, ex te ut §.96.
profecisse videri possim, ac tibi multa libenter debeo, qui me in tempore monueris.

MISAVLVS. Tibi ego gratiam vicissim habeo, quod me non oscitanter

---

[2] æs] ens *13.* [4] Admonitio. *marg. 5.* [6] . Ne *H.* [7] . Ne *H.* ultro *post* spontaneam *edd. delev. H.* [8] ultro *add. H., omiser. edd. (etiam 13.)* [9] *Locum* aut ... inquam, *quem quasi non extaret, Münchius, quia non intellexit, omnino praeteriit, in infer. marg. sic addidit H.* Aut siquibus molestus aliquādo extiteris, aulico illo turgens fastu *[sic enim emendavit quae primum scripserat* Aut *cum* molestus *etiam fueris, fastu turgens, et superbia elatus]*. tunc cum | multa tibi arriderent, Aut vero quia insolenter quod vixeris, eos nūc | *[habeas]* adficias gaudio deiectus, quos inuidia olim *[ex]* sublimatus. | Moneo inquam ne te ex cōm etc̄ . [15] Vtq; *H.* ut *edd.* [16] οὐδὲν ὑγιές. nihil sanum. ὑγιὲς μηδὲ ἓν. Aristoph. Plut. 37. . Vbi *H.* mira *5.* miræ *H.* [19] arcana reticere, ocium recte disponere, iniurias tolerare, *edd. sed H. linea transducta deleuit et adscripsit* malis gratificato . Vbi *H.* [21] . Vbi *H.* habemus *5.* conterimus. *edd.* [22] tracteris *edd. (etiam 13.)* per *suprascripsit H.* [23] Nam *edd.* Num *13.* catenis *13.* victum *13.* [24] . Aut *H.* [25] aulam de me, ubi *13. stupide.* ipse *add. H.* [26] Ubi ... et *et* ipse *add. H.* ex te ... possim, *add. H.*

audiveris. Sed iam eundum est. tu vale ac in longum vale et extra aulam vale!

CASTVS. Et tu vale ac liber esto!

§.97. MISAVLVS. Quod diis videatur, Caste. Sed ecce Velinum video reverti a principe, quem de solario persolvendo moniturus hodie accessit. interrogabo quod responsum tulerit. Heus tu, Veline. audin, Veline, τί σοι ὁ Ἀπόλλων κεκιθάρικεν;

---

[1] eundem *13.* [4] Velinum] Lepide fictum nomen eius qui vult aliquid, quasi Germanice diceres *Wöllner.* [5] solvendo *13.* [6.7] *Τί σοι etc.*] Quid tibi Apollo cithara cecinit? *Zenob.* VI. 14. *c. interpp.* *Τι σοι ὁ ἀπολλων κεκυθάρισεν; ipse H. non sine mendis pro litteris Græcis 5.* (*τι σοι ἀπόλλωη κεκιδαρικεη?*) *subscripsit. Commode Erasm. in adag. addit* Conveniet ubi quis a principe redeuntem percunctabitur quid responsi tulerit. [7] ℭ Aulæ finis. *5. linea traducta delevit H.*

HVLDERICHI HVTTENI

EQ. GERM.

F O R T V N A

DIALOGVS.

Θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ Τύχῃ.
Πᾶσιν γὰρ εὖ φρονοῦσι συμμαχεῖ Τύχη.

[Cum deo pugnare Fortunaque dirum est.
Cum omnibus enim recte sapientibus conmilitat
Fortuna.]

Menandri sentent. sing. vv. 247. 402.

De exemplis huius dialogi vide Indicem bibliographicum n. XXVI. ubi quattuor enumerantur, quorum etiam posteriora duo adcurate quidem contuli, sed sine fructu, quare de iis nihil fere adnotavi.

Præfationem huius dialogi qua Wirciburgensi novo episcopo Conrado a Thüngen eundem in novum annum 1520. *dedicavit auctor, quamvis exhibuerimus vol. I. p.* 320. *num. CXXXXVIIII., tamen cum hæc pagina facile capiat, lectorum commodiorem ad usum repetimus.*

VLRICHI HVTTENI EQ.

AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM AC DOMINVM

D. CHVNRADVM EPISCOPVM WIRCIBVRGENSEM ET FRANCORVM DVCEM

IN DIALOGVM SVVM FORTVNAM

PRÆFATIO.

§. 1. Iam novus init annus, tu novus paulo ante datus nobis præsul es, pater reverendissime ac princeps optime: ego quid, non aliquid mittam novum tibi novo principi novo ineunte anno donum, quo nobis gratuler non tantum hac e familia, hoc ordine, sed talem etiam virum datum te principem? aut alibi potius hoc faciam quam in eo libello qui de Fortuna est a me conscriptus?
§. 2. Non quidem quod arbitrer fortunæ potius acceptos referri oportere hos tuos progressus, quam aut dei beneficentiæ aut tuæ virtuti, sed quia disceptatio est ibi de iis quæ utcunque eveniunt homini, quæ casibus alii, quidam fato, nos
§. 3. providentiæ divinæ adscribimus. Tibi dedico Fortunam igitur, non quod hæc illa dederit, sed quia in ore est mortalibus, quicquid evenerit, eius commemoratio: sive enim prospere agunt, fortunam canunt, sive infeliciter, eandem
§. 4. accusant. De te vero, hac virtute, his moribus prædito quantum errasse hoc quicquid est quod omnia dispensat, videri debuit, nisi hæc tribuisset? mere-
§. 5. batur hoc probitas tua singularis, et eruditio merebatur eximia. Sed laudare desinam, ne siquem ego laudem, ei obtulisse donum me existimem. Optime vale, princeps optime, ac nobis diu superstes vive. Ex specula Huttenica Steckelbergk Caleñ. Ian. Anno M.D.XX.

FORTVNA

DIALOGVS HVTTENICVS.

Interloquutores HVTTENVS et FORTVNA.

HVTTENVS. Da aliquid, hera, mihi eorum quibus isti non egent divites. §. 1.

5 FORTVNA. At egent ii magis ac magis et plura semper petunt.

HVTTENVS. Cum plurima habeant?

FORTVNA. Cum abundent etiam.

HVTTENVS. Proinde fas est te, regina, largiri non habentibus.

FORTVNA. At ipsum hoc non video qui non habeant; scito enim cæcam

10 esse me.

HVTTENVS. Scio et ob id venio commoniturus quo ne egentem esse me ignores.

FORTVNA. Iam id multi pariter faciunt, ut in copia diiudicare non facile possim cui potissimum largiar aliquid.

15 HVTTENVS. Quibus enim potius quam iis qui plurimum egent?

FORTVNA. At plurimum illi egent divites.

HVTTENVS. Immo non eget qui plus quam satis est habet, sed cui §. 2. quod necesse erat deest.

FORTVNA. Quantum vis tribuam igitur?

20 HVTTENVS. Da quantum satis est huic alendo otio.

FORTVNA. Tu otium disponis, dic mihi?

HVTTENVS. Otium scilicet.

FORTVNA. Ergo philosophiam quære potius, aptam otio rem, sed quam dare meum non est: ego enim divitias tribuo mortalibus, quæ negotium

25 illis facessunt et quietem interturbant, ob quas agunt sataguntque et omnia miscent.

HVTTENVS. Non me capis, dea, tantillum peto quod ad victum stu- §. 3. diosæ quieti necessarium satis sit, istas nihil moror divitias.

FORTVNA. Nec a paternis agris et possessionibus tantum redit, ut pos-

30 sis in studio conquiescere?

---

6 Quum *3. ubiq.* 17 egent *3.* 19 igirur? *2.*

HVTTENVS. Tantum forte, sed ut dignitatem tuear interim, eo aliquid adiice.

FORTVNA. At illud tueri negotium dabit.

HVTTENVS. Non dabit; nam ego satis esse mihi putabo, nec ulterius cupiam. 5

§.4. FORTVNA. Quod videre te addecet, nequid incommodo petas tuo: iam hæc periculose misces tu enim, quantum intelligo, otium et dignitatem.

HVTTENVS. Quædam est etiam in otio dignitas, non minus ea, quam illi mordicus tenent locupletes, curanda.

FORTVNA. Ad hanc tuendam quantum vis tribuam? 10

§.5. HVTTENVS. Sine paululum rationes ut putem meas. Primum uxor ubi continget, isthic domus comparabitur, iuxta horti, extra villæ; ibi piscinæ; tum canes ad venandum; equi perpauci, ut expatiari nonnunquam liceat; deinde quæ ad villicam procurationem necessaria, famuli, custodes, iumenta; domi vero abacus, lecti, culcitræ, lecticæ, porticus, bibliotheca, cœnatio- 15 nes, æstuaria, balneæ; uxori vestitus et ornatus; atque hæc omnia ad usum cum splendore, non etiam ad luxum; abundanter habendum autem unde agnascentibus liberis prospici possit.

§.6. FORTVNA. Vitam instituere te sentio tranquillitatis habituram non multum; sed de eo post loquamur, modo dic quantum vis in singulos annos 20 quod parandis his et conservandis dicas esse satis?

HVTTENVS. Da mille aureos, si hoc grave non est, domina.

FORTVNA. Non est grave, siquidem dandum videbitur; parum quiddam iudico enim ad tantos istos alendos strepitus mille nummum: unum vero §.7. mihi responde, Non hoc pauloante volebas iis prius dare aliquid me, qui 25 plurimum egerent?

HVTTENVS. Iis ipsis.

FORTVNA. Utri plus egent autem, quibus plura desunt an quibus pauciora?

HVTTENVS. Quibus plura: nam quibus pauca desunt, ii iam habere 30 videntur quo vivant, dum erigantur et ipsi qui nihil aut qui parum habent.

§.8. FORTVNA. Igitur Fuccheris dare primum oportet me; clamant enim annos iam aliquot ducentis millibus opus esse quotannis sibi ad ea quæ prius habuerunt, ut totum coemant ab Indis piper ac id efficiant ne cui præterquam sibi facultas sit vendendi in Europa crocum, in summa pluri- 35

---

[1] dig|gnitatem 2. [7] otium et dign.] Pirckheimeri admonitiones Mutianique recordationem hic mihi agnoscere videor. — „Quæcunque videntur eminere in rebus humanis, . . . per difficiles . . et arduos tramites adeuntur: confragosa in fastigium dignitatis via est". Senec. epist. mor. XII. 2, 13. [12] isthic] Francofurti ad Mœnum. Cf. epist. ad Glauberg. d. 26. Iul. a. 1519. datam. vol. I. p. 286. sqq. [22] Da mille] At quanto maiora pecuniarum pondera Fortunæ cornu hodie effundere opus est, ut illa Hutteni non nimis modesta desideria explere quis possit.

mum ut lucrentur et monopolium ut confirment. quare fas est ad agros redire te atque aliquid effodere ibi, dum magnas Fuccherorum necessitates, quod vel te iudice æquum est, sartiam, post aliquid tibi minus egenti curavero.

5 HVTTENVS. Ah Fuccheros! videris nescire, domina, egere quid sit: re §. 9.
hoc enim æstimandum venit, non immodica cuiusque cupiditate; nam proprius hic morbus est divitibus, quanto plus habent, tanto cupere adhuc plus, nec eorum fere quisquam ita locuples est quin minora votis possideat. mitte igitur μεγαλοπτώχους istos, et magnificos pauperes, maiora
10 quam necesse est cupientes; memineris vero inexplebiles esse hominum §. 10.
cupiditates, ac illud cogita, si hæc dederis, iam ducenta millia, statim petituros alia eos quadringenta millia, ut auro abundantes equos et arma comparent, nec monopolium, ut ante, sed regnum iam ut instituant.

FORTVNA. Neque non regno ipsis opus est, ut quæ habent servare
15 possint, periculum est ipsis enim ab iis qui monopolium detrectant.

HVTTENVS. Vide igitur an æquum sit iis dare te qui immodica, im- §. 11.
mensa et illicita qui petunt.

FORTVNA. Viderem nisi essem cæca.

HVTTENVS. Atque hoc magis iniquum est, quod mortalibus quam dis-
20 pensare ista oportet, cæca sis.

FORTVNA. At sic Iovi est visum.

HVTTENVS. Te Iuppiter exoculavit? dic amabo.

FORTVNA. Ipse.

HVTTENVS. Quam ob caussam?

25 FORTVNA. Quia dabam bonis et quos dignos esse videbam.

HVTTENVS. Mirum, o regina, cum hoc a nobis exigat ille, boni ut §. 12.
simus, et ob id fulmine terreat siquando inique agere aliquid persenserit.

FORTVNA. Et nunc tales esse vult, meque punivit quæ effœminarem vos et deteriores facerem ac bonos corrumperem sibi.

30 HVTTENVS. Faciebas hoc autem?

FORTVNA. Non ego quidem, sed ut parum fortis erat quisquam, ita insolescebat dives effectus et vitam immutabat, neque enim ut debent ferunt me homines.

---

[5] Fuggeros *4. ubique.* [9] μεγαλοπτ.] divites, sed tamen abiectos et superbos mendicos. [10] est? cupiẽtes *1. 2.* [18] cæca] cf. Pacuv. ap. Auct. ad Herenn. II. 23, 36. Fortunam insanam esse et cæcam et brutam perhibent philosophi *et c.* [19] iniqum *1.* iniquũ *2. 3.* [22] Iupiter *4. ubique.* exoculavit] Apul. Metam. VII. p. 449. ed. Oudend. „Subibatque me non de nihilo veteris priscæque doctrinæ viros finxisse ac pronuntiasse cæcam et prorsus exoculatam esse Fortunam, quæ semper suas opes ad malos et indignos conferat, nec umquam iudicio quemquam mortalium eligat; immo vero cum his potissimum deversetur quos procul si videret, fugere deberet. *etc.* [24] causam *3. 4. ubiq.*

§. 13. HVTTENVS. Quamobrem non insolentes igitur illos potius excæcavit Iuppiter?

FORTVNA. Infinitum id ei videbatur, itaque unam pro multis afflixit, fore putans cæca si essem, ut non agnoscerem quemadmodum prius bonos, et ablatum iri omne corruptionis fomentum. 5

§. 14. HVTTENVS. At non video quid profecerit hoc consilio Iuppiter, aut quid intersit malos facere bonos vel beare improbos, utrobique enim auctam pravitatem video, nisi quod, si oculos haberes tu et bonis tantum dares, non omnes crederem corrumpi bonos: id quod nunc de me polliceor tibi confirmato iam et vivere scienti. 10

FORTVNA. Quod ego nescio, videre enim non licet qualis tu sis, quanquam suspicor, si vivere scires, ista non peteres.

§. 15. HVTTENVS. Necessaria sunt quæ peto, ego dignus cui tribuas: quid si testes adsint enim qui me bonum tibi quique fortem adserant?

FORTVNA. Quid si illi prius sibi impertire aliquid me volent quam aut 15 tibi aut cuiquam? tum ipsos illos testes perinde ac te haud novero quales sint? præterea inutiliter commendant a probitate se qui aliquid petunt hic.

HVTTENVS. Quomodo ais hoc, dea?

§. 16. FORTVNA. Quia enim, si me cæcam adhuc dare bonis Iuppiter conspexerit, periculum est ut aures quoque avellat et manus ut amputet mihi. 20

HVTTENVS. Da alio nomine igitur.

FORTVNA. Daturam spera.

HVTTENVS. Quid faciens interim?

FORTVNA. Quod libet, tibi dico enim nullam habere me factorum meorum usquam rationem, neque illud perpendere quid mereatur quisque, sed 25 dispergere passim hoc e cornu, quod Copiæ vocant, ut in quem boni aliquid ceciderit, is ditescat, cui nihil obvenerit, necessario egeat.

§. 17. HVTTENVS. Unum fac igitur, quando proxime disperges, ibi me statue quo mittes plurimum.

FORTVNA. Ubivis recte steteris. 30

HVTTENVS. Non intelligo.

FORTVNA. Non? o hebetudinem! hæc volvitur rota, inde sparguntur incertum bona et mala: tribuo enim mala etiam ego, quod videre te oportet, ne aurum expectans calamitatem accipias: ego enim non videbo aut in te aut in alios quid casurum sit. 35

---

[4] non *in emendatt. 1. additum est. in 2. deest omnino. in 3. 4. legitur.* [26] De Fortunæ cornu copiæ s. Amaltheæ cf. Pausan. IV. 30. p. 355. VII. 26. p. 592. Hygin. fab. 31. [32] rota] „Saxoque illam [Fortunam] instare globoso prædicant volubilem". Pacuv. l. c. Et Auson. epigr. 143.

Fortuna nunquam sistit in eodem statu,
Semper movetur, variat et mutat vices,
Et summa in imum vertit ac versa erigit.

HVTTENVS. Rectius latere vis me igitur? §. 18.

FORTVNA. Non rectius, nam et latentes contingunt quæ proiicio.

HVTTENVS. Ut commonefacere me videaris, nequid prius abs te petam, quam ut omnino nihil tribuas, quo ne bona petens mali accipiam ab-
5 unde satis.

FORTVNA. Atque istis contentus ut sis.

HVTTENVS. Si esse per te liceat.

FORTVNA. Id casus dabunt.

HVTTENVS. At istos valde formido casus. §. 19.

10 FORTVNA. At alio ego more dare nihil soleo.

HVTTENVS. Quid si Iovem oravero igitur, primum tuos malos ut avertat casus, deinde bona ut fortunet?

FORTVNA. Iam obsurduit votis Iuppiter, neque illi molestius quicquam feceris, quam istas tuas si proponas rationes. dic enim, quid vis ut fortu-
15 net tibi?

HVTTENVS. Uxor ut contingat venusta, dives, adulescentula, optime in- §. 20.
stituta et educata.

FORTVNA. Toties idem ab illo oratum est iam: irascetur: ipsis hoc enim Fuccheris optinere difficile esset; quod sicui eorum optio detur, scio
20 talem uxorem istis tot millibus prælaturum.

HVTTENVS. Atque ego prætulero: dic mihi autem, habent magis propitium Fuccheri Iovem quam ex egentibus quilibet aut bonorum aliquis?

FORTVNA. Ad tempus habent: nam perpetua non sunt quæ ego dis- §. 21.
penso; an non audisti Diphilum cum dicit *ἐφημέρας τύχας κεκτήμεθα*?

25 HVTTENVS. Audivi et Theognem adhuc, *πολλοῖς ἀχρήστοισι θεὸς διδοῖ ὄλβιον ἐσθλόν*. Iam te igitur desinam orare atque itidem accusare §. 22.
desinam, siquidem distribuis incertum, pensi non habens quis tu quod dederis accipiat, et quia in malos perinde ac bonos cadunt quæ tu bona aut mala proiicis. illum vero in culpa esse Iovem video, et quia te cæcam
30 reddidit, et malis quia esse bene patitur.

FORTVNA. Quid si ipsum etiam Iovem ostendam hac vacare culpa, et §. 23.
quo minus locupletemini deesse vobis ipsos doceam? qui per desidiam diligentes parum circa rem parandam cum sitis, oscitantibus vobis bona evenire vultis, magnas interim ac perbonas occasiones prætereundo: memento
35 enim ignaviam plerumque et socordiam in caussa esse mortalibus quo ne evehantur, non Iovis inclementiam aut Fortunæ iniquitatem. Aut illum vero §. 24.

---

[14] fececeris 2. [19] obtinere 4. [24] Diphilum] ap. Stob. Floril. CV. 5.: unius diei [caducas] fortunas nacti sumus. [25] Theogn. gnom. v. 803. sq. (apud Stob. Floril. CVI. 10.) *Πολλοῖς ἀχρήστοισι θεὸς διδοῖ ἀνδράσιν ὄλβον Ἐσθλόν*. Multis inutilibus [malis, non merentibus] hominibus deus dat fortunam bonam. *ἀχρηστοῖσι edd. ὄλβιον ἐσθλόν edd. omnes.* (fortunatum bonum.)

poetam veterem, 'Faber quisque fortunæ' inquit 'suæ est', et Salustium prudenter monentem „non suppliciis aut lachrymis deorum auxilia parari; vigilando," inquit „bene agendo, bene consulendo prospere omnia cedunt; ubi socordiæ te atque ignaviæ tradideris, nequicquam deos implores, irati infestique sunt". 5

§.25. HVTTENVS. Quemquam ita aspernari potest Iuppiter ergo, a quo est pie oratus, ut non exaudiat? nec Iovis famulæ sunt illæ apud Homerum *Εὐχαί*?

FORTVNA. Neque aspernatur ille arbitror supplicum preces, et exaudit si ut debent homines petant. 10

HVTTENVS. Non recte petunt autem qui, ut ille apud Xenophontem, orant valetudinem primum viresque corporis, deinde honores et apud homines benevolentiam, post hæc in bello salutem, et res tandem familiaris ut honeste augeatur?

§.26. FORTVNA. Hi quidem recte, sed superflue; quid enim multis adeo obtundere oportuit Iovem? 15

HVTTENVS. An haud necessaria tibi hæc omnia videntur?

FORTVNA. Omnia, sed quæ breviori oratione comprehendi a rogantibus queant.

§.27. HVTTENVS. Hoc velim edoceas; sed mihi prius narra, offendunt Iovem prolixiores unquam preces? 20

FORTVNA. Non minus quam a diligenti patrefamilias si rogent superflue domestici, aut idem sæpe si quærant a docto magistro obstreperi auditores.

HVTTENVS. Ut molestiæ capaces credam esse Iovis aures? 25

FORTVNA. Facile.

§.28. HVTTENVS. Et illis cotidie irasci sacerdotibus, dum legunt eosdem sæpe interdiu psalmos et idem vigesies amplius repetunt murmur?

FORTVNA. Et hoc propositum habent, non quid orent, sed quantum legant? 30

HVTTENVS. Quomodo igitur brevissime orandum a Iove est?

§.29. FORTVNA. Quomodo aliter enim, quam ut sit mens sana in corpore sano? nam si hæc dederit Iuppiter, reliqua consequentur facile.

---

[1] poet. vet.] „. . . verum esse quod in carminibus Appius ait, Fabrum esse suæ quemque fortunæ". Or. ad Cæs. de rep. ordin. Salust. trib. c. 1. Salust.] Cat. 52. ubi Catoni illa verba tribuuntur: „Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene ... infestique sunt". [3] non recte petunt *etc.*] Mireris Persii sat. II. h. l. in usum vocatam non esse.. [7] Homer.] Iliad. IX. 498.502. *Καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο.* Etenim Preces sunt Iovis filiæ [famulæ] magni. *Εὐχαί* (= *Λιταί*) Preces, precationes. [11] ille ap. X.] Ischomachus ap. Xenoph. œconom. 11,8. Cf. Memorabb. III. 12. [31] Iuvenal. sat. X. 356. „Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano".

HVTTENVS. Intelligo, nempe si corpus per valetudinem laboribus sufficiat, et mens sit quæ delectum habere sciat, ut nihil temere suadeat, neque honores in pace defient, neque in bello salus. præterea amabunt huiuscemodi hominis vitam omnes et bene volent, et ex labore ac dili-
5 gentia crescent opes.

FORTVNA. Acute, ut vix aliquid prius: igitur diligentem esse te opor- §. 30.
tet et solertem ac sedulum, conarique operose ea quæ adsequi velis, et experiri quæ scire exoptas industrie. quare prudenter a Xenophonte scriptum est, fas non esse a deo petere, ut ignorando equestrem pugnam eos
10 qui periti sunt vincas, aut navigationem ignorans ut navem recte gubernes, vel imperitus semen spargendi ut frumentum aliquando optimum colligas, neque si te non custodias, ut a deo serveris.

HVTTENVS. Literas iam ante didici, ad te ut ditescam venio. §. 31.

FORTVNA. Et te ego, ut id adsequaris, diligentem ac industrium esse
15 iubeo, nihilque apud Iovem acturum dico uxorem petere adortum qualemcumque, etiamsi centum bovum sacrificii corruptelam admoliaris, quasi vero matrimonia mortalibus conciliet ille et nuptias dispenset.

HVTTENVS. Igitur providentia est, dic age, et quam *πρόνοιαν* Græci §. 32.
vocant?

20 FORTVNA. Aliqui putant, ego me esse scio.

HVTTENVS. Et ego video, verum sola an sis, id nunquid est notum tibi?

FORTVNA. Iovem pariter esse scio, qui me exoculavit, illam vero qua de quæris providentiam boni malorum successus redarguunt.

25 HVTTENVS. Id quod suspicari aliquis potest, si mortalia curent superi, §. 33.
nunquam permissuros, ut felicissime agant pessimi complures, quanquam ipse nuper deos esse et mortalium eos curam habere magno indicio cognovi.

FORTVNA. Quonam illo?

HVTTENVS. Quod ista passus est ille in Suevis tyrannus, qui cum tuo §. 34.
30 favore tutus sibi videretur, ob idque exultabundus confideret, ac summo omnium circa metu rem exitio multis, communi Germaniæ periculo futuram aggrederetur, subito quasi quodam ictus fulmine concidit ac prostratus est.

FORTVNA. Dabant hoc casus.

35 HVTTENVS. At hos deus gubernabat.

FORTVNA. Immo non essent casus, si eos regeret aliquis: an consilium §. 35.
esse in fortuitis ullum potest?

---

[8] Xenoph.] Cyropæd. I. 6, 6. [18] *πρόνοιαν*] providentiam. [20] putant *et* scio *opponuntur*. [29] in Suev. tyr.] Ulricus dux Virtenbergensis. [34] casus] Plin. H. N. II. 7. 5. „adeoque obnoxiæ sumus sortis, ut Sors ipsa pro deo sit, qua deus probatur incertus".

HVTTENVS. At fortuitum hoc non fuit, sed quoddam credo divinum consilium.

FORTVNA. Non disputo, ille vero si remergat, quid esse dices, casum an providentiam?

§. 36. HVTTENVS. Per deos, haud satis scio; nec illos scire video acutissime hoc qui disputant: nam bonis quoties bene est, diis habere gratiam iubent, qui suos respiciant; siquando male, deum esse aiunt, qui suos exerceat patientiæ et æquanimitatis experimentum de illis sumens. contra malis quæ §. 37. adversa contingunt, pœnam interpretantur; siquid prospere cedit (audi vero qua subtilitate eventus rationem adferunt), deum aiunt bona improbis dare, ut ad melius degendam vitam benignitate eos et beneficentia invitet: recte arbitror, nisi invidiose hoc agerent plerique, ab eventu æstimanda plane facta putantes: nam cui favent si prospere cedat, necessario bene esse bono aiunt, quasi hoc factis continuo meruerit ille, qualis qualis est; si §. 38. infeliciter, 'quos amat', inquiunt, 'exercet deus'. neque de inimicis item aliter iudicant, quibus ad vota habentibus omnia, mille ibi sententias adducunt, cur nonnunquam bene esse malis patiatur deus, contra ubi acerbum est quod evenit, 'Nullum est impunitum' dicunt 'apud deum malum, sicuti nec bonum irremuneratum aliquod', aut vero 'sciebam puniturum hominis improbitatem deum', vel illud usurpant Homericum, *ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα*, producuntque in tertiam nonnunquam generationem sup- §. 39. plicium divinum. Si quæris tamen ego quid sentiam de tyranno si resiliat, dei voluntatem esse arbitrabor: ille nanque iis factis ostendit hoc se posse quod scriptum est, 'Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles'.

FORTVNA. Ostentatorem deum narras; sed desinam quærere ea ad quæ te male responsurum iam ante scio. illi qui eventus rerum sic interpretantur ut ais, inepti mihi videntur et odio digni, quandoquidem hoc consilio nunquam ipsis deest ratio quicquid utut agatur quam adferant; sed quodnam hoc hominum genus est?

§. 40. HVTTENVS. Theologi vocantur.

FORTVNA. Atque iidem non cupiunt ditari interdum et ipsi?

HVTTENVS. Immo vero pecuniæ studio tenentur in primis, quæruntque re vera divitias, cum inani verbo detestentur ut rem frivolam et felicitatis expertem; quemadmodum ille Moguntiæ nuper, cum tota vita proclamasset in divites et pecuniam damnasset extreme eiusque usum relegasset ab omni longissime probitate et innocentia, moriens reliquit auri valde multum, idque defossum partim, eius possessionem invidens arbitror posteris.

---

[3] si remergat] Quasi Huttenica Fortuna Suevum remersurum esse præsensisset. [9.10] Nihil deest: signa ( ) explicationis causa feci. [20] Homer.] Batrachomyom. v. 97. „Habet deus ultorem oculum". [21] in tert. gen.] Cf. Exod. XX. 5. [24] script. e.] Evang. sec. Luc. I. 52. [34] Moguntiæ nuper] Cf. Misaul. §. 50.

FORTVNA. Digni quibus nunquam bene eveniat, siquidem tales sunt; §. 41.
tibi vero ut bene sit, labore conandum existimo.

HVTTENVS. At iam laboravi annos nimis multos, nec id adsequutus sum.

FORTVNA. Quid laborabas vero, si theologis credebas omnia multo ante
5 quam eveniant provisa mortalibus esse?

HVTTENVS. Laborabam tamen.

FORTVNA. Ne illa si non esset scilicet providentia, tu haberes tamen
unde viveres, ne esuriendum tibi esset?

HVTTENVS. Minime, sed docebant iidem illi recordor, paranda esse §. 42.
10 labore omnia, subinde inculcantes mihi, merum laborem esse vitam hanc,
otium vero detestabantur infense; quandam porro superesse aiebant vitam
laboris ac duritiei expertem omnis, quæ bona haberet supra quam optare
aliquis possit copiose.

FORTVNA. Mirum, quæ sunt provisa iam in quodam quasi repositorio §. 43.
15 et ita fatis infixa, ut remorari ea quominus ut destinata sunt eveniant nihil
possit, adhuc quæri labore et industria oportere.

HVTTENVS. Fatum non est ex horum doctrina, sed divina voluntas,
atque ea necessitatem non habet, sed libere providet ac flecti horsum et
illorsum votis et precationibus sinit.

20 FORTVNA. Quid tu non flectis hanc igitur? §. 44.

HVTTENVS. Ut locupletarer quidem nondum impetravi.

FORTVNA. Quenquam impetrasse vero vidisti?

HVTTENVS. Divites istos aiebant theologi obtinuisse hoc.

FORTVNA. Cum adularentur forte?

25 HVTTENVS. Nescio, quanquam ut plurimum ita in delitiis agere vitam
comperi divites, ut ne precandi quidem aut orandi a deo fastidium ferant,
tantum abest ut laborent adhuc et quærant, aut industrie quicquam agant.

FORTVNA. Quod cum vides, nonne dubitas quid sit hoc quod tam in- §. 45.
æqualiter bona simul et mala dispensat? et casu regi hæc putas?

30 HVTTENVS. Non casu, nam opinionem eam excludit religio.

FORTVNA. At religione si te ad tempus solvat quis, num hoc in men-
tem veniet?

HVTTENVS. At solvi non decet. §. 46.

FORTVNA. Responde ex religione igitur mihi, quis dat bona et mala?

35 HVTTENVS. Tu quidem das, sed te moderatur deus, nec dare tu aut
auferre nisi illo permittente quicquam potes.

FORTVNA. Cur igitur qui gubernat casus, non ita illos moderatur, ut
ne indignitas ulla sit?

HVTTENVS. Neque esse ullam dicendum.

40 FORTVNA. Ullam? et scelerati divites aut certe otiosi ac inutiles tantum

---

34 religone *1.* religione *2...4.*

fruges consumere nati, qui nihil boni cogitaverunt unquam, nedum fecerunt, non indigni illis quæ habent sunt?

§. 47. HVTTENVS. Indignos quidem censeo, sed est cur ita illis esse deus velit.

FORTVNA. Ubi est?

HVTTENVS. Penes ipsum est et istos eius interpretes theologos. Verum heus tu, totum tibi nodum ut solvam, habeo: benefacta non remunerat hic deus, neque fere punit quæ male committunt homines, sed in illam sempiternam patriam et futuram vitam reservat iudicium hoc.

FORTVNA. Propius ad rem: cur non igitur quæ hic sunt casibus, deo ventura ista reservans, tribuis?

§. 48. HVTTENVS. Quia non habet hoc religio.

FORTVNA. Mittamus religionem igitur; ad hoc redeamus quod mecum sentiunt theologi, conandum esse, laborandum et desudandum. quod nisi docuissent te illi, ab Epicharmo veteri poeta et minime malo discere potuisses,

τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν, inquit, *πάντα τ' ἀγαθὰ θεοί.*

HVTTENVS. Aut Sophocli credidissem, qui dicit,

θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται.

FORTVNA. Aut Euripidi, fortunas ex laboribus venari oportere monenti,

τῶν γὰρ πονούντων θεὸς συλλαμβάνει,

inquit. Sed iam laboris pertæsum est?

§. 49. HVTTENVS. Non pertæsum, siquis inde fructus sit; iamque deberi quietem mihi tot exhaustis laboribus existimo.

FORTVNA. Quid laborasti vero?

HVTTENVS. Primum optimis disciplinis dedi operam magnis difficultatibus, ut hoc tempore nemo, haud aliter atque exul essem et patria pulsus peregre divagatus, maxima in paupertate, miseris ærumnis et gravissimis nonnunquam morbis.

§. 50. FORTVNA. Illa vero studia ut tantis laboribus prosequerere, quid movebat potissimum?

HVTTENVS. Sciendi amor, ponebamque omnem in hoc vitæ fructum, ut in otio olim studiosum esse liceret.

FORTVNA. Nec iam adsequutus hoc tibi videris?

HVTTENVS. Adsequutus, pauper quum sim?

§. 51. FORTVNA. Ob id maxime, an hoc non vides, quanto magis proclive sit

---

[1] fr. cons. nati] Horat. epist. I. 2, 27. [9] casibus deo *omnes.* [11] habet i. q. docet. [11] Epicharm.] ap. Stob. Floril. XXIX. 8. (... *πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί.*) „Di suas labore dotes esse venales volunt." [17] Sophocl.] Iphig. I. 2. ap. Stob. Floril. XXX. 6. „Deus autem pigris non subvenit." [18] *παρέσταται edd.* [20] Euripid.] ap. Stob. Floril. XXIX. 31. *Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβανει.* Laboranti enim et deus opitulatur. [22] pertesum *1. 2. et sic paullo post iterum.*

philosophiam tractare, quod minus occupetur, pauperi quam negotiosis illis divitibus, quos non sibi solum, sed aliis vacare item oportet, et quos a virtutis studio voluptates abstrahunt, cum hoc impedimentum a paupertate absit longissime? præterea res est cumprimis industria paupertas et
5 ingeniosa, vel etiam, ut Diogenes vocat, *αὐτοδίδακτος*.

HVTTENVS. Atque ego in paupertate didici, nec omnino suis illam encomiis fraudo, habet enim laudis abunde satis, apud philosophantes præsertim illos et sophistas, quibus facile est quamcunque rem laudare aut vituperare, etiam si febrem esse bonum in mentem veniat, aut podagram §. 52.
10 non malum, aut pulchrum calvitiem, vel frugi ebrietatem.

FORTVNA. Crede mihi, non desipiunt paupertatem qui laudant, commoda enim res est. §. 53.

HVTTENVS. Ego quidem qualisqualis est valde deprecor.

FORTVNA. Malumque arbitraris?

15 HVTTENVS. Miserum.

FORTVNA. At tecum esse talis qui potest, dives cum nunquam fueris? nam si unquam, tunc misera est paupertas, quando id quod aliquando adfuit amissum est, non quando quod nunquam fuit quæritur: certe enim quæ nunquam habuisti, eorum adhuc dulcedinem ignoras; quorum ali-
20 quando usus fuit iucundus, ea dolore amissa adficiunt.

HVTTENVS. Sed mihi nunc tempus esse arbitror, ut ex diuturna iactatione in aliquem delatus portum vitam ibi constituam. §. 54.

FORTVNA. Constitues, si operam dabis.

HVTTENVS. Scilicet nondum satis laborasse tibi videor, annos iam tot
25 Per varios casus, per tot discrimina rerum
cum egerim?

FORTVNA. Ut disceres plane satis, nam ut ditesceres, nondum id video conatum te.

HVTTENVS. At discendum esse tantum præceptores monebant, alia enim §. 55.
30 post datura se ultro, quanquam nuper etiam expertus sum agendo.

FORTVNA. Quid agendo? militandone?

HVTTENVS. Haud ita magno illud conatu, sed in aula versatus sum annos iam totos duos.

---

[6] Diogen.] apud Stob. Floril. XCVI. 11. *Διογένης τὴν πενίαν αὐτοδίδακτον ἔφη εἶναι ἐπικούρημα πρὸς φιλοσοφίαν κτλ.* „Diogenes paupertatem suapte natura ad philosophiam discendam auxilium esse dixit: nam quæ rationibus hæc persuadere studeat, ad eadem ipso usu paupertatem cogere." Notiora sunt Euripidis *Πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε*, Paupertas sapientiam sortita est. (Zenob. V. 72.) et similia multa, quæ videsis in Adag. „Egestas artes docet." *αὐτοδίδακτος*] semet ipsam edocens, suapte natura discens. [6] §. 52.] Cf. Febrim I. §. 8. Eius modi miras laudes tum veterum tum recentiorum scriptorum collectas edidit Casp. Dornavius. Cf. Indicis Huttenicorum scriptorum n. 63. [25] Vergil. Aen. I. 204. [33] annos ... duos] i. e. ex quo relicta Italia in patriam reversus fuerat.

FORTVNA. Duram expertus es, haud inficior, vitam. sed in aulam quare transferebas a studio te potissimum?

HVTTENVS. Quod videbam facile ibi locupletari æquales.

FORTVNA. Tibi vero quare non idem contigit?

HVTTENVS. Quia aut non ferunt tui casus, aut in illa non destinatum est hoc providentia.

FORTVNA. Aut vero moribus tuis, quia non convenit vitæ genus?

§. 56. HVTTENVS. Vel ipsum hoc in caussa est, sentio enim ineptum aulæ me, cum quia adulandum ibi simul omnibus, tum vero quia inconstantes sunt principum favores.

FORTVNA. Quid si alibi experiaris annos iterum duos?

HVTTENVS. Quid si ætatem experiendo absumam? iam deberi puto mihi ut sit unde vivam.

FORTVNA. At esse audio, si pauper, ut clarissimi multi, vivere velis.

HVTTENVS. Velim, si hoc caveas, dea, nequis aliquando malus tuus casus a paupertate hac ad extremam usque mendicitatem deponat.

§. 57. FORTVNA. Non est meum cavere aut certum dare aliquid; tu vero quod pauper metuis, ne si adurantur domus aut devastentur agri vel aliqua subito ex calamitate illæ quantulæcunque facultates si pereant, mendicus sis, ignoras hoc ipsis divitibus commune tecum esse periculum, nisi non potest fieri ut omnia Fuccherorum uno pereant die.

HVTTENVS. Fieri posse aio, et cælum item ut ruat, sed utrumque horum nemo facile metuit.

§. 58. FORTVNA. De Fuccheris, aut siquis sit ipsis adhuc Fuccheris opulentior, nemo metuit? aut Troia non periit?

HVTTENVS. Siquidem fuit, periit.

FORTVNA. Et infinitam Carthaginiensium potentiam non everterunt Romani?

HVTTENVS. Funditus.

§. 59. FORTVNA. Et Romanum imperium non interiit?

HVTTENVS. Interiit, nisi quod inane penes Germanos illius remanet nomen.

FORTVNA. Dionysius vero ex tyranno ludi factus non est magister?

HVTTENVS. Factus, ut fertur.

§. 60. FORTVNA. Et magna in navi non perinde naufragium metuunt nautæ ac parva in scapha?

HVTTENVS. Si in magnis ea feratur fluctibus, perinde.

FORTVNA. Quod necessario fieri oportet, neque enim aut alto committit se qui parva negotiatur cymba, aut qui triremes illas et onerarias agunt,

---

10 principium *1. 2.* 33 Dionysius] Cf. Phalarism. §. 27. supra p. 23. 39 aut qui] *Malim* nec qui *omisso* aut *ante* alto.

humile aliquod stagnum aut fluvios tentant. quare multum occupatos divites illos dixi, nec sibi tantum vivere magnaque semper copia circunfluere eorum qui opem, qui subsidia petant, amicorum et propinquorum, unde strepitus et tumultus et molestia vitæ maior quam dici potest. præ- §.61.
5 terea multum timeat qui multa possidet necesse est; tum subeunda pericula et in apertum discrimen eundum præcipiti quandoque, non tantum ubi lucrandum aliquid, fac enim nihil necesse illis esse lucrari, quanquam avidius nemo lucratur quam qui plurima iam lucratus est: et Pittacus dicere solebat, ἄπλησ̄τον εἶναι τὸ διαπαντὸς κέρδος: tamen non tantum
10 ubi lucrandum aliquid, sed ubi ea quæ iam habentur servare opus incumbit, ubi infinitæ circum insidiæ, ubi fraudis metus aut violentiæ incumbit, ubi latrones terra, piratæ mari nequid intercipiant timetur, ubi noctu parietes perfodiuntur, ubi multa subtrahit infida familia, noctu fures compilant: an tu unquam Fuccheros quiete somnum capere aut animo esse §.62.
15 tranquillo putas, cum mari terra ac domi prospiciendum sit nequid detrimenti capiant?

HVTTENVS. De Fuccheris, ut dormiant, sollicitus non sum; de me scio quantum vigilem, dum unde quæram quod necesse est meditor, agito, cogito; sed ut de Fuccheris etiam, quia percontaris, respondeam quod nunc
20 sentio, vix unquam dormire quietos eos arbitror.

FORTVNA. Recte igitur intellexit hoc Seneca cum ait, ad tuendam ex §.63.
fortuna felicitatem alia opus esse felicitate, et pro ipsis votis vota nuncupanda. quinetiam ut iis qui in altissimam arborem aut sublime aliquod ædificium conscenderunt, pronior inde lapsus est, sic omnia locupletum
25 istorum præsenti assiduo in periculo versantur, cum pauperibus interim vobis nemo facile insidiatur, nemo furtum facit aut rapinam intentat, nemo unquam bellum infert; et præsentius quam vos periclitantur illi igitur et quietem agunt rarissime: vidisti enim in magnis adhuc divitiis tranquillum cuipiam esse otium?

30 HVTTENVS. Sacerdotibus vidi. §.64.

FORTVNA. At audiebam agentem hoc Iovem dicere, podagras se ob id immittere illis et febres et ischiam et articulorum torturas et alios id genus morbos; aut ubi morbi satis non essent, contentiones, invidiam et simultates, quibus mutuo se attererent, in tantum ut in summis opibus læ-
35 titiam non nisi raro admodum caperent. præterea concubinis mancipasse §.65.
eos, quibus in tantum obnoxii viverent, ut nulla videatur miserior aut dura magis servitus; propter eas enim digladiari ipsos multo acrius quam pro

---

[6] Pittac.] ap. Stob. Floril. X. 48. Ἄπλησ̄τον το διαπαντὸς κέρδος. Inexplebile est omnino lucrum. [21] Seneca] de brevit. vitæ 17, 4. [22] esse fœlicitate 2. *et sic sqq.* [24] est. Sic 2. [27] . Et præs. 2. [28]. Vidisti 2. [35] §. 76. Incidit in argumentum Febris secundæ.

ereptis coniugibus soleant mariti, conciliareque illas sibi magno negotio, maximo alere sumptu; ipsis eas vicissim verba dare, furari ac rapere, deinde facultates ubi absumptæ nec iam ferri ulterius impensa (quod sæpe fieret) possit, imponere illos, fraudare, abiurare debitum, notari ob id infamia, privari sacerdotiis; exinde in morbos non habentes quo alantur 5 aut curentur, in summa ad magnam redigi miseriam.

§. 66. HVTTENVS. Igitur non vidit tantum fieri ab iis hæc Iuppiter, sed statuit ipse etiam hanc illis pœnam?

FORTVNA. Ita dicentem audivi.

HVTTENVS. At eum magis quam te cæcum esse arbitrabar, qui non videret ea, neque enim si videret, contineri credebam quo minus omnia uno in illos die eiacularetur fulmina. 10

FORTVNA. Cara illi possessio fulmen est, igitur eius loco ea quæ dixi iaculatur. adde quod orationes dicunt, quoties tonat ille, præsenti contra fulmina iuvamento. 15

HVTTENVS. Quas contra morbos non dicunt et concubinas?

§. 67. FORTVNA. Dicerent, cum maximis ad pœnas has cupiditatibus ferantur.

HVTTENVS. Intelligo, a crapula morbi sunt, a concubinis miseriæ, apposite omnia; sed non in omnes iaculatur hæc fulmina Iuppiter, multos vidi perpetuo felices enim sine labore, sine negotio et opere. 20

FORTVNA. Ego non vidi.

§. 68. HVTTENVS. Haud mirum cum nihil videas; si oculos tibi vero reddat unquam Iuppiter, ut crapulantes illos, scortantes et in multam usque noctem pergræcantes intuearis otiosos nullumque ad usum, quid facies?

FORTVNA. Febres confestim, podagras aut illas immisero, ut Iuppiter, 25 concubinas.

HVTTENVS. Utinam oculos habeas.

FORTVNA. Habeam? te vero si conspexero locupletatum iam eadem agere?

§. 69. HVTTENVS. Tum vero dupliciter ista immitte. 30

FORTVNA. At divitias petis, viam ad istiusmodi vitæ genus planam, et opes vis tribuam tibi, irritamenta malorum, ut ille dixit.

HVTTENVS. Nihil minus, domina, sed cum Theogne

οὔτ' ἔραμαι πλουτεῖν, οὔτ' εὔχομαι· ἀλλά μοι εἴη
ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν. 35

Et ut Pindarus, sanam substantiam ac necessarias vitæ possessiones adse-

---

[2] ipsia eas 2. [14] orationes] precationes. [20] enim] *Sic minus recte hoc vocabulum conlocabat II.* [28] eadem agere] similiter ac sacerdotes istos te vivere. [32] iritamenta *1.* Ovid. met. I. 140. [33] Theogn.] vv. 1151. sqq. Neque cupio divitias neque precor, sed detur mihi vivere paucis, nullis obnoxio malis. [34] *ουκ ... οὐδ ... ἔιοι 1. 2.* [35] *ὀλίγον 2.* [36] Pindarus Olymp. V. i. f. *ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει, | ἐξαρ-[illegible] κτέατεσσι καὶ εὐλογίαν προςτιθείς, μὴ μαντεύσῃ θέος γενέσθαι.* Sanam

quutus ubi sim, ne deus quidem esse quæram, colamque modestiam in moribus et frugalitatem in victu citra superstitionem splendidus et curam lautus.

FORTVNA. Bona verba audio. §. 70.

5 HVTTENVS. At verba res sequetur.

FORTVNA. At in ambitionem abducunt divitiæ, libidinem et gulam; hæc deinde in pericula, ad infamiam et morbos. Memineris autem gravis monitoris Epicteti, inter difficilia ponentis aut divitem esse modestum, aut modestum divitem.

10 HVTTENVS. Quoties dicam non appetere divitias me, sed necessaria pe- §. 71.
tere? opus est enim pecunia, opus est, inquit Demosthenes, *ἄνευ γὰρ χρημάτων μηδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων.* da aliquid, regina, da quæso, videris enim posse.

FORTVNA. Dixi periculum esse in accipiendo, quod mala tribuam etiam.

15 HVTTENVS. Ex hoc aliquid cornu largire.

FORTVNA. Quid si magnum inde malum adiecero tibi, est enim ut bona, sic etiam mala refertum copia.

HVTTENVS. Repetitis me caussis differs in longum, dea: potes tu, scio, bonum aliquod seorsum dare.

20 FORTVNA. Iam dedi: an ignorare me putas, quod te complexus sit ille §. 72.
episcopus? aut non meis hoc casibus refers acceptum?

HVTTENVS. Referam si vis, sed dixi inconstantes esse principum favores; quid si me deserat enim, ubi illud deferbuerit quo nunc ardet mei studium?

25 FORTVNA. Tunc alium spera daturos eosdem casus qui te non minus amet.

HVTTENVS. Quidvis potius quam sperare iube; atque ut intelligas qua §. 73.
te moderatione siquid dabis uti velim, iuxta vetus hoc 'Paupertatem et divitias ne dederis mihi', tantum ab iis quæ tu metuenda putas absum, pol-
30 liceorque tibi nihil facturum me in vita molliter aut delicate, omnia parce, sobrie et modeste.

FORTVNA. Dignus videris qui bona habeas. §. 74.

HVTTENVS. Ita per Iovem: eia ergo illud obverte cornu, inde prome quo necessitatem ferre queam, et calamitati siqua ingruat quo mederi liceat.

---

autem siquis felicitatem fovet, abundans opibus ac famam insuper addens, ne quærat deus fieri. [8] Epict.] ap. Stob. Floril. V. 86. *Δυσχερὲς ἄρα πλουτοῦντα σωφρονεῖν, ἢ σωφρονοῦντα πλουτεῖν.* [11] Demosth.] Olynth. ap. Stob. Floril. XCI. 30. *Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι τῶν δεόντων γενέσθαι.* Opus profecto est pecuniis, nec sine his quicquam eorum quæ necessaria sunt perfici potest. [21] episc.] Albertus Moguntinensis. [23] deserat] Recte auguratus est Huttenus. [26] vetus hoc] Proverb. XXX. 8. „mendicitatem et divitias ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria."

FORTVNA. At ipsum hoc non video.

HVTTENVS. Sine me inspicere ubi sit.

§.75. FORTVNA. Desine, atque hinc te ocyus quo nunc eiiciendum est mihi.

HVTTENVS. Dii boni, quos strepitus, qualem expectationem, quas turbas, quam varios pectorum motus video, ut concurrunt rursumque discurrunt homines, quorum lætos quosdam, mærore perfusos alios conspicor.

§.76. FORTVNA. Quid loquuntur? quo pervenit iactus?

HVTTENVS. In Hispanias audio.

FORTVNA. Quid ibi?

HVTTENVS. Carolo Austrio ad tot regnorum possessionem delatum adhuc Romanum aiunt imperium.

FORTVNA. Quis hoc dolet autem?

HVTTENVS. Quidam iuxta reges, quorum tristes video oratores, sed omnium maxime Romanus pontifex, cuius legatus parum abest ut suspendat se.

§.77. FORTVNA. Percontare insuper num quid mali etiam ceciderit.

HVTTENVS. Cecidisse ferunt in Africam, atque ibi quadam affectos clade barbaros insigni, atroci, aiunt eiusdem Caroli auspiciis. O optima novi imperatoris initia, o spem orbi christiano eximiam! Non iam aliquid boni dabis etiam mihi?

FORTVNA. Carolus dabit.

HVTTENVS. Iterum spem, iterum favores principum obiicis mihi: da aliquid tu; siquid ille post dederit, ipsum corollarii esto vice.

§.78. FORTVNA. Quid primum vis omnium?

---

[11] Carolus V. electus est exeunte Iunio a. 1519. [13] reges] Gallicus Franciscus I. et Anglicus Henricus VIII. Leonis X. frustra contra Carolum moliti in Germaniam legatus idem ille Thomas Caietanus, cardinalis S. Sixti fuit, qui eodem munere iam apud Maximilianum imp. functus fuerat. [17.18] clade barbaros ꝛc.] Res ita narratur in Richardi Bartholini uiri eruditissimi de conuentu | Augusteñ concinna descriptione ꝛc. | M.D.XVIII. | 4°. p. Aiij: „Fama attulit Hispanorum copias, quæ in Aphricam contra Aenobarbum traiecerant, levibus præliis cum eo commissis ita paulatim illius vires fregisse, ut ipsum cum fratre ac reliquiis copiarum terga vertere coegerint. Is cum intra mœnia Tremezeniorum se recepisset, diu et acriter a nostris militibus obsessus est. qui cum longius obsidionem ferre non posset, ipse una cum fratre ac robore militum quos intra arcem receperat, per posticam portam clam egressus salutem sibi fuga comparasse arbitratus est. Hispani vero evestigio arcem aggressi vi ceperunt, commodumque de eius fuga certiores facti cum valido equitatu prosecuti sunt. Cæterum Aenobarbus in transitu fluminis supervenientibus cum haud tuto effugere posset, manum conseruit: pugnatum est utrinque acriter; tandem cum nostri superiores virtute militum evasissent, Aenobarbum cum fratre ac toto equitatu interfecerunt affixaque eorum capita lancearum mucronibus cum victoria ad urbem deportarunt. Hæc in Aphrica."

HVTTENVS. Toties dixi iam, uxor ut sit.

FORTVNA. Uxor est bonum igitur?

HVTTENVS. Quædam malum, ego vero bonam peto, *ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν.*

5 FORTVNA. *ἀλλὰ γυναῖκ' ἀγαθὴν ἐπιτυχεῖν οὐ ῥᾴδιον.*

HVTTENVS. Nisi difficile esset, domi quærerem et ad te non venissem.

FORTVNA. Coniugium omnes petitis, quemadmodum senectutem, adse- §. 79.
quuti moleste fertis, semperque turba circumstat me petentium, ut uxores sibi auferam, imperiosam alii, alii iracundam et morosam, alii mœcham,
10 quibusdam sumptuosas nimis. tu vero, cui permagna est nunc quantum intelligo libertas, nescis, ah nescis quam vitæ commutationem facias uxorem petens, hoc est durum ultro servitium tibi accersens: an oblitus es Hesiodum poetam felices vocare coniugii expertes, Simonidem vero naufragium viri dicere uxorem? et alium quemdam præstare efferre uxorem
15 quam ducere?

HVTTENVS. Non sum oblitus, sed contemno. §. 80

FORTVNA. Sapientes viros contemnis.

HVTTENVS. At mihi sapientes non videntur qui sic opinantur, eorum sententiam præfero qui cum usque adeo nihil intenti essent rei parandæ,
20 ut nec domum haberent propriam, sine uxoribus tamen vivere noluerunt, et qui existimant probam coniugem domus esse sociam, et magnum ad viri felicitatem momentum. Præterea ad illud otium quod paro, uxore opus est quæ domum nobis curet, magna me ibi levans molestia, quæ circa victum aut parandum aut conservandum auxilio sit, ex qua liberos
25 tollere liceat, quæ siquando ægrotem foveat, alat, pascat, curet, quæ in malis simul doleat, in bonis congratuletur, in cuius veluti sinum liceat effundere quicquid ita afficit animum, ut contineri non sustineat, sed conscium quærat.

FORTVNA. Qua ad illud opus est otium, quæ molestia levet, quæ ægro- §. 81.
30 tantem curet, in cuius sinum liceat effundere, scilicet aut omnes sunt

---

[3] Homer. Iliad. I. 31. „quæ telam percurrat meumque lectum participet. *(Græca in edd. perperam expressa sunt.)* [5] *Ἀλλὰ κτλ.*] Sed bonam uxorem nancisci haud facile est. Diphili sententia ap. Stob. Floril. LXVIII. 21. hæc est *Γυναικὸς ἀγαθῆς ἐπιτυχεῖν οὐ ῥᾴδιον.* [13] Hesiod. *et* Simonid.] Qui similia dicant, multi sunt et ap. Stob. Floril. LXVIII., sed quos ex Hesiodo Simonideque locos laudat H., neque in ipsis horum poetarum reliquiis repperi. Simonidem] nam ad Simonidis epigramma quod est Anthol. Pal. V. 161. (Poetæ lyrici Græci ed. Bergk. p. 797.) Huttenum h. l. referre, cum veterum poetarum in hoc dialogo adhibiti loci fere omnes ex Stobæo deprompti sint, vix crediderim. habet autem hoc epigramma „... *ἓν' ἑκάστῃ, | γυμνούς, ναυηγῶν ἧσσονας ἐξέβαλον.*" [14] alium] Chæremonem ap. Stob. Floril. LXVIII. 22. *Γυναῖκα θάπτειν κρεῖττόν ἐστιν ἢ γαμεῖν.*

FORTVNA. At ipsum hoc non video.

HVTTENVS. Sine me inspicere ubi sit.

§.75. FORTVNA. Desine, atque hinc te ocyus quo nunc eiiciendum est mihi.

HVTTENVS. Dii boni, quos strepitus, qualem expectationem, quas turbas, quam varios pectorum motus video, ut concurrunt rursumque discurrunt homines, quorum lætos quosdam, mærore perfusos alios conspicor.

§.70. FORTVNA. Quid loquuntur? quo pervenit iactus?

HVTTENVS. In Hispanias audio.

FORTVNA. Quid ibi?

HVTTENVS. Carolo Austrio ad tot regnorum possessionem delatum adhuc Romanum aiunt imperium.

FORTVNA. Quis hoc dolet autem?

HVTTENVS. Quidam iuxta reges, quorum tristes video oratores, sed omnium maxime Romanus pontifex, cuius legatus parum abest ut suspendat se.

§.77. FORTVNA. Percontare insuper num quid mali etiam ceciderit.

HVTTENVS. Cecidisse ferunt in Africam, atque ibi quadam affectos clade barbaros insigni, atroci, aiunt eiusdem Caroli auspiciis. O optima novi imperatoris initia, o spem orbi christiano eximiam! Non iam aliquid boni dabis etiam mihi?

FORTVNA. Carolus dabit.

HVTTENVS. Iterum spem, iterum favores principum obiicis mihi: da aliquid tu; siquid ille post dederit, ipsum corollarii esto vice.

§.78. FORTVNA. Quid primum vis omnium?

---

[11] Carolus V. electus est exeunte Iunio a. 1519. [13] reges] Gallicus Franciscus I. et Anglicus Henricus VIII. Leonis X. frustra contra Carolum moliti in Germaniam legatus idem ille Thomas Caietanus, cardinalis S. Sixti fuit, qui eodem munere iam apud Maximilianum imp. functus fuerat. [17.18] clade barbaros ꝛc.] Res ita narratur in Richardi Bartholini uiri eruditissimi de conuentu | Augusteñ concinna descriptione ꝛc. | M.D.XVIII. | 4°. p. Aiij: „Fama attulit Hispanorum copias, quæ in Aphricam contra Aenobarbum traiecerant, levibus præliis cum eo commissis ita paulatim illius vires fregisse, ut ipsum cum fratre ac reliquiis copiarum terga vertere coegerint. Is cum intra mœnia Tremezeniorum se recepisset, diu et acriter a nostris militibus obsessus est. qui cum longius obsidionem ferre non posset, ipse una cum fratre ac robore militum quos intra arcem receperat, per posticam portam clam egressus salutem sibi fuga comparasse arbitratus est. Hispani vero evestigio arcem aggressi vi ceperunt, commodumque de eius fuga certiores facti cum valido equitatu prosecuti sunt. Cæterum Aenobarbus in transitu fluminis supervenientibus cum haud tuto effugere posset, manum conseruit: pugnatum est utrinque acriter; tandem cum nostri superiores virtute militum evasissent, Aenobarbum cum fratre ac toto equitatu interfecerunt affixaque eorum capita lancearum mucronibus cum victoria ad urbem deportarunt. Hæc in Aphrica."

HVTTENVS. Toties dixi iam, uxor ut sit.

FORTVNA. Uxor est bonum igitur?

HVTTENVS. Quædam malum, ego vero bonam peto, *ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν.*

5 FORTVNA. *ἀλλὰ γυναῖκ' ἀγαθὴν ἐπιτυχεῖν οὐ ῥᾴδιον.*

HVTTENVS. Nisi difficile esset, domi quærerem et ad te non venissem.

FORTVNA. Coniugium omnes petitis, quemadmodum senectutem, adse- §. 79.
quuti moleste fertis, semperque turba circumstat me petentium, ut uxores sibi auferam, imperiosam alii, alii iracundam et morosam, alii mœcham,
§. 23. eos inventum fuerit, subtili auferatur ingenio'. Non tuli profligatam hominis audaciam, sed contra liberrime invectus sum ad hunc prope modum: 'Tu inter barbaros hoc tempore ponis nos, et qua iniuria? nam si barbariem vocas inconditam quandam feritatem et inhumanam asperitudinem ac vitam incivilem, quantum ab iis moribus absumus? aut si præter Christianos reliquæ omnes gentes, quod sensisse Gratianus videtur, barbaræ

Mit freyes můts bestendigkeit,
Jů eynem zweyer weg bereydt,
Eintweder zů verfůgen nøt
Eim andern, øder gon inn tøt.

§. 22. Ernh. Wo du nůn würdest von dē dingen redē od' schreyben, lasst ich mich bedunckē, du möchst vil leüt bewegē.

Der Ro. trug bisz her vordeckt. | Hutt. Ab sye nit gereyd bewegt seyn. dañ d' Römer trügerey (die bißher vordeckt gewest vñ nit iderman bekendt) hat yetzo irē deckel verloren, so treyben sye ire schalckeit so gar offentlich, so künlich vnd on alle massen, geben dē auch kein gestalt, das es jn nit wol lenger mag außgehē. Etwan

Wie H. zu Rom mit einem gerett hat. | do ich zů Rom sollichs mit einem von den aller gröſten bůben geredt hab, jn vormanend, das er sich in dißē handel ein wenig geschickter vñ zimlicher hielte, hör was er daruff gesprochē, wie hönlich vñ mit grosser vorachtūg er ant-

Lex Gratiani Imp. ex Codice l. iiij. tit. lxiij. | wort gab. Man sol (sprach er) nit allein dē Barbarischē kein golt gebē, sund' auch wo mā golt bey in fünde, das selbig mit list vnd behen-
§. 23. digkeit von in bringē. Vff solche sein vnuorschömpte wort hab ich mich nit erhalten mögen, sunder im auß freyem gemüdt, mit dißen worten begegnet. Achtestu dann vns teütschen zů dißen zeytē vor barbarisch? Oder wie darffestu vns

Wer Barbarisch mog geheissen werden. | sollichen gewalt thůn? Dann wiltu die Barbarisch nennen, die ein grob, vntzüchtig vnd vihisch leben füren, sich vnfreüntlich halten, vnd kein

---

[1] fidens *etc.*] Vergil. Aen. II. 61. sq. [2] certo *l.* [9] respondit] Verba sunt constitutionis imperialis infra scriptæ. [15] Gratianus] *L.* 2. *Cod. de commerciis* IV. 63. (Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Tatiano Comiti ss. largitionum.) „Non solum Barbaris aurum minime præbeatur; sed etiam si apud eos inventum fuerit, subtili auferatur ingenio . . ." (a. 374.?)

sunt, quæ Christiana magis dici potest hac natione, quæ cum præterea fidei, hospitalitatis et constantiæ opinione commendata omnibus mundi gentibus sit, circa pietatem ita se religiose et sancte gerit, ut omnes facile superet hoc studio nationes alias. Quæ caussa igitur idonea est, cur hac §. 24.
5 appellatione dehonestanda et auro spolianda videatur, nisi vestros nobis mores præponis, quales, pro Christe, quales, et quam dignos, ad quos puniendos universus circum orbis quasi ad extinguendum commune aliquod incendium consurgat ac invehatur? Sed ne me ius civile non didi- §. 25.
cisse impostor ille crederet, 'scis' aio, 'quæ de vobis quoque statuant
10 leges?' et adposito codice eam illi Leonis imperatoris legem quæ cavet nequis per largitionem ad episcopatus aut sacerdotia adspiret ostendi.

ERNHOLDVS. Memorabilis est et vere sancta lex, sed qua vix alia contemptius negligitur hodie.

HVTTENVS. Obsecro quia meministi tu, recita, ut quæ in aurisugam §. 26.
15 retorserim, audias.

miltigkeit bey in haben, so sein wir weyt von dannen. heystu aber Barbarisch alle die jhenẽ die außwendig Christẽ glauben leben, als Gratianus in den obuerzelten worten vorstanden würt, so magstu ye kein volck anzeygẽ, das sich bestendiger in dem glauben, vnd härter vber Christus gebotten halte, dann vnsere Nation.
20 So sein alweg die teütschen von allen völckern der welt vor ge- | Teutschen alweg guts glaubens.
trew, redlich vnd gastmilt geacht gewesen, haben in geystlicheit vnd forcht gottes alweg alle Nation übertroffenn. Auß was vrsach magstu vns dañ mit einer sol- §. 24.
licher annänung behönen, vnd sprichst man söll das golt von vns nemen? Oder meinstu eüwer wesen zů Rom dann das vnser besser sein? Die ir (als | Der Remer wesẽ.
25 got weyß) ein sollich leben füret, das billich, die gantze welt, vmb eüch her, als zů außleschung eines gemeinẽ fewers, eüch zů straffen vñ vordämpffen auffstünde. Vff das aber der böswicht nit meinet, das bürgerlich recht mir gätz vnwissen sein, §. 25.
hab ich weyter zů im gesagte, weistu auch was in dem selbigen rechten auch von eüch geschriben stedt? Vnd als ich hat lassen das bůch Codicem herbringen, weyset
30 ich im das gesätz, dz der Keiser Leo von den, die durch gab oder geschenck zů Bistůmb, oder geystlichen lehen kummen, geben hat.

Ernh. Es ist wol ein hüpsch vnd heylich gesätz, vnd wie wol es zů dißen zeyten nit gehalten, sunder vff das aller schmälichst zů ruck geschlagen vnnd vorworffen, wär doch billich das es vmb seiner nutzbarkeit willen in ewigem gedächt-
35 nüß blibe.

Hutt. Dieweyl ich mich vorsich dastu es außwendig bůchs sagen könst, so §. 26.
sag es her, das wir hörẽ, wie ich dem geltfraß begegnet binn.

---

[10] Leonis legem] L. 31. Cod. de episcopis I. 3. („Impp. Leo et Anthemius AA. Amasio Pf. P.) „Si quenquam *etc. nam Ernholdus statim ipsam constitutionem a.* 469. *emissam fere totam recitat.* [28] lege gesaget

ERNHOLDVS. 'Si quenquam vel in hac regia urbe vel in cæteris pro-
'vinciis quæ toto orbe terrarum diffusæ sunt, ad episcopatus gradum pro-
'vehi deo authore contigerit, puris hominum mentibus, nuda electionis
'conscientia, syncero omnium proferatur iudicio. Nemo gradum sacerdotii
'precii venalitate mercetur; quantum quisque mereatur, non quantum dare 5
'sufficiat, æstimetur. Profecto enim quis locus tutus, et quæ caussa esse
'poterit excusata, si veneranda dei templa pecuniis expugnentur? Quem
'murum integritatis aut vallum fidei providebimus, si auri sacra fames in
'penetralia veneranda proserpit? Quid denique cautum esse poterit, aut
'securum, si sanctitas incorrupta corrumpitur? Cesset altaribus imminere 10
'prophanus ardor avaritiæ, et a sacris adytis repellatur piaculare flagitium.
'Itaque castus et humilis nostris temporibus eligatur episcopus, ut locorum
'quocunque pervenerit, omnia vitæ integritate purificet, nec pretio, sed
'prece ordinetur antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quæ-
'ratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, sola illi suffragetur 15
'necessitas excusandi. profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit
'ordinatus invitus.'

☞ | Ernh. „Ob yemant in dieser künglichen stadt Constantinopel, oder in
Lex impe. Leonis Cod. Lib. i. titul. vi. | andern vnsern landen, die in aller welt zerstrewet sein, zů Bi-
schoffiichen wirden, auß gots geschick gefordert würde, der selbig sol auß reynen
gemůdten der menschē, auß blossen gewissen der wal, auß lauterer volmeinung 20
vnd achtung meniglichs dohin gefordert werden. Niemant sol den pristerlichen
stand mit gelts bezalung erkauffen. Sunder sol ein yeder seinen tugenden vnd nit
dem gelt oder gabē nach geacht werden. Dann welcher stand wär sicher, welche
sach mocht behaltē oder beschirmet bleyben, wo die wirdigen kirchen gottes durch
☞ | gelt erfochten soltē werden? Wie mocht man redlicheit vermauren, trew vnnd 25
glauben vorzeunen, wo der verflucht hunger des geldes inwendig die erlichen got-
tes gemach schluffen würde? Ja was möchte zůletst sicher sein, oder an farhe, wo
die vnuorserte gottis heyligkeit sich vorseren vnd ergern liß? Hör vff du vorbante
begir der Geytzikeit, dich zů den heyligen altaren nehen. Abgetriben werde von
☞ | geystlichen ständen das peynlich laster. Vnd hirumb sol man bey vnsern zeyten 30
einen keüschen demůtigen Bischoff weyhē, der, wohin er kumme, durch frumkeit
seines lebens, alle ding reynigen vnd zů besserung weysen müge. Vnnd sol hin-
für nit durch geschenk, sunder mit angelegte bit ein Bischoff geweyhet werden.
Der selbig sol so weyt von dem Eergeytz sein, das er sich darzů lasse sůchen vnnd
zwingen, das er gebeten entweyche, geford't entfliehe, das mā jn so hefftigklich 35
darzů bitte, dz er mit keiner andern, dann angezeygter not entschuldigung, sich
des bistůmbs entschlagen möge. Dañ warlich vnwirdig ist ein yeder des ampts,
er werde dañ wider seinen willen geweyhet."

---

8 in *omis. edd.* 20 titul. VI.] immo III.

HVTTENVS. Hactenus illi sanctione lecta 'His' aio 'moribus episcopos §. 27.
nobis confirmatis? aut non tanto magis quenque probatis, quanto pecuniam largius in vos profundit?' Tum ille 'At liberum est' inquit 'vobis episcopos eligere'. 'At eos' inquam 'episcopos esse non licet, nisi pallia
5 emant prius hic; quæ electionis igitur libertas? aut debet ista vocari electio episcopi, non designatio potius eius qui mereatur episcopatum emere? Quare hoc mihi responde, num Turcæ pro imperio nobiscum decertantes §. 28.
Christi hostes magis habendi sint quam vos, qui veneranda dei templa pecuniis expugnabilia facitis? immo qui cælos iam venditis? qui illum per-
10 rupistis integritatis murum, illud demoliti estis fidei vallum, quorum insatianda auri fames ad sacra penetralia non proserpit iam, sed intus magna cum fiducia regnat, qui illam corrupistis incorrumptam sanctitatem, qui virginem ecclesiam prostituistis, qui orationis domum fecistis speluncam latronum, unde, si hodie ad nos redeat Christus, commote multo magis
15 eiecturus vos sit, quam illos olim ementes et vendentes? nam illi propha- §. 29.
narum tantum rerum mercatum instituerant, vos sacrorum, ecclesiæ, Chri-

Hutt. Ja als ich jm das gesätz also weyt gelesen hatte, sprach ich zů jm. §. 27.
Cõfirmirẽt ir Römer vns teütschen dißer zeyt auch solliche Bischoff? Oder würt der eüch mit dẽ meysten gelt überschüt, am ersten auch darzů gefordert, vñ be-
20 stätiget? Antwort er, ir Teütschen habt doch frey einen iden bi- | Wal der Bischoff in teutschland.
schoff zů wölen. Sprach ich, das ist wol war, sye müssen aber nit Bischoff sein, sye kaüffen dañ vorhin zů Rom einẽ mãtel. wie mag das dann ein frey wal geheyssen werden? Ja billich möcht man es nit eynes Bischoffs erwelung, sunder ein anzeygung des, der eüch gelt zů geben wirdig oder tüglich sey, genennet werden.
25 Darumb gib mir ãtwort vff ein frage. Mag mã auch billicher | Die Romer grosser feind Christi dañ tiercken. §. 28.
Türcken (die mit vns vmb land vnnd leüt kriegen) feyhande Christi nennen, dañ eüch zů Rom, welche die wirdigen gottes kirchen mit gelt überwindtlich machẽt? Ja welche ir yetzo die hymel verkauffet, hapt durchbrochen die mauren der redlicheit, nider gerissen die vmbzeünung der trew vnnd des glaubens,
30 welcher vnersätliche golts begir, nit mer verhelents in die heyligen gottes heüser schlüfft, sunder auch yetzo inwendig den selbigen, mit trotz vñ übermůdt regiret. Jr hapt die vnuorsereten heyligkeit vorseret, die reinigkeit der iungfrewlichẽ kirchen geschendet, vnnd vorunreyniget. ir hapt zů einer mordt grůben gemacht das hauß des gebettes, auß welchem, wan ye Christus wider vff diße welt zů vns
35 abher kám, eüch vil zornigklicher dañ er etwan die keüffer vnd vorkeüffer treyben würde. Dann die selbigen hatten allein schnöd' vnd vorächtlicher ding einẽ marckt §. 29.
auffgericht. aber ir bringt zů kauff alle geistlicheit, die kirchen lehen, Christũ selbs, vnd die gnad des heyligen geystes. Sölt man dañ nit grössern freyß ha-

---

[14] Christus] cf. Evang. sec. Matth. XXI. 12. Marc. XI. 15. Luc. XIX. 45.

sti et spiritalis gratiæ forum agitis. Non maiori opere debellandi vos igitur, quam Turcæ, aut longius etiam semovendi, qui Christum, qui altaria, qui sacramenta, qui cælos, qui venalia habetis omnia? quorum scelere factum est, ut nolint Christiani esse Ethnici, quandoquidem his moribus viventes vos beatitudinem aliis polliceri vident, cum armorum tantum periculum,
§.30. quod propulsare huic nationi facillimum est, a Turcis incumbat? Certe nemo ita sensu caret, ut vos sic præire aliorum vitæ conspicatus non malit veterem sequi errorem quam novam auspicari improbitatem. Vos igitur cum verbo dominici gregis pastores sitis, revera Christianæ plebis direptores, non evangelium prædicetis, sed pecuniam conquiratis, non, quod pastoris est, commissum vobis gregem pascatis, sed quod rapaces lupi consueverunt, dilanietis ac depascamini, non hominum, ut illi, piscatores, sed divitiarum captatores, lucri aucupes et auri venatores ac vio-
§.31. lenti patrimoniorum alienorum invasores, ultra iam audetis quæ Petri sunt ad vos trahere, et Christianum nomen dolis, captionibus, furacitate et imposturis terrarum orbi infame et odiosum reddere? Quin in viam reditis et istos emendatis pessimos mores, istam constringitis avaritiam, istud a sacris adytis propulsatis piaculare flagitium, caste et pie vivitis, ut vitæ

ben eüch dañ die Türcke zübekriegen, vnd weyt hinweg zů treybē, die ir seyl habt got, die altar, die Sacrament, die hymel, vnnd alle der gleychē? Die ir
Der geystliche halbē werdē die ungleubigen nit christen.
auch mit ewerm ergerlichen schalckhafftigen leben vrsach seyt, das die vngleubigen nit Christē werdē, dieweyl sye eüch, die andern sälligkeit zů gebē vormeynt, in sollichen bösen sitten leben sehen. Auch so sein wir von den Türcken allein sarhe des kriegs (dem vns leycht ist zů widersteen)
§.30. gewartē. Es mag vorwar niemant also on synn vnd vornüfft sein, der, wan er eüch also leben, vnd doch über geystlicheit regirē sicht, nit lieber wölle bey seinē alten irtůmb bleyben, dañ inn ein newes mißlebē vornemen. Syerumb ire, die
Die Ro. nit hirten sunder wolff.
eüch mit worten vor schäffer vnd hirten der gottes hert außgebt, seyt in scheyn der warheit reüber des Christlichen volcks. Dann ir nit wie die Aposteln, auß breytet das Euangeliū, sunder treybt gelt zůsammenn. Vorhütt nit (als eim hirtē gebürt) die benolhene hert, sund' wie die reyssende wölff pflegen würget vnd vorwüstet ir die schaff, vnd seyt yetzo nit mer (wie eüch gebü-
Wie die Ro. fischē.
ren wölt) fischer d' leüte, sund' denckt ir reychtūb zů fahē, golt zů
§.31. eriagē, vñ stellet nach gewinst, halt sleyß fremde erb anzůfallen. vñ meinet doch
S. Peters gewalt.
wz Got sant Petro gewalts gebē hat, freuelich vff eüch zůzihen. macht dē Christlichē namē, mit ewerm ligen vnd trigen, mit ewern aufsätzlichen bösen stücken, vnd bibereyen, der gantzen welt schmälich vnd vorhast. Syerumb bekeret
Vormanung.
eüch zům rechten weg, vnnd besseret ewer sitten. Bindet diße ewer geytzikeit. Treybt ab von den heyligen gots heüsern das peynlich laster. lebt keüsch vnnd geistlich, vff das andere eüch zů einem beyspil haben, volget nach Christo,

exemplum præbeatis aliis, Christum imitamini, ut vos imitentur cæteri. donec ita geritis vos enim, ut cucumeres, si pecuniam dent, impetrare a vobis sacerdotia sinatis, qui quidem sapient oderint, qui per errorem imitabuntur animas perdent. Præterea videndum, nequando sapiant barbari §. 32.
5 Germani, quorum simplicitatem tantum abutimini, ut contenti non sitis pecunia dispoliare, sed iniuriam re illatam verborum adhuc contumelia oneretis et augeatis, direptisque nobis et spoliatis per iocum insuper et risum contemptissime insultetis'.

ERNHOLDVS. Faciem illius nebulonis videre videor, et quo colore sic
10 per te discissus et confractus respexerit.

HVTTENVT. Immo nihil magis, Ernholde, moveram,

Quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.

tanta est fiducia. Age vero frontem mutant Romæ improbi, aut aliquis §. 33.
est flagitii illic pudor?

15 ERNHOLDVS. Novi impudentiam, sed quid respondebat ad hæc?

HVTTENVS. Quid aliud enim quam hanc legem nihil agere, quod ab

vff das andere euch volgen gedörffen. Dann die weyl ir eüch also haltet, das ir auch die kürbiß (wē sye eüch gelt gäben) Bischoff liesset sein, werdenn alle der sach vorstendigen eüch hassen, die aber ewerm irtumb nach volgē, ire seel ver-
20 thümen. So stet eüch auffsehens zů habē, das nit ein mal die Barbarischen §. 32.
teütschen weyß vnd vorstendig werden. Dañ vil zů vil mißbraüchet ir eüch vnserer eynfeltikeit. also das ir keinen genügen habt, vnns des gelts zů beranben, sunder auch vber das ir vns vnrecht vnd gewalt thůt, spottet ir vnser noch darzů, meret den schaden des gůttes, mit behönůg der wort. Vñ die ir gewaltiglichen
25 beranbt vñ geplöndert hapt, den sagt ir noch sollichs in spötlins weyß vnd mit lächeren vor, vns schmälich vorachtend.

Ernh. Mich bedunckt schon, wie ich deß büben angesicht sehe, der sich gegen sollicher deiner straff gantz entferbet hab, vñ verbleycht sey.

Hutt. Ja wol erbleycht. weniger hatt ich in bewegt, dann (als Virgi-
30 lius sagt)

Ein starcker felß im meer stet vest,
Kein windt noch flůt sich wegen lest.

Solch tratz vnd künheit ist bey jnn. Hast aber du ye gemeint, das man sich §. 33.
zů Rom auch der schanden schäme, vñ dargegen entferbe? | Scham zu Rom.

35 Ernh. Ich weyß wol das sich die Romanischen nit vast schämē. was antwort er aber auff deine wort?

Hutt. Anders nit, dañ dißes gesätz sey von einem Keyser, der | Ein keyser unterm Bapst.

6.7 Cf. §. 18. i. f. 12 Quam si] = Vergil. Aen. VI. 471. (Marpesia cautes, i. e. rupes montis Marpesi, Pari insulæ.) 19 verthümen, sich sinnlos um etwas bringen. 21 behönug a. 29 wal a.

imperatore, qui ius in pontificem habeat hodie nullum, immo quem parere pontifici æquum sit, statuatur, et quædam impudentiora his adhuc multo?

ERNHOLDVS. Nec in eius bucca tuus continuo pugnus?

HVTTENVS. Utique hæsisset, nisi Romæ dedisset molestiam.

§. 34. ERNHOLDVS. Mirum, ni statim se perditum ibunt isti.

HVTTENVS. Ibunt, iamque hoc sentiunt ipsi, multa semper, et ubique audientes in se dici, quædam scribi etiam. An non audisti hic divagantem nuper Vadiscum quæ Romæ vidit contumeliose admodum propalare et magnum nationi isti odium concitare?

ERNHOLDVS. Ipsum quidem non audivi, sed narravit mihi Philippus consul quæ solitus sit quam fortiter loqui, decreveramque videre eum, sed nescio quid impedimenti accidit, cum interea is abiit.

§. 35. HVTTENVS. Mira audiisses, nec rem tantum probasses, sed ingenium etiam hominis admiratus fuisses, quo illos insectabatur mores; nove enim faciebat hoc.

über keinen Bapst yetzo macht hab, sunder den auch ein Bapst zů dißen zeyten vnder seiner gehorsam halte, gegeben. Hyerumb sey es vnmächtig vnnd werd nit angesehen. Darneben treyb er noch vil vnnorschämpter vnbillicher wort.

Ernh. Lag jm da nit dein faust vff dem gefreß?

Hutt. Vorwar hette sye jm müssen dar vff ligen, wär es nit zů Rom gewesen.

§. 31. Ernh. Werdē sye sich nit noch selbs, mit sollicher weyß zů vnglück vñ vorderbnüß bringē, würt es mich wunder nemmen.

Hutt. An zweyfel werden sye, als sye auch selbs vormercken vnnd sich beduncken lassen. dann sye sehen yetzo, das man täglich von irem mißleben, übermůt, vnd Tyranney sagt, vnnd schreybt. Hastu nit gehört, was Vadiscus, der nechst auch hye gewesen, von irem regiment gesagt? Derselbig, jn zů grossen schanden vnnd schaden, offenbaret alles das er zů Rom gesehen. Vnd erweckt den Curtisanen vñ irer geselschafft eynen grossen haß bey allen menschen?

Vadiscus von Ro. kummen.

Ernh. Jn selbs hab ich nit gehört. Aber der Burgermeyster Philips hat mir vil von seinem gespräch, vnnd wie freymütiglich er sollichs treyb, gesagt. Derhalben ich willens was jn zů hören, do fyl mir, ich weyß nit was geschäfftes dar zwischen. Mitler zeyt ist er hinwegk gereyset.

§. 35. Hutt. Du hettest wunder gehört vnd nit allein hette dir seyn red wolgefallen, sunder auch hettestu wunder darab gehapt, wie zierlich vnd mit scharpffen synnē er das wüste an zůgeben. dañ er braucht in dē ein newe weyß, vnnd seltzame art.

---

11 Philippus] de Fürstenberg, opinor, consul patriæ suæ civitatis Francofurti ad Mœnum. 19 treyb] lege tryeb 21 ligen wär, es a

ERNHOLDVS. Quomodo, precor?

HVTTENVS. Multa sunt, tempus breve est, iamque ad aulica poscor.

ERNHOLDVS. Hoc prius edissere.

HVTTENVS. Non vacat.

5 ERNHOLDVS. Non vacat? quasi tu sic aulæ servias, ut assidue id agas, neque unam aut duas cotidie horas studiis et amicitiæ suffureris. Dic age; quid orari te pateris?

HVTTENVS. Tunc eam tu rem, in qua operam depoposci tuam, dili- §. 36.
genter curabis invicem?

10 ERNHOLDVS. Ut nihil diligentius.

HVTTENVS. Et illud impetrabis?

ERNHOLDVS. Si illis persuasero.

HVTTENVS. At suadebis?

ERNHOLDVS. Rhetorice; sed tu hoc quod tam ægre impertis tempus,
15 paciscendo inutiliter perdis; dic igitur.

HVTTENVS. At non omnia memini.

ERNHOLDVS. At quæ meministi, non omnia, dic,

HVTTENVS. At dies non satis est.

Ernh. Lieber, wie?

20 Hutt. Wo wer vil von zů reden, so ist die zeyt kurtz, vnd ich werde noch zů hoff gehē müssen.

Ernh. Sag mir vor von dißen dingē.

Hutt. Ich hab nit zeyt.

Ernh. Nit zeyt? Als ob du also zů hoff dinest, das du dich stetes binden
25 lassest, vñ nit etwan ein stund od' zwo zů deinē studio, oder aber gůter gesel-
schafft brauchest. Lieber, sag her, vnd lass dich nit lang bitten.

Hutt. Wiltu dañ auch in meiner sach, als du wol weyst, fleyß habē? §. 36.

Ernh. Ja warlich ernstlichē fleyß.

Hutt. Vñ meinest mir jhens zů wegen zů bringen?

30 Ernh. Wo es müglich ist.

Hutt. Du wilt es aber vnterstehen?

Ernh. Mit allem fleyß vnd arbeit. Was darff es aber vil wort? So du wenig zeyt hast, wöllen wir die nit vnnützlich vorlierē. Hyerumb heb an die vorgenomē red.

35 Hutt. Ich hab es aber nit alles, wie ich von jm gehört, behalten.

Ernh. Sag so vil du weyst.

Hutt. Wir haben nit tags genůg darzů.

---

[6] auaritiæ *1. sed in err. corr.* [8] eam tu rem] puto de uxore Hutteno expetenda e nobili Francofurtana domo. cf. vol. I. num. CXXXI.

ERNHOLDVS. Ain' vero?

HVTTENVS. Sermonem audies prolixum valde.

ERNHOLDVS. Ipse quidem ob id libentius adhuc etiam audiero.

§.37. HVTTENVS. Iccirco ut videas quam non gravate tibi inserviam, diem hunc totum fretus bonitate principis insumam, et sub ipsam adeo noctem agam tecum hanc fabulam.

ERNHOLDVS. Ad ingenium redis, iam tandem veterem Huttenum agnosco.

HVTTENVS. Primum quæ in Romanos, ut hoc tempore, nam Romanenses ipse vocabat et Romanistas, dici possunt, in terniones redigebat, id agens videlicet, ut omnia quæ pessime fiunt Romæ et quæ perversissime, in ternarium colligeret.

ERNHOLDVS. Audire gestio.

§.38. HVTTENVS. Sed unum præfari oportet, voces barbaræ insunt, ne te moveant.

ERNHOLDVS. Ah moveant, quasi ita delicatæ mihi aures sint, aut ignorem suis uti barbaram Curiam vocabulis. Dic igitur de Curtisanis, de Copiistis, de scobatoribus, de beneficiis curatis et non curatis, de facultatibus, de gratiis, de reservationibus, de regressibus, de annatis etiam,

Ernh. Meinstu das?

Hutt. Du würst ein lange red hörẽ.

Ernh. So vil desto lieber wil ich sye hörẽ.

§.37. Hutt. Vff das du dañ sehest, das ich gantz kein beschwernüß hab dir zů thinen, so wil ich mich daruff verlassen das ich ein gnädigen fürstẽ habe, vñ dißen gantzẽ tag biß in die nacht, deinem willen vñ gefallen ergeben, vñ dir die gantzen sach vorzelen.

Ernh. Yetzo erst kumpstu zů dir selbs. Vnd yetzo erkeñ ich den altẽ Hutten bey dir.

Hutt. Erstlich, wz er von den Römern (wie die dañ yetzo Römern seint. dañ er nennet sye Romanisten) zůsagen wöste, hat er vff ein dreyfaltikeit gezogen. Vnd was sein red also gestalt, das alles, so yetzo zů Rom bößlich, sündlich od' mißbrauchlich geschicht, in gedritts weyß vorzelet würde.

Ernh. Ich wil es gern hören.

§.38. Hutt. Eins wil ich dir aber zůuorsagẽ. Es seind vil seltzamer wort darinnen, die latinische sprach nit wol leyden mag, da lassz dir nit ab grawen.

Ernh. Ach grawen. Als ob ich so zarte oren hette, das ich böß latin nit

Die Ro. konnen nit vil latin.

| hören möcht. Oder nit wüste das die Römer vñ Curtisanen nit vil latins können. Hyerumb sag an von den Curtisanen, von den Copisten, kamerfegern, von den lehen die man Curat, vnd die man nit Curat nennet. Von iren facultetẽ, gratien, reservation, regressß, annaten, auch võ dem Creütz gelt, ob du wilt, von iren außsprüchen, die sye in rota las-

et cruciata, si libet, de decisionibus rotæ ac iure patronatus, nihil dederis molestiæ.

HVTTENVS. Tria, inquit, urbis Romæ dignitatem tuentur, authoritas §.39.
pontificis, reliquiæ sanctorum, et merx indulgentiarum.

ERNHOLDVS. Quod tu non quærebas, num igitur putaret illic futuram semper eam dignitatem, ubi sit pontifex, etiam Moguntiæ illum si instituat ecclesia, aut Coloniæ aut ubicunque?

HVTTENVS. Immo quemlibet ubique episcopum existimabat tantum posse, quantum Romæ illum, et Christum aiebat æqualitatem dilexisse, ambitioni summe inimicum. Multa præterea mutui sermones dabant, et ego quædam super ternionibus anxie movi, quæ omnia tibi narrabo; sed tu sermonem hunc totum quem instituo, Vadisci crede, non meum, quæ ex illo enim audivi, retexo hic. Igitur sentit ipse nec huiusmodi esse in- §.40.
dulgentias, quemadmodum ab illis prædicantur, rem tanti momenti, et pecunia tamen comparabilem, nec magis Romæ Petrum esse quam ubicunque sit pia eius recordatio, in tantum ut moneret non tutum esse omnibus ire Romam, tria ut plurimum inde reportare qui eam accedant dictitans.

ERNHOLDVS. Quæ illa?

HVTTENVS. Depravatam conscientiam, corruptum stomachum, et va- §.41.
cuos loculos.

sen gehen. Von patronen recht, vnd dergleychen. Ich hab des alles keinen verdrieß.

Hutt. Drey ding sprach er behalten Rom bey seynen wirden, An- | Wirde der stat Rom. §.39.
thorithát oder ansehen des Bapstes, heyligthůmb, vnnd kaufſſchatz des aplaß.

Ernh. Fragstu dañ nit, ob er auch meynte, die selbigen würde, an einem yeglichen andern orte, wo auch ein Bapst die wonung hette, sein werden, ob der schon geyn Meyntz oder Cölen von der kirchen gesátzt würde?

Hutt. Ja über das, meynte er, einẽ yeden Bischoff in seinem Bistůmb gleych macht haben, als sye ein Bapst zů Rom, sprach, Christus hette alweg | Bischoffs gewalt.
die vorgleychung liep gehapt, sey ein feindt gewest des ergeytzes. Auch so begaben sich vil red gegen einander. Dann zwischen dem gedritten fragt ich villerley, wie ich dir das dann auch sagẽ wil. Du solt aber dißẽ rede nit mir, sund' Vadisco zů geben. Dañ was ich von jm gehört, werde ich dir vorzelẽ. Vñ ist sein meinũg. Es hab vmb den aplaß gar nit ein solliche gestalt, als die | Aplass. §.40.
Römer vorgebẽ. Dañ weñ der also grosse krafft hette, als sye sagen, möcht mã jn nit vmb gelt kauffen. So sey auch sant Peter nit volkumenlicher zů Rom, dañ an einem yeden ort, do man sein mit andacht gedenckt. Er sprach auch mer, es sey nit einẽ yedẽ gůt geyn Rom zů wanderẽ. Dann gemeynklich alle, so geyn Rom ziehen, bringen dreyerley wider mit jn herauß. | Was mã von Rom ausbringe.

Ernh. Welche drey?

Hutt. Ei vorlypt gewissẽ, einẽ bösẽ magẽ, vñ lerẽ seckel. §.41.

ERNHOLDVS. Hui apte dispositam rem, nam ego, quia insuete vixi illic, stomacho sum adhuc imbecilli, et neminem video aut deum esse minus putare aut iusiurandum ita contemnere ac peius vivere quam in beneficiorum caussis qui negotiantur Romæ curtisanos; nam hoc nemo ignorat quanti quotidie Germanis constet urbs Roma, et quam nemo illuc concedat qui non insumat ac de suo perdat multum; ego quidem vacuis, ut habet ternio, loculis inde redii.

§. 42. HVTTENVS. De me taceo; Vadiscus, ne cum loculis quidem; quod si mansissem diutius, inquit, credo sine vestibus, sine ipsis etiam pilis abiissem. sed nos, Ernholde, beneficia non captantes quædam tulimus quidem moleste, verum haud ita magno, quantum mihi videtur, incommodo: graviorem enim iacturam existimo eorum qui sub pravis isthic magistris animos patiebantur effœminari sibi, probitatem inverti et conscientiam depravari.

ERNHOLDVS. Ut ille Suevus, qui obiurgatus abs te quod iurisiurandi impetrasset remissionem sibi, 'memineris', ait, 'esse Romæ nos'.

HVTTENVS. Utque Coloniensis alius qui se nulla culpa falsum signasse iactabat: 'fuerat enim in rem pontificis hoc'.

Ernh. O wie geschickliclich hat er dißę drey zůsamen bracht. vnnd ist die warheit. dann die weyl ich zů Rom mit essen vnd trincken and'st dañ mein gewonheit, mich gehalten, hab ich noch vff dißen tag einē vntewigen magē. So sehe ich niemants weniger got fördchten, eyde vnd pflicht halten, Eer vñ frumkeit achten, dañ die sich Rom gebrauchē, do selbst mit den geystlichen lehen die keuffend vnd verkeuffend vmbgehen, als seint die Curtisanen. Auch darff niemāt zweyfelen, wie tewer vns Teütschen Rom täglich ankume. Dañ keiner von hinnen on grosse zerung, schweren kosten geyn Rom zeügt. Vffs wenigst müß er deß ye ettwas schaden haben. Meynethalben mag ich wol sagen wie in dem gedritte, ich bin mit lerem seckel wider von dannen kummen.

§. 42. Hutt. Von mir wil ich schweygē. Aber Vadiscus sagt, er hab dē seckel mit dem gelt aldo gelassen. Vnnd wer ich lenger da bliben (sprach er) ich glaub ich hette müssen on kleyder, ia an har abscheydē. Du weyst Ernholt, das du

Hutten uß Ernholt zu Rom.

| vnnd ich, wie wol wir nit vmb geystlicher lehen willen zů Rom gewesen, dañoch vil gelitten haben, aber doch on vnsern grossen schadē. Dañ den grösten schaden achte ich der jhnen, die von bösen meystern zů Rom gelernet, haben ein weybisch gemůt bekummen, oder in ire frumkeit verkert lassen, ire gewissen vergifften.

Ernh. Als jhener Schwab, d' von dir gescholten, das er sich von einem

zu Rom sein.

| eyde hette absoluieren lassen, sprach 'lieber, bedenck das wir zů Rom sein.'

☞ | Hutt. Vnd der Cölner der sich offentlich berümpt, er hette on sünde falsche sygel vffgedruckt. dann es wer dem Bapst zů gůt geschehen.

ERNHOLDVS. Ut præterea multi quos ipsi vidimus; sed tu ad ternio-
nes redi.

HVTTENVS. Vel iccirco fugiendam, ait, Romam, quod tria maxime con- §. 13.
servanda interficiat, bonam conscientiam, religionis zelum, et iusiurandum.
5 Ubi in mentem venit mihi trium quoque commemorationem deridere nunc
Romam, maiorum exempla, pontificatum Petri, et extremum iudicium.

ERNHOLDVS. Optime comparata utraque, nam iusiurandum, cui dela- §. 14.
tum fuerit, siquidem Romanos imbibit mores, incunctanter accipit, certus
a pontifice, siquando velit, revinctum iri nodum eum; id quod intelligo
10 velle illum, quando dicit iusiurandum interficere Romam.

HVTTENVS. Intelligis, nam quod aufertur, nullum est aut pro inter-
empto est, pontifici vero tribuit superstitio, quod infecta possit reddere
quæ facta sunt. Porro autem religionem ibi quis unius pili facit? aut
aliud Romæ studium, præter pecuniæ illud, quis curat?

15 ERNHOLDVS. Maiorum autem exempla quis est Romæ qui imitari cogitet? §. 15.

HVTTENVS. Simonis quidem, Domitiani, Neronis, Heliogabali, et huius
generis pessimorum complures, bonorum nemo; nam de Petri vita eius-

Ernh. Als noch vil andere, die wir dergleychen wircken gesehen habenn.
Aber far mit du vort mit den gedritten.

20 Hutt. Er sprach auch, Rom sey zů fliehē, vmb das es dreyerley, | Warumb Rom zu fliehen. §. 13.
die vor allen ein yed' frummer vnvorferet behalten sol, ertöte, vnnd zů nicht mache.
Gůt gewissen, andocht zů got, vnd den eyd. Vff dasselbig fiel mir in gedächnüß,
dz dreyerley, wen mā der gedenckt, die Römer vorlachen, gůt | Was die Romer vorlachen.
beyspil der alten, sant Peters Babstůmb, vnnd das iüngst gericht.

25 Ernh. Das reümet sich gantz wol gegen einander. Dañ wen mā yetzo ei- §. 14.
nem den Eyd gibt, hat er die Römischen sitten angenummen, schlecht | Eyd schweren.
er den nit auß. Dañ er ist gewiß, das wenn er wil, jm von dem Bapst solliche
knotten auffgelöset werden mögen, daruff er meins bedunckens zeügt, das er sagt,
sye ertödten den eydt.

30 Hutt. Ja es ist wol die selbige meynung. Dañ was man hinwegk nimpt
das ist nit mer, vnd würt vor tot geacht. so gibt man dem Bapst durch einen
mißglauben zů, er möge was geschehē sey, als wer es nit geschehen machen. Wer
ist dann vnter den Römern, der geystliche andacht, so vil als ein har | Was mā zu Rom achtet.
achte? Oder keret man zů Rom seinen fleyß vff anders, dañ gelt vnd gewin zů
35 süchen?

Ernh. Wer sätzt jm dañ zů Rom vor güten beyspilen der alten zů volgen? §. 15.

Hutt. Wol hab ich gesehen zů Rom die, gleych wie etwā Symon, Domi-
tianus, Nero, vñ der gleychen, gelept haben, ein weyß an namen, aber keinen,

p. 170. v. 15. iufiurādi *1. 4.* 9 pontificie *1. sed in err. corr.*

que episcopatu qui verbum Romæ facit, ridiculam admodum adferre fabulam videtur: faciuntque duas quasdam ecclesias, primitivam, in qua meliores vixerunt, sed quam illi umbram quandam fingunt, et secundariam, quæ est illius umbræ corpus et vita, tota pulchra, tota aurea et numeris omnibus absoluta, nimirum quæ ex impostoribus est, ex furibus et sacrilegis, ex fraudatoribus notariis, ex simoniacis episcopis et adulatoribus Romani antistitis, atque his solis: nam qui episcopus aut cardinalis bonus est hoc tempore, eum longissime ab se removent ac præter ecclesiam ha-
§. 46. bent. Præterea quandam iactant adornatam iam olim ab se Constantini donationem, et occidentis imperium ad se pertinere dicunt, occupantque eo nomine urbem Romam, Romani imperatoris, siquis esset, domicilium, et imperii caput; deinde nullam aspernantur, ut Petrus, temporariam ditionem, sed pro regnis etiam et imperiis digladiantur terra ac mari tumultuanter, et sanguinem fundunt ac veneno grassantur.

ERNHOLDVS. Veneno valde scio.

§. 47. HVTTENVS. Et armis vidisti ipsum superius Iulium.

ERNHOLDVS. Ipsum, tot hominum millia cum perderet, qualem dii

der gedächt, sich zů richten nach den alten heyligen vätern. Dañ wer zů Rom ein wort sagt vō sant Peters leben, vñ seinem Bistümb, des red helt man vor
Zwo kirchen machen die Ro. | ein lächerliche fabeln. So haben sye zwo kirchen gemacht. die anfängklichen, darinn die heyligsten gelebt haben, die sye aber achten als ein vorbildung vnd schatten. die andern, die sye, als vor einen körper des schatens, vñ recht lebendig haltē. die selbig ist gantz schön, gantz guldene, vnd an allen orten volkummen. Dann sye ist von eytelen aufffsätzigen betriegern, von dieben, kir-
Die yetzig kirch. | chen reübern, gefälschten notariē, Symoneyschen Bischoffen, des Bapstes schmeychelern, vnd von anders keinen leüten. Dañ ob schon irget ein frummer Bischoff oder Cardinal zů Rom wär, den sündern die andern meyt von jan, haltē
§. 46. jn außwendig der kirchen. Vber das berümen sye sich einer alten, vnd etwan
Die ubergebung Constantini. | von jn selbs erdichten übergäbung, die jn Keyser Constantinus söll gethan habē, der halbē sye das gantz Römisch Reych gegen niderganck d' sunnen, als an sye gehörend, fordern, vñ habē nach inhalt des selbigen priuilegij in ge-
Rom. | waltigem beseß die stat Rom, einē stůl vñ wonung des Römischē Keysers, wo einer wär, vñ ein haupt des Reychs. So schlagen sye nit auß, als etwā Petrus gethan, weltliche herschūg, vnd regiment. Ja sye füren krieg daramb zů wasser vnd landt, machen vffrůr, vorgiessen blůt, vnd morden mit gifft.

Ernh. Von irem gifft mordē wüste ich wol zů sagē.

§. 17. Bapst Iulius der ander. | Hutt. So hastu auch gesehen, bey Iulius gezeyten, was sye vor krieger feindt.

Ernh. Ja vorwar, da er also vil tausent menschen vmbs lebē bracht. O got

[1] ridiculum *1. sed in err. corr.* [6] fraudatoribus, notariis *edd.* [16] Iulium II. P. M.

boni, hominem, aut potius quale hominis portentum: vultu teter, adspectu truculentus, per omnia terribilis, horrendus et immanis.

HVTTENVS. Qui cum talis esset, authorque fieret belli omnium quæ fuerunt perniciosissimi, utpote in quod Christianos undique principes con-
5 nexuisset, inter se comminui faciens, nemo ausus est tamen reclamare illi vel his verbis,

Quid miseros toties in aperta pericula cives
Proiicis, o Latio caput horum et caussa malorum?

ERNHOLDVS. Nemo, sed solum omnes timebant. verum occidentis im- §. 48.
10 perium si donat Constantini privilegium, Carolo periculum est ne haud aliquid eorum vel quæ hereditate obvenerunt vel in quorum successionem electus iam est, possideat.

HVTTENVS. Si reverendissimorum Romæ iudicio agatur, nihil possidebit, sunt enim ecclesiæ omnia.

15 ERNHOLDVS. Igitur nimis credo liberales fuerunt priores pontifices, qui non omnia quæ sibi donata sunt vendicaverunt, sed paucis contenti regi-

was menſches, Ja was wunders. Sein augen grewlich, ſein angeſicht erſchrockenlich. Er mit aller weyſſ vnd geberden, grawſam, mürziſch, vnd vnmenſchlich.

Hutt. Wiewol er aber ein ſollicher was, vnd anfing einen ſchweren krieg,
20 des gleichen in Italien zů vnſern zeyten nie geſehenn ward, als darin alle Chriſtliche Künig vnnd fürſten verwicklet, vnnd zůſamen geknöpffet hette, machend ſye ſich vnter einander auffarbeytē, yedoch hat jm ſollichs niemant vnbilligen gedörffen, noch entgegē redē, auch nůr mit worten, der gleychen als ſye jm Virgilio Dauces zům Turno ſagt.

25 O haupt vnd vrſprung aller ſach
Die vns han bracht in vngemach,
Wenn hörest auff, in offne not
Das volck zů füren vnd den tot?

Ernh. Das iſt war, niemant hat es gedörffen ſagen. Dann zů der zeyt, §. 48.
30 forcht yederman Julium. Hat aber Conſtantinus den Bäpſten das reych des nydergangks gegebē, ſo hat Carolus zů förchtē, das jm nichtes werde, weder von den landen die er ererbt, noch auch, zů der regirung man jn nechſt erwelet hat.

Hutt. Sol es noch der aller erwirdigſten zů Rom meynung ergehē, ſo würt jm nichtes werdē. Dañ alle diſſe reych ſeind der kirchē.

35 Ernh. Als ich dañ vorſtehe, ſein die vörigen Bäpſt ſer milt geweſen, die nit aller ding, ſo jn gegeben, beſeſſ haben nemē wöllen, ſunder | Warumb die Bapst diser ubergebůg nit beſeszt haben.
an einem teyl genůg gehapt, das ander den Künigen gelaſſen,

1.2 Cf. Cic. pro Sext. 8, 19. 7 Quid mis.] Vergil. Aen. XI. 360. sq. 12 iam] Carolus V. die 28. Iunii a. 1519. electus est.

bus alia permiserunt, et imperatorem in hac, quantulacunque est, portione passi sunt hærere.

§. 49. HVTTENVS. Non liberalitas ea fuit, sed imbecillitas: timebant enim, cum primum donationem hanc ementirentur, si nihil de ea remitterent, unanimem regum adversus se conspirationem, cui resistere non possent. Verum hanc esse factam avaritiæ pontificalis instinctu fictionem hoc maxime convincit, quod, si quidem ii fuerunt tunc qui sunt hodie sacerdotum mores, nihil passi essent extrahi sibi; sin vero, quod arbitror, sancti fuerunt
§. 50. eius sæculi antistites, non accepissent. Quodsi ut inutilia offerentem Constantinum non admiserunt hi quibus ille donavit, quo iure eorum posteri repetunt quæ maiores accipere se indignum duxerunt ac offerentibus ne darent persuaserunt? certe profecto nunquam in possessionem eorum quæ complectitur figmentum hoc, ullus pervenit pontifex, immo urbem Romam multis post Constantinum sæculis usurpare tandem ausi sunt, cum ante non habuissent: tam sero vetustissimam donationem minutissimæ partis in-
§. 51. sequuta est possessio. Præterea si quod donatum sibi est, sponte remi-

vnd leyden mögen, dz ein Keyser in dißem seynẽ teyl, wiewol das nit vast groß ist, bleybe.

§. 49. Hutt. Es ist nit von miltikeit geschehẽ, sonder vnnormögenheit. Dañ do sye erst dißẽ übergebung gedicht, habẽ sye förchtẽ müssen, wo sye als bald alles eynnämen, vnd nit ein teyl nach liessen, das alle Künig vñ fürsten sich eynträchtiglich zůsamen würffen, vnd wider sye sätzetẽ, den hettẽ sye dañ nit mögẽ
Das die übergebůg erdicht vñ gelogẽ sey. | widerstã. Das aber d' betrug auß Päpstliches geytzes anreytzůg vñ bewegnüß erdicht sey, ist doher abzůnemen, das wo die Päpst vñ pfaffẽ, zů d' selbigẽ zeit võ sollichẽ sittẽ, als yetzo, gewest, hettẽ sye jn vorwar nichts entzihẽ lassẽ. seint aber die Bischoff zůr selbigen zeit, als ich keinẽ zweyfel hab, eines geistlichẽ frůmen lebens gewest, hettẽ sye solliche vngebůrliche gab nit ãge-
§. 50. nůmẽ. habẽ nũ die selbigẽ Constantinũ, als der jn vngebůrliche ding anbitte, mit seiner übergebůg nit zůgelassen, mit was rechtes mögen dañ ire nachkummen wider fordren, das ire vorfarn jn nit gemeß geacht, vnd darumb den übergebern willigklichen wider zůgestalt, ia sye villeycht gebetten sollichs nit auff sye zů anderẽ? War ist, das kein Bapst nie zů beseß des virtenteyls der land die sye sprechen jn von Constantins gegeben sein, kummen ist. Vñ das ich deß andern
Besesz der stat Rom. | geschweyge, die stat Rom, die sye bevor nie ingehapt, haben sye erst etzliche hundert iar nach Constantinus zeyten eyngenummen. Also langsam sein sye kummen zů beseß des minsten teyles, von dißer so alten (wie sye sprechen) über-
§. 51. gebung. Vber das, hetten sye ye wöllen, das man jn gegeben, wider mit freyem willen von jnn stellen, wer das auch on mittels brieff vnnd sygel, die sye von

[14] Constanstinum *1. 2.*

sissent aliquando, num aliter quam interpositis literis et signis egissent hoc? vel qui illud tam sollicite custodierunt privilegium, iidem suæ liberalitatis testimonia sic negligenter habuissent? Nugæ; immo ut dicam ipse §. 52.
quod sentio, privilegium Constantini sic natum arbitror: cum aliquando occasionem nactus avarus, quisquis hic fuit, pontifex aliquam Italiæ partem arripuisset, iamque sibi hoc vehementer arrideret commodum, nec, ut inexplebile est avaritiæ studium, ibi consisteret ac ulterius progredi in animum induxisset, essentque ea tunc tempora quibus floreret superstitio, ut spes fieret de facili multa obtinendi, si abuti simplicitate volgi et principum desidia vellet, cœpit propagare fines; quod imitati qui ei successerunt, usurpatam semel rapiendi licentiam in consuetudinem adduxerunt, donec prudentissimus quispiam pontifex, optime consultum volens et ipse rebus ecclesiæ, in veteri membrana aut aliquamdiu in pulvere prius versata vel situ obducta perscripsit divinum hoc edictum, seculis haud dubie post Constantinum multis.

ERNHOLDVS. Tamen si a Carolo repetat hæc Leo X., quid futurum §. 53.
existimas?

den Künigen vnd fürsten darüber genümen hetten beschehen? Haben sye nün das priuilegium Constantini, als sye anzeygen, also fleyssiglichen bewart, wer wil dañ glauben, das sye gezeügnuß irer miltigkeit also verwarloſt? Es seind schwenck.
Ja das ich sag wie mir zů hertzen, so halt ich gäntzlich, das priuilegiũ Constantini sey also geboren. Als etwan vff ein zeyt | Wie der briff diser §. 52. übergebung geboren sey.
ein geytziger Bapst einen forteyl ersehen, dardurch er hatt vorhofft Italien vnter sich zů bringẽ, hat er erstlich ein teyl angefallen, do jm nün das selbig als ein nützlich ding wolgefallen, vnd sich doch nit do mit (als dann des geytzes fleyß nymer zů ersätigen ist) begnügen hat lassen, sund' gedacht weyter vmb sich zů greyffen, vnnd die zeyt villeycht also gelegen ist gewesen, das er in ansehens kleinmütigkeit vnd mißglauben der menschen, hoffnung gehapt seynen willen zů schaffen, vnd gedacht durch einfältikeit des gemeinen volches, vorsemmung der fürsten vil zů über kümẽ, hat er sein gebit geweitert. Dem haben dañ sein nochkümen gevolget, vnnd ist des raübens gebrauch vō eines künheit zů der andern aller gewonheit erwachsen. Biß zů letst ein ser weyser Bapst kümen der gemeint der kirchen einen grossen nutz zů schaffen, wo er dißen sachen ein beuestigung mächt, hatt er das götlich priuilegium vff ein alt pergamen, oder aber, dz er zů vor jm staub geweltzt hat, od' sich mit schimel über ziehen lassen, geschriben, on zweyfel etzliche hundert iar nach Constantinus zeyten. | Des geytzes fleyss.

Ernh. Wo aber das vnangesehen, der Bapst Leo solliche übergebung von §. 53.
Carolo forderen würd, was meynstu dann zů geschehen?

---

23 vorhafft a. 31 noehkümen a.

HVTTENVS. Quid aliud enim quam ut a Leone sua vicissim ille petens et regem esse se meminerit, et Germanum.

ERNHOLDVS. Atque omnia agat, misceat, ruat, prosternat, et evertat?

HVTTENVS. Meliora Christus, non eo usque progredietur res.

ERNHOLDVS. Si temperare isti scient, qui cui iniuriam facere non auderent, cum a Romano etiam principe contumeliam non abstineant, cui et a pedibus suis coronam porrigit in genua abiecto pontifex, et abiurare urbem Romam ac Italiæ imperium cogit?

§. 54. HVTTENVS. Carolum quidem Bohemum non aliter coronavit Urbanus pontifex, quam accepto iureiurando, ut eodem anno Italia excederet, quem adeo præterea contempsit, ut ne in colloquium quidem veniens e cardinalibus quendam cum diademate obviam miserit, vetuitque urbem Romam accedere, et aliquot Italiæ urbibus multavit eum.

§. 55. ERNHOLDVS. O minime vita dignum hominem, nedum imperio Romano,

Hutt. Was anders, dann das er Carolus dargegen von dem Bapst hinwi-
Wie sich Carolus haltē sol. | der seine gerechtikeit fordere, vnd bedencken werde, das er ein Künnig vnd teütscher sey.

Ernh. Vnnd werd darumb einen krieg anfahen? Weyt vnnd breyd alles durch ein ander werffen, vmbkeren, vnd vorwüstē?

Hutt. Do sey got vor. Es sol darzů nit kummen.

Ernh. Darnach die Römer auch iren dingen maß vnnd gestalt geben werdē. Wem möchten sye aber vorschonen, die sich auch gegen den Römischen Keysern schmähens vnd verspottens nit enthalten? Dañ der Bapst läst keynen Keyser
Entpfahung der keyserlichē kronen. | sein, er fal jm dañ vor zů füß, vnd entpfahe die Keyserlichen Kronen von seynen füssen ab, vorschwere jm auch das Italianisch Reych vnnd die statt Rom.

§. 54. Hutt. Der Bapst Innocentius hat Carolum, der ein Behem gewesen, in
Wie Ca. der virt gekronet ist. | keiner anderen gestalt zů Keyser krönen wöllen, dañ er sich jm mit dem eyd verpflichte, im selbigen iar auß Italien zů ziehen. Wiewol er jn on das so gar vorracht hatt, das er nit gewölt zů jm in gespräch kummen, hat jm einen Cardinal mit der kronen entgegen geschickt, vnd gebotten geyn Rom nit zů kůmen. Er hat jn auch noch weyter, vmb etzliche stät, die er jm hat müssen übergebē, geschätzt.

§. 55. Ernh. Der ist nit off erden zů leben, ich geschweyg Keyser zů sein, wir-

---

[1] petens *omis. 1.4.* [9] Urbanus] *i.e.* V. *In versione* Innocentius *i.e. VI.* Carolus IV. Romæ d. 5. April. a. 1355. ab Innocentio VI. coronatus est, dominica autem post pentecosten a. 1365. Avenione ab Urbano VI. regni Arclatensis coronam accepit. Priorem itaque coronationem hic locus indicat et Huttenus in versione iustum pontificis nomen posuit. [12] . Vetuit autem Romam 2. [19] vorwüste? a

qui hæc sustinuerit; Romanenses vero non credunt ipsi, ut mihi videtur, in extremo iudicio revictura illa tria misere ab se interfecta, deque eis sic adflictis redditum ire se rationem.

HVTTENVS. Nempe illud derident extremum iudicium.

5 ERNHOLDVS. Ipsumque arbitror cum aliis una iugulant.

HVTTENVS. Minime, ita pro nihilo habent enim, ut interficere non quærant quod esse non arbitrantur; alioqui conscientia esset Romæ.

ERNHOLDVS. Et venefici tot non essent.

HVTTENVS. Itaque tribus in primis rebus abundare urbem Romam di- §.56.
10 cit Vadiscus, antiquitatibus, venenis, et vastitate. quo adiectum a me iterum, tria exulare item inde, simplicitatem, continentiam, et integritatem.

ERNHOLDVS. Recte, nam et simplicitatem non ferunt urbis mores, et §.57.
continenter Romæ nemo vivit, integer autem quis est?

HVTTENVS. Revera nullus, hominum vero opinione locupletissimus quis-
15 que et in primis pecuniosus.

ERNHOLDVS. Ut ais, sed pessima opinio quanto magis optabile est ut Roma absit, quam illud corpori exitium ferens scorpionum, serpentum et stellionum virus, nisi levius miseretur quis ab illa recessum esse veterum

dig gewest, der solliche vnbillicheit gelittē. Aber die Romanisten, als ich mer-
20 cken kan, glauben nit das die drey ding die sye so erbärmlich hye ermordē, am iüngsten tag wider aufferstean vnd sye von den selbigen rechenschafft geben müssen.

Hutt. Sye vorlachē doch das iüngst gericht.

Ernh. Ich glaub sye ermorden es auch mit andern.

Hutt. Nit. Dañ wie sölten sye das ermordē wöllen, das sye nit glauben
25 etwas sein? Anderst hetten sye auch wie ander leüt gewissen.

Ernh. Vnd wärē nit so vil heymlicher gifft mörder zů Rom.

Hutt. Darumb sprach Vadiscus, drey ding wärē überflüssigklich zů | 5. Wz vberflissig zu Rom. §.56.
Rom, alte gesicht, gifft, vñ zerbrochene mauren. Dar vff ich sprach, so seynd freylich auch drey ding auß Rom ins ellend vertriben. eynfältikeit, mässigkeit, vñ frumkeit.

30 Ernh. Wol gesagt. Dañ die sitten der stat Rom leydē nit | 6. Wz ausz Rom vortrieben. §.57.
einfältigkeit. so fürt niemant zů Rom ein mässigs leben. wer ist dann daselbst frum̄ vnd redlich? | Frum̄ zu Rom.

Hutt. In der warheit selten einer, aber auß achtūg der leüt, ein yeder der vil gelts hat, oder seer reych ist.

35 Ernh. Wie du sagst. Sollichs ist aber ein böse achtūg, vnd wer Rom vil nützer, die selbige von ir vortreyben dann das gifft der scorpion, schlangen, vnd tarantē, das allein dem körper des menschē tödlich ist. So ist sich auch über Rom vil mer zů erbarmen, das es võ tůgenden, dē strengē eer- | Wie sich uber Rom zu erbarmen.
lichē lebē, vñ gůten gewonheitē der alten Römer gewichē ist, dañ das so vil

[10] quod 2. [27] Ita hic demum triades enumerare incipit a.

Romanorum virtute et egregiis vitæ institutis, quam tot collapsa præclara
§.58. ædificia, tot dirutas mirabiliter speciosas structuras? non profecto, non:
lugendum magis est et deplorandum in Scipionum, Marcellorum, Maximorum, Catonum, Metellorum, Ciceronum, Mariorum locum immigrasse meros Vitellios, meros Othones, plusquam Nerones et Domitianos, luxuriæ artifices, mancipia avaritiæ et ambitionis, truculentia et ferocitate notos, ab omni virtute, omni ratione derelictos homines, quam ex marmorea urbe et argentea factam lateritiam et luteam.

§.59. HVTTENVS. Acute perpendis, sed hoc quantum est et quale? Tres sunt, inquit, Romanorum negotiatorum merces, Christus, sacerdotia, et mulieres.

ERNHOLDVS. Utinam mulieres tantum, nec præter eum sexum etiam.

HVTTENVS. Multa ibi referre puduit Vadiscum, quæ illi tamen de se ipsi loquuntur epigrammata conscribentes, morum suorum imagines et naturæ simulacra. Præterea hic in nostris aliquando oculis quæ fecerunt eo-
§.60. rum legati et oratores? Sed Vadiscus tria Romæ auditu gravissima esse putat, generale concilium, emendationem status ecclesiastici, et quod Ger-
§.61. mani oculos recipiunt; rursumque tria dolenter ferre Romanenses, princi-

überscheynlich hübscher báw darinnen zerfallen, so vil schöner vñ wolgebawter
§.58. heüser zerbrochen sein. Ja vorwar mer ist das zů erbarmen. Man sol auch billicher beweynen vñ beklagen, das an stat der alten Scipion, Marcellen, Marimē, Caton, Metellen, Ciceron, vñ Marien geyn Rom kůmen seind eytel Vitellien, Othen, vnd mer dañ Nerones, oder Domitiani, werckmeyster vnd kün-
Die yetzigen Romer. | stiger aller vnkeüscheit, ergebene knecht d' geytzikeit, zeytlicher Eer begirigē, die sich durch grimmikeit vñ Tyranney bekandt machē, von allen tůgendē, aller vornůfft verlassen. Mer sag ich ist sollichs zů beweynen, dann das die stat, so etwan von märmelstein vñ sylber scheynberlich gewest, yetzo von gebachenen steynen vñ leymen in vorachtung kůmen ist.

§.59. Hutt. Du hast ein scharff vorstántnůß. Wie gefelt dir aber, das er wey-
7. Kaufschatz der Ro. | ter sprach, die Römer handlē mit dreyerley kauff schatz, Christo, geystlichen lehē, vñ weybern?

Ernh. Wölt got allein mit weybern, vñ giengē nit offt auß d' natur.

Hutt. Vil wolt Vadiscus do selbst von gesagt haben, das er schamm halben vnterwegen ließ. Wiewol sich die Römer selbst irer schand gar nit schämē. dañ sye an allen orten darnon reden, als sich der růmend. vnd vff das die abbildung
☞ | irer gemůd bleybe, schreybē sye verß vñ reymen do von. vñ das wir vns ab dē so zů Rom geschicht desto weniger wondern, wz habē offt ire Legaten,
§.60. vñ geschickte hye in teütschē lādt, vor vnsern angē betribē? Yedoch meint Vadiscus drey dīg seī dē Römern beschwerlich vñ erschröckēlich zů hörē. vō einē ge-
8. Was den R. erschrockēlich zu horen. | meinē Concilio sagē, einer reformatiō des geistlichē stādts gedēckē,
§.61. vñ das die teütschen yetzo angē gewinē. Vñ darnebē sye auch drey dīg besorgē

pum Romanorum concordiam, populi intelligentiam, et quod innotescant suæ fraudes.

ERNHOLDVS. Optime Romam novit iste, quippe si vel ad concilium perveniat res, quod isti soli quo minus fiat in mora sunt, illo iam dum ad-
5 huc dolente in Niceno concilio quod acceptum est vulnere, aut semel illa procedat diu iam agitata quorundam nimis ecclesiastici status emendatio, vel Germani cognoscant quomodo secum agatur, aut concordiam ineant principes Christiani, vel inter religionem et superstitionem dignoscat populus, vel omnium oculis et cordibus quæ scelerate fiunt Romæ exposita sint,
10 haud iam ultra Christum, cælos, vitam, beatitudinem viderimus emi, nec sacerdotia ausi fuerint isti venundare, et continentius credo vivent.

HVTTENVS. Ut ais. §. 62.

ERNHOLDVS. Sed concilio in tantum adversantur, ut audiam episcopos Germanos cogi nunc in confirmatione ut iurent nunquam futuros se concilii
15 authores.

vñ fórchtē. d' Christlichē fürstē einigkeit, vorstād vñ merckung des | 9. Was die R. forchtē.
volcks, vñ dz ire list vñ trügerey an tag kūmen.

Ernh. Vorwar der kennet Rom wol. dañ möcht es yemer zů einem freyen Concilio kumen (welchs sye allein vorhinderen, vnd auffhalten. dann sye schmir-
20 tzet noch die wund, die sye in Concilio Niceno entpfingen) oder doch einmal vorgangk gewünn der geystlichen Reformation, von der man lang, vnd vil gesagt, vnnd jn offt darmit getrewet hat, oder aber vnsere teütschen erkennen wöllten, wie man mit jnen vmb gaht, oder die fürstē der Christenheit ein bestendige eynikeit vnd' jn machē vnd halten würden, od' das gemein volck vnderscheydlich zů erken-
25 nen wüste rechten Christlichen glauben vñ aberglauben, oder yederman mit augen sehen möchte, vnd im hertzen vorstehen, die grossen schande vñ schalckheite, so die Romanisten täglich betreyben, vorwar so möchte es dohin kūmen, das man nit mer sehen würde Christum, die hymel, das ewig leben, vñ der selen sáligkeit im kauff stehen. Sye würden auch nit mer die geystlichen lehen vorkauffen gedórf-
30 fen, vñ glaub sye würdē ein mässiger leben füren.

Hutt. Anders nit. §. 62.

Ernh. Aber dē Concilio sein sye so gar wider, das ich höre, der Bapst zwinge alle teütsche Bischoff in der Confirmation, jm zů got vñ | Nota. ein unvorgleichlich ketzer stuck.
den heiligen zů vorschweren, das sye nimmer daran sein wöllen,
35 oder das forderen, das ye ein Conciliū mer werde.

---

[5] Nic. conc.] i. e. primo. Constantinus M. imp. Nicæam Bithyniæ concilium convocavit, quod æstate 325. habitum est. in quo inter alia (cann. VI. VII.) iurisdictio episcoporum Alexandrini, Romani, Antiocheni Hierosolymitanique definitur ac terminatur.

HVTTENVS. Aiunt.

ERNHOLDVS. Quod si est, quid posset fieri nefarium magis?

HVTTENVS. Vix aliquid, sed remedia quæ saluti esse omnibus Romæ malis possent attulit Vadiscus.

§. 63. ERNHOLDVS. Quænam? 5

HVTTENVS. Tria et ipsa, superstitionum postergationem, officiorum abolitionem, et universi ibidem status conversionem.

ERNHOLDVS. Tertium hoc adesse satis erat, tunc enim et superstitio interierit, nec officia fuerint, siquando illa invadat, quam deus optimus maximus acceleret, pessimorum rituum in melius accommodatio; verum officia 10 adeo abolere non cogitant, ut in magnis sit hoc Iulii laudibus, quod eo-
§. 64. rum auxerit numerum. Nos autem optare decet, ut pro his officiis, quæ fraudum sunt et dedecorum fabricæ ac pessimarum quarumlibet impostu-rarum ludi et improbitatis artium tabernæ, illa possideant hominum mentes officia, quibus de sapientissimi viri libros perscripserunt, quæ virtutes 15 vocantur.

§. 65. HVTTENVS. Tum tria, inquit, maximo in pretio Romæ sunt, venustas mulierum, equorum præstantia, et diplomata pontificis.

Hutt. Man sagt es.

Ernh. Ist es dann also, so möcht doch grösser sünd vnd schand nit geschehen. 20

Hutt. Das bekenn ich, aber Vadiscus meint drey ding mögen Rom gegen allen seynen gebrechen helffen, vñ jm heylsam sein.

§. 63. Ernh. Welche?

10. Wie Ro. zu helffen wer. | Hutt. Bekerung des aberglaubens, hinwegknemung der officien, vñ vmbkerũg des gantzen wesens zů Rom. 25

Ernh. Mit dem letsten wär es allein genůg. dann wär der Romanisten regiment, vnd ir böses leben vmbgekeret, vñ vorandert, so möcht auch der mißglaub nit stat haben. wo dann ire schandhafftigen bösen gewonheitẽ (das got bald

Officia zu Rom. | gebe) zu besserung bracht, würden nit mer officia sein, die sye yetzo also gar nit dencken ab zůthůn. das man auch dẽ Bapst Julio vor ein grosses 30
§. 64. lob rechnet, das er die zal der selbigen gemert hab. Wir sollen aber wünschen, das anstat der officien zů Rom, die (als wir sehen) werckstät sein aller betriegerey, vntrew, schanden, vñ lasters, darinnẽ man, als in einer schůl, lernet verfierũg, auffsätzlicheit, vnnd aller hand böse stůck, darinnen man als in einem krämerladen, alle vnfrumkeit vñ boßheit feyl hat, in gebrauch kummẽ sollich of-35

Officia tugent. | ficia, als von denen die weysen vnd gelärten vil geschriben haben, die auch der menschen gemůt zyren, vnd werden sunst tůgent genennt.

§. 66. 11. Was zu Rom in grossem werd. | Hutt. Drey ding helt mã zů Rom in grossem werde, hüpsche frawen, schöne pferd, vñ Bäpstliche bullen.

---

[13] pessimorũ 2. [17] prætio 1. *sed in err. corr.*

ERNHOLDVS. O mulieres, o equos, et ipsum o pontificem! harum studio rerum teneri potius, quam pacis, religionis, evangelicæ doctrinæ, in summa, quam caritatis! Porro quando cogitavit hoc Christus, ut aliquem §. 66.
post se relinqueret, qui posthabitis institutionibus ab se traditis, ac vitam
5 sequutus minime Christianam, condonationibus et bullis terrarum orbem divexaret? aut cum animarum pastor sit pontifex, quid oportet bullam obsignare ei cui vitam dederit aut cælum cui dederit, cum in negotio animarum neque literis opus sit neque aliunde producto testimonio, sed sua cuique conscientia, quæ deo constat, neque indicis eget apud humanarum
10 cogitationum exploratorem? Quid cum præstantibus autem equis Christi §. 67.
vicariis, cum ille deformem semel asinum conscenderit? an quia gerenda bella? At hæc ille detestabatur, et tranquillitatem amplexus est, pacemque suasit, et eius studium ad posteros quoque transmisit. Quam est alienum §. 68.
autem a Christi instituto amare primo loco mulieres et cum meretricibus
15 libidinari, eos præsertim quos ille ex spiritu vivere voluit et quibus ne in matrimonio quidem carnis voluptatem satis indulsit! vel iccirco coniugiis interdixit sacerdotio ordini Callistus, ut solis liceret sacerdotibus scortari

Ernh. O frawen, o pferd, vnd o Bapst. Sol man vff solliche ding gröſſer fleyß haben, dañ vff den Christlichen friden, vnsern glauben, die euangeli-
20 schen warheit, vnnd, die summa daruon zů reden, dann vff die Christlichenn liebe? Weñ ist aber das Christi vnsers herren meinung oder gedanck ye gewesen, einen §. 66.
nach jm zů lassen, der sein gotlich gesätz vnnd ordenung zůrückschlůg, ein newes vnchristlichs leben fürte, die gantzen welt mit aplas vnd Bullen veriret, vnd beläſtiget? So auch ein Bapst od' Bischoff ist zů einem hirten der selen gesätzt,
25 was darff er dann einem, dem er das ewig leben od' hymmel | In geschefft der selen bedarf ma keiner brief.
gibt, ein bullen darauff schreyben, oder versygelen, so doch in geschäfft der selē weder brieff, noch ausserlichs gezeügknüß von nöten ist, sunder eines güten gewissens, welches got der massen kennt, dz er, als menschlicher gedancken erfaren, niemants anzeygens noch bewenſung darüber bedarff. Was thůt §. 67.
30 dañ mit hüpschen pferden ein Vicarius Christi, der nit mer dañ zů einē mal, vff einē vngestalten esel gesessen ist? Wil er krieg fůren? Vorwar | Wie Christus ein reuter gewest.
Christus hat die krieg gescholtē, vñ růhesam leben gelobt, zů dē friden | Der frid gottes.
geratē, den er auch seynē nachkůmenden als zů erbteyl gelassen hat. So ist es §. 68.
vast weyt von Christus meynůg oder leer, die weyber vor allen dingen liephabē,
35 durch vnkeüscheit lusts pflegen, vñ das selbig beschehen von denen, die er gäntzlich nach dē geyst hat leben heyssen, vnd jn auch kaum in der Ee wollust des leybs zůgelassen. Oder hat der Bapst Callistus darum̄ den pfaffen | Die pfaffen von der Ee.
die Ee verbottē, das sye dardurch vor and'n zů bůbischem vnzüchtigē vnfrömlichē

---

[4] ab] ad 2. [17] Callisti] cf. Febr. II. §. 52. [34] meynug a.

et a sancto matrimonio ad turpissimam meretricationem spiritale rediret negotium?

§. 69 HVTTENVS. Sed addidit tria esse frequenti in usu Romæ, carnis voluptatem, vestium luxuriam, et animorum fastum.

ERNHOLDVS. Profecto exercita sunt hæc ibi, sed libidinem non tantum habent Romæ vivendi ducem, verumetiam varietatem exquirunt, mirosque eius modos et monstra etiam inveniunt, ita ut nihil dicas veterum illos spintrias; certe simpliciter et secundum naturam libidinari vel ex consuetudine contemnunt, rusticitatem exprobrantes; quare etiam ea Romæ faciunt quæ referre hic nos pudet.

§. 70. HVTTENVS. Vestium autem quæ luxuria est!

ERNHOLDVS. Qualis præterea nusquam.

HVTTENVS. Sed non homines tantum eleganter vestiunt et adornant Romani nunc, ipsas etiam mulas oportet auro frenari et purpura contegi. tum fastus qui!

ERNHOLDVS. Ut esse odiosior haud possit; nam quid Diocletianum ethnicum sic detestari oportet, quod in vestibus gemmas habuit et diadema

leben gefreyt, vñ der geystlichen sach, von der heyligē Ee in einer schändlichen vñ lästerigē búberey geandert würde?

12. Was in gemeynē gebrauch zu Rom. §. 69. | Hutt. Drey ding (sagt Vadiscus) sein in gemeinē brauch zů Rom. fleyschlich wolust, köstlich kleyder, vñ hochfart, od' übermůt.

Ernh. Warwar sein die drey vast gemein. Aber nit allein hat mā zů Rom vnkeüscheit, vor ein regirerin menschlichs lebens, sonder auch legen die Romani-

Der Ro. ükeuscheit. | sten ire syñ daruff, wie sye in mancherley gestalt, vnd vff seltzame art, auch wönderlicher weyß, vñ wie vor nye gehört vnkeüscheit pflegen, damit sye auch den keyser Tyberiū, vñ seine künstiger, die er Spintrias nēnet, übertreffen. In ☞ | der sum̄ dauon zů reden, schlechter gestalt vnnd gewönlicher weyß vnkeüscheit treyben vorachtē sye, vnd heyssen es bauren werck. Dañ zů Rom thůt mā ding, der wir vns hye zů redē schämē.

Kleydung zu Rom. §. 70. | Hutt. So ist ye auch ein grosser pracht aldo mit kleydūg.

Ernh. grösser dañ an keinem ort.

Hutt. Vnd nit allein kleydet man zů Rom die leüt zirlich, es müssen auch die mülesel geschmuckt sein, als mit golt gezeümet, mit purpur, seydē vñ samet

Der Ro. stoltz. | behencket. Wie grossen stolz vñ übermůt tragē dañ die Romanistē!

Ernh. Also grossen, das sye billich von yedermā dar vmb vorhasset werden.

Diocletianus. | Der halben mich offt wondert das man dem heyden Diocletiano, darumb

---

[5] spintr.] Suet. Tiber. 43. „monstrosi concubitus repertores, quos spintrias adpellabat, triplice serie connexi invicem incestarent se coram ipso, ut adspectu deficientes libidines excitaret." Cf. Id. in Calig. 16. Vitell. 3. Tacit. Ann. VI. 1. Auson. epigr. 119. [14] ipsis *1. sed in err. corr.* [16] Diocletian.] Cf. Eutrop. IX. 26. [24] art] ort a. [28] heyssein a. [11.12 et 34] !] ? *edd.*

primus gestavit, si Christianus pontifex triplici corona verticem ornat et pedes suos patitur sibi deosculari terrarum principes?

ERNHOLDVS. Christus suorum pedes lavit, quod scio.

HVTTENVS. Iam illa qualis superbia sanctissimi vocabulum agnoscere et §. 71.
5 beatissimi adeo eum qui in carne vivat adhuc, et forte pessimis vivat moribus? quem bonum vidimus enim (nisi quod pacem restaurat ætate nostra Leo X.) aut quem sanctum pontificem?

ERNHOLDVS. Immo quem meminimus veterum relatione etiam aut literarum traditione aliquot iam sæculis? nonne magnos bellatores et urbium
10 eversores ac avaritiæ famulos obsequentissimos habent historiæ multos, caritatis igne ardentem et evangelicæ doctrinæ claritudine splendidum aut pietate insignem tot retro annos progrediundum ut inveniamus?

HVTTENVS. Quo magis refugienda hæc illis erat appellatio.

ERNHOLDVS. Ut dicis. Sed hoc quomodo convenit, quod pro eo qui §. 72.
15 se beatissimum vocari patitur, ut beatus fiat, adhuc orat ecclesia? sic enim

das er edel gestein in seiner kleydung gehapt, vñ der erst vnter allen Römischen Keysern ein Künigkliche Kron getragē, dē grösten hochmůt zů schreybt, so wir yetzo sehen, einen Christenlichē Bapst seinē schettel mit einer dreyfältigen Kronen zieren, vñ die fürstē der welt jm seine fůß küssen lassen. | Des Bapstes zirůg.

20 Ernh. Ich weyß wol das Christus der seinē fůß geweschē hat. | Des Bapstes fůß kussen.

Hutt. Ist dañ das nit ein übermässige hochfart, benāmung d' sālikeit annemē, vñ sich den allerheiligsten grüssen lassen, den, d' noch im köper lebt, vnd villeycht nit vast wol sonder vorkerlich lebt? Dañ §. 71. | Dē Bapst aller heyligst vnd seligst nennen.
wem gedenckt eines frůmen, ich geschweyg heyligē Bapstes, zů vnsern zeytē?
25 Außgenůmē das sich yetzo Leo d' zehend, einē wid'bringer des frids schreibt? | Ba. Leo schreibt sich einen widerbriger des fridens.

Ernh. Nit allein mag vns keines sollichē gedenchē, sonder auch hör ich nit vō dē alten, das bey iren zeytē einer gewesen. Mer finde ich auch in keinē schrifftē vñ historiē, das in ettlichē hund't iarē ein redlicher oder tůglicher Bapst
30 gelebt hab. Wol sein ir vil grosse krieger gewesen, habē stät vñ schloß zerstöret, nach gelt vñ gůt gestalt, dē vordamptē geytz dinstlich gelebt. der aber hitzigk in götlicher lieb, in dē euangelischē schrifftē scheynbarlich gelert, oder mit jnbrünst seines hertzens zů warer geystlicheit gericht od' gesindt gewest sey, můß man weyt hinter sich rechnē, biß einer fundē werde. | ☞

35 Hutt. Hyerůb soltē sye den namē billich fliehē. | Nota.

Ernh. Also soltē sye. Sag mir aber eins. wie reůmet es sich, das die §. 72.
kirch vor einen, der sich last aller sāligst nennen, bitte das er sālig werde?

---

[6] cf. Hutteni præf. in Vallæ librum de donat. Constant. vol. I. p. 156. „LEONI PONTIFICI MAXIMO RESTAVRATORI PACIS". [19] lassen? a.

illa plorat 'Oremus pro papa nostro Leone, dominus conservet eum et vivificet eum et beatum faciat eum in terris.'

HVTTENVS. Immo quid illorum convenit?

§.73. ERNHOLDVS. Hoc vero ad fastum non pertinet, quod a pedibus suis coronam imperialem sumere iubet Romanum principem hodie idem ille Christi vicarius?

HVTTENVS. Primum omnium; sed quosdam audio dicere sibi videri minime laturum eam indignitatem Carolum, nec pedes illos dignaturum osculo.

ERNHOLDVS. Quod si faciat, quid merebitur?

HVTTENVS. Ut sapere multum putetur, seque cognoscere, nec pati doctrinam Christi adulterari, maiestatem imperii ludibrio haberi.

ERNHOLDVS. Scilicet panegyricos ut illi dicant doctissimi homines?

HVTTENVS. Utque totis eum libris collaudent.

ERNHOLDVS. Et cœnam in prytanæo ut ei adparent Græci?

HVTTENVS. Et Germanæ libertatis vindicem ut eum salutent hic omnes, euntique et redeunti adclament 'Fortissimo, iustissimo, liberrimo, ac vere pio vereque Christiano'. sed omittimus triadem interim.

§.74. ERNHOLDVS. Quid præterea Vadiscus recensuit igitur?

Dann alſo ſingen wir in der kirchē. 'Wir bitten vor vnſern Bapſt Leo. Got wol jn friſten, erquicken, vnd ſälig machen vff der erdē'.

Hutt. Wie ſich auch andere ire ſachen reümen vnd fügē.

§.73. Ernh. Iſt aber vor ein kleyne hochfart zů rechnen, das zů vnſern zeyten der Vicarius Chriſti, als er ſich nennet, einem Römiſchen Keyſer jm die Keyſerlichen kronen von ſeinen füſſen ab entpfahen heyſt?

Die keyserlichen kronen vñ des bapst flessen entpfahen.

Hutt. Vor allen groß vnnd überſchwencklich. Ich hör aber von etzlichen, die meynen, Carolus werde ſolliche vnbillicheit nit leyden vnnd werde die Bäpſtlichen füß nit küſſen wöllen.

K. Carol.

Ernh. Wo dem alſo, was würde er dañ vordint haben?

Hutt. Das man jne hoch vorſtendig achte, vnd ſpreche, er kenne ſich ſelbs, vnd laß die Chriſtlichen warheit nit fälſchen, die herlicheit des Reychs vnd ſeines ſtandts nit zů vorachtung kummen.

Sich selbs kennen.

Ernh. Vnd das jn die aller gelärteſten lob zů ſchreyben?

Hutt. Ja mit gantzē büchern.

Ernh. Vñ das jm die kriechen ein eſſen in Prytaneo zürichten?

Ein essen in Prytaneo.

Hutt. Ja vnd das jn yedermann grüſſe einen widerbringer der teütſchen freyheit, vnd jm wo er wandlet entgegē vnd nach rüffe, du aller ſtarckmütigſter, du aller gerechteſter, du aller freyeſter Keyſer, vnd jn nenne den recht geyſtlichen, nnd ware Chriſtlichen regirer. Wir kummē aber von der Römiſchē dreyfaltigkeit.

§.74. Ernh. So ſah wider an, was ſagt Vadiſcus mer?

HVTTENVS. Tria facere eos qui Romæ otiantur, deambulare, scortari, et convivia agere.

ERNHOLDVS. Aliud nihil agunt; nam quibus otium non est, hi meditando, scribendo, appellando, ambiendo, supplicando fraudant, imponunt, peierant, produnt, rapiunt, furantur, adulterant, fallunt.

HVTTENVS. Quid? tria esse pauperum ibi obsonia, olus, cæpe, et allium; ac tria e contra locupletum, sudorem pauperum, usuras, et spolia Christiani populi. §. 75.

ERNHOLDVS. Rectissime.

HVTTENVS. Tresque urbis cives, Simonem, Iudam, et populum Gomorrhæ. §. 76.

ERNHOLDVS. Horrendum dictu, sed verum, quanquam simonismum verbo quidem detestantur, re autem vera unum colunt et exercent.

HVTTENVS. Qua in re vel maxime odium merentur, quod ita sine cerebro nos arbitrantur, ut pecunia cum quid paratur, id non esse vendi ac emi persuadeamur, cum adeo aperte faciant hoc, ut Fuccheris etiam be- §. 77.

Hutt. Dreyer ding pflegen die müssiggenger zů Rom, Spatzi- | 13. Wz miessiggenger zu Rom thun.
ren, Bůlen, vnd prassen.

Ernh. Das ist war. vñ anders pflegen sye nichtes. Dañ die andern zů Rom, die man nit vor müssiggenger achtet, synnen, dencken, trachten, wie sye mit schreybē, reden, bitten vnnd schmeychlen, verräterey, dieberey, rauberey, fälscherey, vnnd allerley betrug zůrichtenn mögen.

Hutt. Drey gericht essen die armen zů Rom, spricht Vadiscus, | 14. Der armē essen zu Rom. §. 75.
kraut, zwibel, vnd knoblauch. Herwider auch drey die reychen. | 15. Der reychen essen zu Rom.
Schweyß der armen, gůt mit wůcher vñ trug gewünen, vnd den raub des Christlichen volcks.

Ernh. Das gesegen jn der teüfel.

Hutt. Es sein auch dreyerley Burger zů Rom. Simon, Judas, | 16. Burger zu Rom. §. 76.
vnd das volck von Gomorra.

Ernh. Das ist wol erschrockenlich zů hören, aber doch war, wiewol sye die Simoney mit worten höchlich vordammē, aber mit wercken also üben vnd | Simony zu Rom.
brauchen, das zů Rom gemeyner nichtes ist.

Hutt. In dem sye sich zů voran vorhasst machē bey vns teütschen, die sye so gar thümb vñ on hirn meynen sein, dz wir zů überreden seyen, wen man gelt vmb etzwz gebe, dz sollichs nit gekaufft heysse. Wiewol sye das doch so offenlich thůnd, das sye auch die Fucker lassen mit den geystlichen | Die fucker haben furkauf in geystlichem kaufschatz.
lehen, wie mit anderer kauffmanschatz handelen, vñ fürkauff ha- §. 77.

---

[16] Fucch.] Mira sane hæc παρρησία est scriptoris in aula Alberti Moguntinensis muneribus fungentis: nam eundem Albertum Fuccherosque continuo palliorum indulgentiarumque pecuniis negotiari etiam tum nota res fuit.

neficiorum nundinationem permittant. In re parva, argento ipse redemi ut lacte vesci et butyro liceat ieiuniorum diebus, et Romam post veniens nullum ibi clausum eo tempore macellum vidi ac in cardinalium quorundam domibus animalium carnes indifferenter adponi.

§. 78. ERNHOLDVS. Nos Romæ fieri hoc vidimus, at populus Francofurdiensis quibus nuper convitiis detestatus est culinam apud se pontificis legatorum! non observabant ritus enim, sed vescebantur ieiuniis, ut semper, cibo omnis generis sine religione.

HVTTENVS. Cumque sic cœnarent, patiebantur amplius butyri usum emere ab se nostros?

ERNHOLDVS. De suo instituto haud quicquam mutabant, neque a suis moribus corrumpi nos in mentem eis veniebat, alioqui sic manifeste extra ritus non abiissent.

§. 79. HVTTENVS. Eorum hoc factum nemo accusabat vero?

ERNHOLDVS. Quidam sane, et clamoribus acta res est.

HVTTENVS. Tum ipsi quid respondebant?

ERNHOLDVS. Pisces Germanos aiebant non facere ad suum stomachum.

HVTTENVS. Quid populus?

ben. Ich selbs, wiewol das ein kleine sach ist, hab etwan vmbs gelt von jnn Buter brief. | gekaufft, das ich vff vasten tage butter vnnd milch essen möcht. vnnd als ich darnach geyn Rom kummen, hab ich ein gantze vasten auß nie kein fleysch banck zů schlissen gesehen. Ja mer speyseten etzliche Cardinál, die selbigen zeyt über, fleysch in iren höfen, on vnterscheid.

§. 78. Ernh. Sollichs habē wir zů Rom gesehē, was ist aber nechst hye zů Franckfurt geschehen? Mit was grosser beweglicheit hat das volck des Bapstes geschichte Des Bapstes botschaft. | kuchen vorflucht? Dañ sye hiltē sich nit nach Christlicher ordenūg, sonder assen die vasten über allerley speyß, vnangesehen was geboten oder verbotten ist.

Hutt. Als sye das selbig thaten, liessen sye auch desto weniger butterbrieff von jn kauffen?

Ernh. Nichtes desto weniger. Dañ in dem behilten sye ire weyß vnd gewonheit, nichtes denckend, ob sich das volck ab iren bösen sitten ergerē möchte. Dañ hetten sye sollichs ansehen wöllen, sye wärē also scheynbarlich nit über die gesätz getrettē.

§. 79. Hutt. Habē sye auch vmb sollichs red gehört?

Ernh. Ja von etlichen, vnd es ist in mit rüffen gesagt worden.

Hutt. Was antwortē aber sye?

Ernh. Die teütschen fisch wolten iren mägen nit bekūmen.

Hutt. Was sagt das volck darzů?

---

[8] macellum] carnarium 2. [32] siteen a.

ERNHOLDVS. Parcere eos pecuniæ, quod cari essent pisces, magis credebat.

HVTTENVS. Bene ad triadem, quamquam neque hoc in ipsis esset reprehendendum magnopere, siquidem impleri volunt, quibus se aut unde
5 quæsitis saginent cibis; neque unquam venit in mentem Christo discrimen ibi ullum facere: præcipit enim apostolis, quæcumque adponantur sibi, §. 80.
adsumere ea, ubicunque sint; et post eum Paulus hoc idem contendit, 'Esca' inquiens 'non commendat nos deo', et iterum 'Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam'. Sed quia §. 81.
10 eorum est hoc præscriptum, deberent utique ipsi præire nobis, ut exemplum essent eius disciplinæ quæ ab ipsis est instituta: absurdum est autem prævaricari eos vel prævaricandi licentiam vendere aliis in hoc quod statuerunt ipsi. sed iam triadem persequemur. Cardinalium vestiendi morem §. 82.
nosti, ut demissa ex humero purpura longum pone sequatur; huc alludens
15 Vadiscus ait tria calamitosa syrmata post se trahere cardinales Romæ, indumenti, quibus pulverem excitantes insequentium oculos tota nonnunquam Roma infestent; familiam quæ ex meris ut plurimum grassatoribus

Ernh. Es glaubt vil mer das sye karckheit halber fleysch essen. Dann die fisch waren tewer.

20 Hutt. Das reümet sich eben. wiewol ich das nit vast bey jnn zů scheltē weyssē, so sye doch ire beüch zů füllen gedencken, ob sye das mit dißem oder mit jhenem thůn. Es ist auch die meynung Christi nie gewest, vnterscheyd in §. 80.
der speyß zů haben. Dañ er heyst seine Apostelnn, was man jnn vor | Vnterscheid in der speysz.
setze, essen, wahin sye kummen. so ist das nach jm auch sant Paulus ernstliche mey-
25 nung gewest, der spricht. Mit der speyß mögen wir got nit thinē. Vnd an einem andern ort spricht er. Esset alles das man am speyßmarckt feyl hat, nichts fragende des gewissens halber. Die weyl aber Bäpste sollich gesätz haben | Der bapst gestifft. §. 81.
gemacht, solten sye vnd die iren, vns ye do selbst vorgehen. vff das sye vns ein beyspil vnnd anweysung wären, der ordenung, die sye gestifftet. So ist es gantz
30 ein vnform, was sye selbst vffgesätzt haben, das selbig übertretten, vnd andern zů übertrettē vmbs gelt erlauben. Aber wir wöllen wider an die Römischē dreyfaltikeit. Du weyst wol vff wz art sich die Cardinál zů kleydē pflegen, wie sye in langē §. 82.
scharlach, das jn dar hinten nach schleüfft, reyten. darüber sich auch eygener thiner halten, die nichtes anders zů schaffen habē, dañ das sye den Cardinálen, weñ
35 sye gehē, die schwántz hinten nach tragē. vñ werdē darumb Cau- | Caudatarii.
datarij, das mögē wir schwántzträger heyssen, genendt. Vff das selbig schimpfet Vadiscus, vñ sprach, die Cardinál schleüffen drey schádliche schwántz | 17. Der Cardinel schwentz.

---

[6] præcip.] Evang. sec. Luc. X. 8. „Et in quamcunque civitatem intraveritis et susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis". [7] Paul.] I. ep. ad Cor. VIII. 8. [8] iterum] ibid. X. 25. [21] sybe a. Füllen a.

sit, ex lenonibus, sicariis et catamitis, ex proditoribus et improbis curtisanis aut aliter flagitiosis ac pessime moratis hominibus, et contaminato per omnia grege.

§. 83. ERNHOLDVS. Quid hæres?

HVTTENVS. Tertium quæro. inveni: suum quenque vectigal: id enim cum sit totum ex fraudatione, rapina et furto, quam longissime verrere quæ attingat secum omnia et trahere, contagione quasi quadam corruptis quæ vicina sunt; nam haud ignoras tu unde vivant illi.

§. 84. ERNHOLDVS. Quod de suo non vivant satis scio, et lugubrem de illis nuper Leonis X. creaturis tragœdiam passim decantari audivimus: triginta totos uno die cardinales dixerat, uno reor ex ovo natos, nam unam omnes matrem salutabant ecclesiam.

HVTTENVS. Et quemlibet horum novis statim adornavit syrmatibus, designatis ultra Alpes regionibus, in quibus liceret imponere ac fraudare sin-
§. 85. gulis, hoc est sacerdotia vendere aut pensiones instituere; qua de re cum

nach jnn. den einē an irē röcken, damit sye offt durch auffweckūg des staubs in
Der Cardinel hofgesind | gätz Rom, der menschē augen beleydigē. den andern ire gesindt vnd dinst volck. dañ das selbig ist gemeynlich von lautern bubē, gassentrettern, russiánerē, heymlichē mördern, buseronen, verrätern, schalckhafftigen Curtisanē, oder aber von leüten die sunst übel gesitt, vnd einen verleümpten beflecktē hauffen.

§. 83. Ernh. Was besinnestu dich?

Hutt. Ich hab des drittē schwantzes vergessen. Aber yetzo kum̄ ich wider
Der Cardinel narung. | daruff. der drit schwantz ist ire narung vnd einkummens. dann dieweyl das selbig anders nichtes ist, dañ betrügerey, rauben, stelen, verschleüffen vnnd außkeren sye manchem biderman sein armůt mit sollichē schwätz, der gleych als ob er gifft bey jm hette, was er anrüret verlippet vñ letziget. Dañ du weyst wol, wo von die Cardinál lebē.

§. 84. Ernh. Was sye nit von dē iren weyß ich wol, hab auch im vergangē iar gar ein jämerlich geschrey gehört über des Bapstes Leonis creaturē. Einen vñ
Des Bapstes Leonis Creaturen. | dreyssig gantzer Cardinál hat er auff einē tag geschaffen, ich glaub auß einem ey gebrütet. dann sye nennetē all ein mütter, die kirchē.

Hutt. Vnd als er die selbigen hatte geschaffen, zieret er so bald yetzlichen mit newen schwäntzen, teylend unter sye die land, diß seyten des gebirgs, darinnen sye liegē, triegē, vñ bescheyssen möchten, das ist geystliche lehen verkauffen,
§. 85. oder new pension vff setzen. Von welchē dingē als Vadiscus ein lange red hett

---

10 Immo, XXXI. *addiderim* unum. 11 uno die] 26. Iun. a. 1517. Inter hos fuerunt Campegius, Hadrianus postea papa factus, Thomas de Vio, Aegidius Viterbiensis. Proxima creatione die 24. Mart. a. 1518. habita Albertus Brandenb. cardinalis renuntiatus est. 19 buseron] Lästerer. Vgl. Diez Etym. Wörterb. v. Bugia. Anders Grimm. WB. h. v. 26 verlippet] verfehrt, vergiftet. cf. p. 169. v. 41.

dissereret Vadiscus, et ab eo quidam percontaretur, ubi interim pontifex raperet, quando hæc aliis concederet, 'Præter urbes, oppida ac amplam circa ditionem sunt gratiæ' respondit, 'earumque expectativæ quæ vocantur; et illa est omnium fraudum nefandissima pectoralis reservatio.'

5 ERNHOLDVS. Pectoralem reservationem ingemisco ipse, quoties commemorari audio; tale esse aiunt crimen. §. 86.

HVTTENVS. Mihi quidem videtur a nullo unquam impostore nequius aliquid inventum, neminem præstigiatorem sceleratius quicquam esse commentum, ita omnes fraudes vincit, omnes dolos superat, omnia excellit 10 dedecora. Sed prius de multis obiter, quæ nationis huius incommodo Roma facit, adnotabo pauca, non quidem ut a Vadisco audita ea sunt, nam is nihil omittebat, sed ut capax mea fuit memoria.

ERNHOLDVS. Dic age, certum est veteri nausea desuetum denuo vexare stomachum, ut hanc breviter devoremus molestiam et obductam re- 15 fricemus cicatricem. de Curtisanis primo scilicet loco dicebat Vadiscus?

HVTTENVS. De ipsis multa, sed prius quid pontifex, deinde alii quid furentur. Sunt pontificis episcoporum pallæ et quicquid ex indulgentiis redit, §. 87.

gethan, vñ jn einer fragt, so d' Bapst den Cardinälen die land also zů berauben vndergäb, wz dañ er dieweyl jm vorbehalte, da er vor sich raubte? Ant- 20 wort Vadiscus. Vber das der Bapst eigene stät vñ land, ein groß | vnd weyt gebit inñhat, so seind noch gratien, vnd der selbigen etzliche die man expectatiuas nennet. es ist auch die vorbehaltung im hertzen, pectoralis reseruatio geneñt, der vnzimlichst, schalckhafftigst lasterlichst trug so ye erdacht, oder vorgewendt ward. Wo von sich der Bapst neret.

25 Ernh. Weñ ich dieselbigen reseruation nennē hör, werde ich zů seüfftzen bewegt. Also ein grosses übel sagt man das sein. §. 86.

Hutt. Vorwar als mich bedunckt, hat kein landbetrieger od' falsirer, einē schandtlichern betrug ye erdacht, kein zauberer ein lästerlicher gespenst ye vorgewendet. Dann sye überwindet alle trügerey, geet vor alle lügen, übertrifft alle 30 boßheit. Aber ehe ich daruon sage, wil ich dir zůuor in der kürtz vile ding, damit Rom dißc nation höchlich beschwert, anzeygen. nit wie das von Vadisco beschehen ist (dann der selbig hat nichtes außgelassen) sunder so vil mein gedächtnüß hat tragen mögen.

Ernh. Lieber, sag her. dañ ich hab mir vorgesätzt, meinen magen, der sol- 35 liches grawens schon entwonet was, widerūb vff ein newes zů beläſtigen, damit wir kürtzlich dißc vnlüstige speyß vorschlicken, vnd den ruf, damit die alte wund überzogen was, widerumb abklawben. Sagt nit Vadiscus in sollichē, zům ersten von den Curtisanen?

Hutt. Von den Curtisanen sagt er wol vil. Aber erstlich was sein red, §. 87.
40 was der Bapst, vnd was andere raubtē. Dem Bapst gehörē zů die | Des Bapstes raub.

quæque pro dispensationibus dantur, et quæ belli Turcici nomine colligunt in Germania legati a latere, et quæ solvunt quamcunque bullam ementes.

ERNHOLDVS. Mitte hæc discernere, quid enim refert ex nostris spoliis quid cui obveniat, modo omnes doleamus communem miseriam, et adversus publicam iniuriam, si non possimus ulciscendo satisfactionem extorquere, 5
§. 88. saltem exclamando doloris acerbitatem contestantes reluctemur. Et de Curtisanis dic prius quæ a narratore huius tragœdiæ audita habes, ac de statu Romano quem cognovimus ipsi et detestati sumus sæpe, etiam magno cum periculo. Sed quæ horum primo loco, quæ posteriori dices? et in tanta copia qui servandus ordo? 10

HVTTENVS. Ah ordo, quasi vero in tali perversitate ordo insit, nisi quod me primum movet, dicere eos, quæ patimur nulla nostra cum iniuria fieri, concordata principum appellantes. quæ bulla, si ut scripta est, ita ab eis observaretur etiam, tamen nullum putandum esset aut gravius aut pudendum magis imponi iugum nobis posse; nunc cum extra etiam ini- 15

Bischoffs mäntel was er darauß erkauffen mag. auch ist sein eygē was von aplaß gefelt. vñ was man vor die dispensation geyn Rom gibt. Item was seine Legaten von der seyten, im namen des Türckischen kriegs, in teütschem land eynsamlen. Vnnd was er mag auß allerley Bullen lösen.

Ernh. Du darffst hye nit die vnderscheid anzeygen. Dañ was ist von nöten zů wissen wz ein yeder vns abnäme, oder wie sye vnser gůt vnter sich teylen. Allein söllen wir vnsern schaden bedencken, vnd die gemeyne erbarmnüß mit jnbrünstigem schmertzen behertzigen, auch gegen dem vnrecht vnd gewalt, so vns von den Romanischenn geschicht, ob wir nit mit rache abkörung erlangen mögen, sye doch mit klagen vnd entgegen rüffen, die bitterkeit vnsers schmertzens 20 25
§. 88. bezeügend, widerstreben. Vñ sag erst von den Curtisanen, was dir Vadiscus ein prediger dißer Tragedien gesagt, auch von dē Römischen wesen vnd stand, als wir auch selbs zům teyl gesehen haben, vnd offt (nit on grosse farhe) vns dargegen hören lassen. Was wiltu aber von ersten, vnd was hinten nach vorzelen? Vnnd dieweyl des dings vil ist, was ordenung wiltu halten? 30

Hutt. Ah ordenung. Als ob in sollicher vorkerung ein ordenung gehaltē werden möge. An das mich eines am meysten bewegt vor allen, darumb ich von dem selbigen erstlich sagē werde. Vñ ist, das sye sprechen, vns geschehe

Ein Bull Concordata principū genant.

nit vnrecht von jm. zeygen an ein Bullen Cōcordata principū genandt. welche, ob schon nach allem irem inhalt vorstanden vnd gehalten, vnd ir 35 auch an keinem ort entgegen gethan würde, noch dannocht möcht man sprechen, vnns kündt kein schwerer joch, oder schandtlicher bezwangk auffgelegt werden. Nun aber wir sehen, sye noch weyter greyffen, vnd außwendig der selbigē, mer dañ überflüssigen vnbilligkeit, vns beschweren, wie mögen wir den sagen, sye in irer

24 principiū a. Cf. sq. adnotationem. 37 schweret a.

quitatis illius limites progredi eos videamus, quem dicemus modum inesse sceleri huic? ubi constaturam hanc arbitrandum est licentiam?

ERNHOLDVS. Profecto indigni fuerunt nomine Germano, nedum prin- §. 89.
cipe hic honore, qui primi cum Romanis pontificibus discordem hanc inie-
5 runt concordiam; nos ter stulti qui maiores nostri quod erraverunt corrigere cum possimus, incommodo nostro summo vivi volentes videntesque ita luimus, ut iniuriam adhuc augeri cotidie patiamur. Sed arte huc eos quadam, non vi aut violentia ingressos primum existimare licet.

HVTTENVS. Ut dicis, nam prima fallendi via simulata pietas fuisse vi- §. 90.
10 detur: prætendebant ecclesiæ unitatem conservari oportere, atque igitur ad Romanum hunc suum episcopum summam rerum devolverunt, et episcoporum ac principum apud nos ecclesiarum, siquidem Romæ mortuis episcopis vacare ea contigerit, locationem ad eum pertraxerunt, sin vero hic, confirmationem; gratis primum, post illic pensionum, palliorum hic pre-
15 tium captantes; et utrunque paulatim obtinuerunt, primum vili adeo im-

boßheit einige maß halten, oder yemer dencken, das sye ye vff einem zil, wie weyt jn das auch gelegt würde, bleyben werdē?

Ernh. Vorwar sag ich, sye sein nit teütsches namens, ich geschweyg fürst- §. 89
licher eeren werd gewesen, die anfänglich die selbigen zwiträchtigē eintracht, mit
20 den Römischen Bischoffen gemacht habē. Aber wir seyn dreyfaltige narrē, die, ob vnser vorfarn etzwas geirret haben, das wir keren mögen, vnns da- | Irtumb der alten.
hin schwätzen lassen, das wir bey lebendigem leyben, mit gesunten augen, vñ freyem willē, zů vnserm gröſten schaden, desselbigen entgeltung tragen. vnd das nit allein, sonder auch lassen wir vns nach täglich mer vnd weyter mit beschwä-
25 rungen überladen. Ich achte aber, das sye erstlich nit mit ge- | Wie wir zu sollichs beschwerungen kümen.
walt oder vngestümmiglich, sonder mit einer listigkeit, vnd kunst, zů sollichen sachen kümen sein.

Hutt. Wie du sagst. dañ mich auch bedunckt, der erst weg zů betriegen §. 90.
sey gewest, angenōmene gottes lieb, vnd fälschlich vorgewendte andacht. Dañ sye
30 haben vorgeben, es sey von nöten die kirchen in einigkeit zů behalten, vnd vff das selbig die oberkeit zů dißem irem Römischen Bischoff geschoben. dem haben sye erstlich macht gegebē, alle bistümb vñ fürstliche lehen der kirchen hye aussen, ob die vorweser zů Rom stürben, zů vorleyhen haben. ob die aber bey iren kirchen abgingen, zů Confirmiren. vñ erstlich on gelt. darnach dort nach pension,
35 hye aussen nach des mantels bezalung denckend. welche sye dañ mit | Die Bischofs mantel kauffē.
d' zeyt beyde erlangt, vñ an sich bracht haben. mit dißem bedacht das sye erstlich so ein geringes gelt darauff gesätzt haben, das es vorächtlich hat sein mögen,

---

[3] §. 89.] Fridericus III. imp. et ab eo a. 1448. inita concordata Ascaphaburgensia h. l. accusantur. [11.12] episcopiorū *1.* sed *corr. 2.* §§. 89. sqq.] Similia hodieque recte scribi possunt et scribuntur. [21] nach = noch

posita pecunia, ut contemni ea mereretur, exinde magis ac magis aucta, in tantum, ut multipliciter increverint iam omnia.

§.91. ERNHOLDVS. Quo scelere duplici quam olim pretio venit pallium Moguntinum.

HVTTENVS. At hanc illi pœnam interpretantur; nam superioribus annis cum strenuus quidam et dignus hoc honore episcopus a Romano quidem pontifice confirmari sustineret, pallium vero emere nollet, in eoque perstaret, ipsum quidem anathemate confixit pontifex temporis eius, successores vero, quod in contumaciam hanc (sic enim vocant fas omne nostrum) semel consensisset ecclesia Moguntina, dupli in perpetuum damnaverunt, cum prius
§.92. X millia statuissent enim, XX nunc millia exigunt; quo de adeo nihil remittunt, ut muneribus adhuc oporteat inescare omnes qui in negotio eo respondent aliquid, et duo verba qui scribunt, quique plumbum imprimunt, et palliolum hoc qui consuunt, et magnas gravissimo sumptu mittere Romam legationes opus est. Quod si in centum aut ducentis semel annis fieret, tolerandum tamen non videretur propter detestandam in Christiana religione novitatem; nunc repertus est Moguntinus senex qui me-

das selbig darnach ye mer vnd mer ersteygt, also das zů letst alle ding zů vilfältiglich auffgewachsen sein.

§.91. Ernh. Mit sollicher schalckheit haben sye es dahin bracht, das deß Meyntzischē Bischoffs mantel yetzo noch so vil, als vorzeyten gilt.

Hutt. Das heyssen sye ein straff. dañ in vorgangē iaren als ein redlicher
Von eins redlichen Bischoff zu meyntz. | Bischoff, vnd der eeren wol wirdig, gewelet ward, vnd leydē mocht, dz jn ein Römischer Bischoff confirmiret, wolt jm aber keynen mantel abkauffen, bleyb auch bestendigklich vff der selbigen meynūg, hat jn der Bapst seiner zeyt mit dem bañ geschossen. aber alle seine nachkummen, vmb das der stifft Meyntz in sollichē vngehorsam (also nennē sye vnsere billigkeit) eins mals verwilliget hätte, zů einer ewigen straff auffgelegt, hin für alwegen das Palliū, oder Bi-
Dß meintzischs mantel muss man duppel bezalē. | schoffs mantel duppel zů bezalen. Dañ wie man von ersten hat
§.92. .x. tausent gulden geben, forderen sye yetzo .xx. tausent. daruon sye jn also gar nichtes abbrechen lassen, das noch auch von nöten ist, alle die jhenen zů Rom, die sich in der sachen brauchen lassen, als die vorhär thůn, antwort geben, zwey wort schreybē, die bullen vnd das bley zů richten, auch die das selbig hüpsch mäntelin nehen, mit grossen geschencken vnnd gabē behäglich zů machen, darzů ein grosse herliche Legation, mit schwärem vnnd vnträglichem kosten geyn Rom zů schicken. Ob nůn das selbig, in hundert oder zweyhundert iaren eynest geschäch, sölt es doch vmb der ketzerischen verflüchten newerung willen, im Chri-
☞ | sten glauben nit gelitten werdenn. So hatt man nechst im bistůmb Meyntz

---

[6] episcopus] Theodericus comes Isenburgensis, puto, quem Pius II. P. M. confirmare detrectavit.

minit octavum ab hoc Alberto videre se Moguntiæ episcopum: tot pallia emi una in ecclesia unius hominis ætate contigit: quo factum, ut ære alieno gravissime pressa ea et exhausto contributionibus populo vix redeat quo ali episcopus ibi possit.

ERNHOLDVS. Quod si contingat hodie sedem hanc vacare, putasne in §. 93.
tanta rerum penuria pallium adhuc empturos Romæ Moguntinos?

HVTTENVS. Dii Albertum quidem servent; siquid huic tamen accidat, ement scio, ement, pro Christe, ement.

ERNHOLDVS. At pecunia non erit, neque populus ultra tribuet.

HVTTENVS. Dispoliabunt se homines ipsi ac eviscerabunt, ut sit quod Romam mittant, tantum superstitio valet, aut si in hoc non omnes consensuri videbuntur, invenietur qui ut sit episcopus, de suo emet.

ERNHOLDVS. Neque locum tunc habebit electio?

funden einen alten, dem gedenckt, mit dem yetzigen herrē Albrechtē acht Bischoff zů Meyntz. Also vil māntel sein in einem Bistůmb, in eines | Wie der stifft meintz verdorbē.
menschen gedächtnüß gekaufft worden. Vnnd ist derhalben das Fürstenthůmb also zů merckhlichenn grossen schulden kummē, der gemeyn man so offt geschätzt worden, das yetzo ein Bischoff kaum so vil jnkůmens hatt, das er seinē stand daruon erhalten mag.

Ernh. Ob es nůn geschäch, das yetzo das selbig Bistumb widerumb lär §. 93
würde, meynstu auch, die weyl der stifft sollicher masse vorderbt ist, das man widerumb einē mantel zů Rom kauffen würde?

Hutt. Got behüt den frummen Fürsten. wo sich aber ein fal begäbe, weyss ich fürwar, mā würde wider einen mantel kaüffenn. Ach got man würde jn kauffen.

Ernh. Es wär aber nit gelt do, vnnd das voick würde nit mer steweren wöllen.

Hutt. Lieber, der missglaub ist so groß, das sich die leüt selbes schetzen würden. Wo sye den schon nit eintrechtiglich in ein | Wie die mantel gekauft werden missen.
schatzůg vorwilligen wölten, würd man bald einen finden, der off das jm das Bistůmb zůgestalt, den mantel von seynem eygen vñ Erb keüffen würde.

Ernh. So würt die wal nit stat haben?

---

[1] octavum] En nomina: 1) Albertus II. Brandenburgensis, † a. 1545. 2) Uriel de Gemmingen, † a. 1514. 3) Iacobus de Liebenstein, † a. 1508. 4) Bertholdus comes Hennebergensis, † a. 1504. 5) Albertus I. Saxoniæ dux, † 1504. 6) et 7) Theodoricus comes Isenburgensis, † 1482. et Adolphus comes Nassoviensis, † 1475. 8) Theodoricus comes Erbachensis, † a. 1459. Itaque septuagenarius homo cum Vadiscus scriberetur, facile meminisse poterat octavum se videre Monguntinum episcopum. [12] qui de suo em.] quod ipsum Albertus fecerat pecunia a Fuggeris mutuo accepta.

HVTTENVS. Locum non, quippe indignum hoc honore iudicabit ponti-
§.94. fex enummem illum et egentem, hunc divitem probabit. quanquam prudenter video gerere se hoc in negotio canonicos hodie per Germaniam, prævenientes ne male audiat pastor Romanus.

ERNHOLDVS. Quo id consilio? 5

HVTTENVS. Nempe si ecclesia pecuniam non habeat, et gravate tribuat populus, ut locupletem aliquem eligant, qui ferre sumptum possit, etiam si idoneus alioqui non sit.

ERNHOLDVS. Igitur recte exprobratam nobis despectissimam servitutem quod serviamus ultro, neque iniuria dici meretur quam quis non invito facit. 10

§.95. HVTTENVS. Ut ais, verum illi quoddam ibi adhuc bene meritum suum interpretantur, iactantque diligentiam curando animarum negotio suam, et ne indignus habeatur honor, hoc se facere dicunt, quam beneficentiam vocant; ita quos iniuriis onerant, eos adhuc beneficiis reddere honoratos videri volunt. 15

§.96. ERNHOLDVS. Quod si rebellet populus, et ordo equitum eligi velit frugi episcopum et qui pecuniam non tantum non habeat, sed ne cupiat quidem,

Hutt. Nit. dañ der Bapst würt den armen vñ bedörfftigen erwelten, als Bischofflicher Eeren vnwirdig, nit confirmiren oder bestätigen wöllen, aber dißen
§.94. Nota. von den thumherren. | wolhabenden zůlassen. wiewol ich sehe, das sich vnsere thůmbheren in 20
sollichē vast weyßlich halten, die vorkůmen das der Bapst nit gescholten werde.

Ernh. Mit. was rat?

Hutt. Wen sye sehen, das der stifft nit gelt hatt, vnd die gemeyn sich der stewer halbē beschwert macht, finden sye den weg, das sye ettwan einem reychen, der die sach zů vorlegē hab, ob er schon nit vast geschickt ist, welen. 25

Ernh. Derhalben würt vns billich vorgesagt, das wir vns můtwilligklichen in solliche schandliche dinstbarkeit vñ bezwangk ergeben, vñ vns vnsere freyheit nēmen lassen. Es mag auch nit gewalt oder vnrecht genennet werden, das einer von freyem willen thůt.

§.95. Hutt. Wie du sagst. Aber mer, vorweyssen vnns die Romanisten noch 30
Der Ro. gut thut gegen uns teutschen. | ire güthät, sagen von dē fleyß, den sye vnsere seel zů versorgen tragen müssen, vnnd wie sye ein einsehens haben, das kein vnwirdiger zů Bischoff gewelet werde. dißen vordinst, als ob er von jnē beschäh, werffen sye vns vor, vñ wöllen mit d' weyß, die sye mit beschwerung überladen, noch mit wolthat begabt haben, gesehen werden. 35

§.96. Ernh. Ob man dañ dißen rad fünde, dz sich das volck im stifft den thůmherrē entgegen sätzte, vnd der adel wölt einen frommen wolgeschickten Bischoff haben, der nit allein nit gelt hette, sonder des auch nit begerte, saget auch den thůmherren das sye gedächten nit einen pfennig geyn Rom vor den mantel zů-

---

[10] *Ulpian. L.* 1. §.5. *Dig. de iniuriis:* „quia nulla iniuria est quæ in volentem fiat".

vetetque canonicos pro pallio vel stipem mittere Romam, undecunque ea fiat collectio, non per alias Germaniæ ecclesias hoc se dabit exemplum?

HVTTENVS. Nihil proficietur, erunt enim ex principibus qui empto pallio designabuntur ipsi a pontifice episcopi, atque hi prætento iure hoc vi
5 cogent et populum hunc et equites, regnabuntque invitis omnibus. Quale §.97.
illud fuit patrum adhuc nostrorum memoria bellum Moguntinum, quo dissidentibus episcopis, altero a canonicis electo, alterum probante Romano antistite, capta urbs est, et in direptionem militibus concessa, misereque adflicta ecclesia.

10 ERNHOLDVS. Sentio qua via facillime obtineant pontifices, ut et quos ipsi velint in Germania episcopi sint, nec lucri ad eos minus quam suæ avaritiæ satis videtur redeat.

HVTTENVS. At satis nullum est, ita omne posterius pallium priori ca- §.98.
rius est, augenturque magis ac magis semper quæ extorquent hic Romani.

15 ERNHOLDVS. Quare unum arbitror futurum malo huic remedium, populi Germani consensum, quando uno quodam stremuo ac se digno proposito edicto excutiet iugum hoc, et onus non grave tantum ut ægre fe-

schickē, sye nämen od' samleten das gleych wo sye wöltē, würd nit sollichs andern Stifften beyspil geben, vnd also die beschwerd abgelegt?

20 Hutt. Es würd keinē nutz bringē. dañ man würd Fürsten finden, die den mantel bezaleten, vnnd sich den Bapst liessen bischoff machen. Die würden dann das selbig recht fürwenden, das gemeyn volck vnd den adel zwingen, vnd also wider aller willen mit gewalt herschen. Wie dañ noch bey vnserer alten gezey- §.97.
ten zů Meyntz sich auß sollicher vrsach ein vast schädlicher krieg erhaben hatt, als
25 in zwitracht zweyer bischöff, der einen die thůmherren gewölt, | Wie Meintz gewonnen und vorderbt ist.
den andern der bapst bestätiget, die arme stat mit gewalt überzogē, gewonnen, vnd geplündert ward, der stifft in grossen verdörblichen vnrat kame.

Ernh. Ich merck wol durch welchen weg die bäpst es dabey behalten, das wen sye wöllen, bischoff sey in Teütschen landen, vnd jne von den selbigen nit
30 weniger dañ ire geytzigkeytt erfordert, gewinstes kōm.

Hutt. Kein gewinst ist jnn aber gnůg. vnnd auß der vrsach ist alweg der §.98.
letzter mantel tewerer dañ der vörig, vnnd steygt von tag zů tag ye mer vnnd mer auff, was die Romanisten hye pflegen einzůfordern.

Ernh. Hyerumb kan ich dencken, ein artzney sein, damit man | Wie diss sachen zu helffen.
35 dißem schaden helfen möge, wo alle teütschen einträchtiglich mit strengem vorsatz, vnd der teütschen art gebürlicher bestendikeit, dz Römisch joch abwürffen,

---

[6] bellum Moguntinum] inter Theodoricum et Adolphum electores gestum. pugna Seckenhemensi ille quidem a. 1462. victor, sed eodem anno fugatus post Adolphi demum mortem (a. 1475.) denuo electus est. [30] geytzigkeyit a. [34] Ernh.] *In* a *iterum est* H.

ratur, sed turpe etiam, ut citra infamiam ferri non possit, abiiciet seque in libertatem adseret. Sed hoc vereor ut permittat superstitio, quæ altissime in nostrorum animis radices fixit.

§. 99. HVTTENVS. Permittet; immo una cum iugo hoc abiicietur etiam superstitio, intelligentque Germani longissime diversa inter se esse veri dei cultum et pontificiæ tyrannidis idololatriam, videntes quæ in Romanos istos profunduntur non religionibus accommodari, sed detestabilem pessimorum hominem luxum alere; tantum aberit ut bene locatam hanc suam liberalitatem diutius homines existiment: sentiunt enim ex hac largitione nihil ad divinum cultum, nihil publico bono, omnia ad execrabilium scelerum fomenta magno cum ludibrio nostro pariter et incommodo ac publica religionis huius apud ethnicos infamia cedere: peius autem Christiani nusquam audimus quam Romanensium istorum obiecta nobis vita, qui cum sint rerum capita, et his perdite laborent morbis, ut valere corpus reliquum est putandum?

§. 100. ERNHOLDVS. Pessime ipsum; igitur vivet corpus, si morbosum hoc detruncemus caput?

HVTTENVS. Non vivet sine capite corpus, neque auferre caput necesse

sich der bürden, die nit allein schwer zů tragen, sonder auch schandtlich zů gedulden, entlůden, vnd widerumb ire alten freyheit annámē. Ich förchte aber, das sollichs der aberglaub nit zůlassen werd. dann der selbig gar tieff in das hertzen der teütschenn gewurtzelett hat.

5.2. schen fabelen noch, für der Sonnen fůrman dar gegeben. Von dißem sagen die poeten, das er ettwo in seiner iugent, als ein vnerfarner fürwitziger iüngling, seinen vatter gebetten hat, jn lassen den Sonnen wagen einen tag auß regieren. Der jm das erlaubt. Dieweyl er aber den wagen vñ die pferd nit zů regierē 25 wißzte, irret er am himel, für zů nider, vnd zündet das gantz erdtreich an. Darüb jn Jupiter, als er das ersah, mit dem tonder niderschlůg, vnd in Pad (ist ein wasser in Italien) warff. Da ward er, als etzliche gedicht haben, zů einem schwanen. als aber Lucianus sagt, ist er in der Sonnen reich, von seinem vatter zů einem regierer vnd gubernator gesetzt, vnd nun mer ein vnsterb- 30

---

[23] poeten] Cf. impr. Ovid. Met. I. l. f. II. init. [29] schwan] Ovid. Met. II. 377. „Fit nova Cycnus avis", sed non ipse Phaethon, sed hunc deflens propinquus. cf. Vergil. Aen. X. 189. sqq. c. interpp. Hygin. fab. 154. Lucian] Ver. hist. I. 12. Cf. deor. dial. 25.

licher gott worden. Dißes hat alles seinen sonderen verstandt. Aber hye würt Phaeton, der Sonnen fürman geneñt.

¶ Ein sůn der erden würt im sprichwort genennt, einer der von | so gar dunckelem vñ vnbekantē vrsprung ist, dz er auch seine vatter vñ můter kaum od' gar nit kennet. Der erden sun. §. 3.

¶ Centhauri seind gewesen ein volck in Arychē landt, so gar rauch, | harte vñ vnfreüntlich, dz man, die weyl sye on das güte reüter gewesen, von jn geschriben, hatt sye auch also gemalet, als seyen sye halb pferd, vñ halb leüt. Vnd noch wenn ein reüter grob, sychisch vñ vngütig ist, so nennet man jn ein Cēthaurum, vñ sein leben Centhaurisch. als dañ yetzo vil seindt. Cēthauri. §. 4.

¶ Ettwan seindt vff einer hochtzeit vnd würtschafft in Arychen land die Centhauri, vnd ein ander volck Lapithe genennt, als sye truncken wurden, zůsamen kōmen, vnd habē sich jämerlich vnder einander mit grosser blůt vergiessung geschlagen. Dohär ist ein sprichwort kommen, dz man ein hochtzeit oder würtschafft, daruff leüt vneyns, vnd zů auffrůr kōmen, der Centhauren würtschafft oder tzech nēnet. Als in Teütsch land vnder den vollen bauren offt geschicht, dz sye ire kyrb zů einer Centhaurischen würtschafft machen. §. 5. Lapithae.

¶ Leontini seind ein volck in Sicilien, die so gar sich vff prassen | vñ würtschafft pflegen gelegt, dz man ein sprichwort von jn gemacht. Allweg stecketen Leontini hinder den fleschen. Leontini. §. 6.

¶ Ein purgatz von nießwurtz pflegen etwan zů nemen die sich | vnuernünfftig oder vnsinnig zů werden besorgten. dañ die artzney scherpfft die sinn des menschen. Ein purgatz von nyesswurtz. §. 7.

¶ Von der Sonnē, die von oben här allen dingen krafft gibt, kompt güter vnnd böser lufft, darnach sye den jngibt. Darüb tichten die poeten, wann pestilentz regier, so schyessz der Sonnē gott Apollo, mit pfeylen herab zů vns, als ertzürnet über das menschlich geschlecht. Darauff würt gezogē, was hyeriñ von der pestilentz geredt. §. 8.

---

[3] sůn der erden] Cf. de trito proverbio e. gr. Pers. sat. VI. 59. c. interpp. [10] Centhaurisch] Κενταυρικῶς. cf. e. gr. Schol. ad Aristoph. Ran. 38. [11] hochtzeit] Pirothoi Hippodamiæque. cf. Ovid. Met. X. 210. sqq. Hygin. fab. 33. [16] tzech] Hor. Od. I. 18, 7. sqq. „Ac ne quis modici transiliat munera Liberi, Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero Debellata . ." [17] kyrb] Kirchweihe. [20 sq.] Ἀεὶ Λεοντῖνοι περὶ τοὺς κρατῆρας. Diogenian. II. 50. Macar. I. 33. Apostol. I. 43. [22] De helleboro cf. Plin. H. N. V. 5, 21. Gell. N. A. XVII. 15. Cf. Plaut. Pseudul. IV. 7, 99. „Helleborum hisce hominibus opus est". [25] Cf. Homer. Iliad. init.

HVLDERICHI HVTTENI EQ.
DIALOGVS QVI INSCRIBITVR
INSPICIENTES.

Interlocutores SOL, PHAETHON et CAIETANVS LEGATVS.

§. 1. SOL. Quia medio emenso iam cælo remittere cursum nos convenit, Phaethon, age aliquid, dum se recipiunt equi, interim conferamus.

PHAETHON. Si videtur, pater, atque adeo has ut dimoveamus nubes totius septentrionis negotia inspecturi; iam diu est enim quod res mortalium haud perinde ac soliti habemus, magnam continuo molem nubium obducentes nobis, quo minus videamus cursitantes illos, navigantes alios, quosdam inter se belligerantes et ob rem nihili magnos repente exercitus educentes, pro inani nomine et quibusdam ambitiose præreptis titulis invicem commorituros.

§. 2. SOL. Verum dicis, nam me harum pigebat rerum, quod viderem ne

Dialogus oder gespräch büchlin
herrn Vlrichs von Hutten
die Anschawenden
genant.

Vnterredner. Sol, die Sonn. Phaeton sein sün. Caietanq, des bapsts legat.

§. 1. Sol. Seit wir mitten an himel kömen vnd nun gemächer faren mögen, Phaeton, so wöllē wir, dieweyl sich die pferd wider erholen, etzwas mit einander schwetzen.

Phaeton. Ob es dir gefelt vater, vnd auch, dz wir disse wolcken hinweg thůn, vñ die geschäfft der menschen, so gegen mittnacht wonen, anschawen. Dann yetzo lang hár haben wir die händel sterblicher menschē gar nichts, wie doch vnser gewonheit was, geacht, vñ stätigs ein menige der wolcken fürgezogen, dz wir sye desto minder sehen hin vnd wider lauffen, etzliche schiffend, ein teil sich auch mit kryegen vermischen, vnd offt vmb eins nichtigen dings willen, als do einer dem anderen einen vnnützen titel fürwitzigklich entzogen, bald grosse hör außfüren, vnnd sich also vnder einander ertödten.

Törliche geschäfft der menschen.

§. 2. Sol. Du sagst war. dañ ich hatte die ding fürter mer zů schawen verdrysz, vmb dz ich sehe, sye auch der ding darinnen sye irren, nit geschicklich pflegen.

id quidem, in quo errant isti, recte agere eos: ut imperite enim rem militarem nunc tractant Itali, quorum vix unum aut alterum videas militariter probe succinctum, apposite clypeum præferentem, æqualiter hastam delibrantem, scite ordines nosse, recte signa sequi, denique aliquid eorum quæ habet illa disciplina gnaviter callere, ut neges in Italia esse Italos et relictum ab illa stirpe ullum in hoc tempus semen, nisi quod consilio pollent Veneti, et Columnensis ille nuper strenue operam navavit apud Veronam, dum ea quæ a Germanis didicerat, recte observat.

PHAETHON. At illos, pater, minus probabam Germanos, qui mihi videntur nisi ebrii pugnare non posse. Deinde video quendam inanem gentis impetum, acriter primo ferventem, post, ubi paulatim refrixit ardor, in vanum desinere. quos quidem mirabiliter circumvenit nuper Livianus ille, dum compotantes eos ac decem et viginti mutuo Italos sibi propinantes (tanta spe Venetorum cædem animis præceperant) in deditionem coegit adnodum turpem, plus quattuor millia. §. 3.

Vnder denẽ die Italianer, in kryegs sachen doch gantz vnerfaren, also | Italianer.
das man kaum einen oder zwen, sich recht wäppenen können, findt, die harnesch recht füren, die spieß reüterisch schwingen, ordenung wissen, sich vnder dem fänlin halten, oder zů etzwas das die kryegs ordenung innheldt, vnsträfflich geschickt sein. dz einer (in bedacht der alten Römer) wol sprechen möcht, es were kein Italianer in Italien vnd von dem somen wälsches stãmes, bitz vff diße zeyt, nichts überbliben sein. on, das man noch bey den Venedigern ratschlä- | Venediger.
gig leüt findt, vnd der eyn Columneser, sich nechst redlich bey Ve- | Marcus Antonius de colũna.
ron gehalten, do er, was jn die Teütschẽ gelert, vast schicherlich gebrauchet hat.

Phaeton. Aber ich hab noch weniger von den Teütschen gehalten. Dañ §. 3.
mich bedunckt, sye künnen nichtes dann weñ sye trincken vnd voll seint, | Teutschen.
außrichtẽ. So syh ich ein teyl vngestůmigkeit bey jnẽ, die sye im anhab der sachen mit grosser hitz brauchen, aber darnoch so baldt die hitz erkaltet, werden sye vnnütz. Vñ darumb hinderkam sye der Venedisch haubtmã Bartholomeus del Viano, gar wonderlicher weiß, do er sye tzechend, vnd ein ander zehen od' zwentzig Walhen zůtrincken fand (dañ sye meynten die Venediger weren schon geschlagen) vñ also bey vier tausent mañ, dz sye sich schandtlich ergeben můstẽ, bezwang. | Bartholomeus del Viano.

---

[7] Marcus Antonius Columna olim militibus Iulii II. P. M. præfectus, postea ad Cæsaris partes transiit, quibus a. 1516. apud Veronam strenue inserviit. Cf. Hessi resp. ad Epist. Italiæ v. 243. [12] circumuenit *1. 2.* Liuianus] „Livianum hunc Alvianum quidam vocant" Ger. de Roo Annales, Oenip. 1592. fol. p. 438. De Bartholomæi Alviani, Veneti exercitus præfecti, Germanis in valle Cadorensi a. 1508. facta strage cf. etiam Guicciardin. lib. VII. versus fin. In hunc Barth. de Viano sunt nonnulla inter epigrammata Hutteniana. [13] quatuor 2.

§. 4. SOL. Verum in hoc perperam egit ille, quod contra datam fidem inermes iugulavit pecudum in morem; ponebant enim arma hoc pacti, salvos se ut dimitteret, ac adversum ingruentes circumquaque agricolas tueretur, in fines suos dum abirent; at ille hoc pacto exarmatos occidi passus est ad unum omnes.

§. 5. PHAETHON. Quod ille viderit; ipsos autem in re periculosa ludere quid oportuit, et intra hostium fines priusquam ad exercitum pervenissent, compotando oblectare se, nec insidias circumspicere? Præterea maximo omnia cum impetu aggrediuntur raro perficientes aliquid.

§. 6. SOL. Est hoc eius gentis nonnullum, ut ais, vitium; disciplinam tamen militarem tenent ut nulla hodie natio, ac armis invicti sunt, haud perinde ad imperandum idonei, ut qui satis habent irruere, agere, devastare, prosternere, diripere, conculcare, exurere; post largissime invitant se haud solliciti de conservandis quæ rapuerunt, oppidis et urbibus. et parare quidem imperia volunt ac possunt, retinere et tueri non curant, ita vincere sciunt, victoria frui nesciunt.

§. 7. PHAETHON. Ipsum id videre licuit superioribus annis apud Patavium, Vicentiam et Tarvisium, quas præsidio nudas cum tenere facillime possent, nullo negocio recuperandas Venetis deseruerunt.

§. 4. Sol. Nach thett er an dem nit recht dz er sye hinden nach, wider zůgesagten glauben, blossz vnd on wór, wie das syeh zů tod schlůg. Dañ er hat jnẽ gelobt, wo sye ire wór ablegten, wölt er sye sicher von jm lassen, auch vor dem landt volck, das von allen órtern zů drang, bitz in die keyserischen landtschafft geleyten. Do sye sich aber also entblóssz hetten, schlůg er sye zů todt.

§. 5. Phaeton. Das lassz ich jn verantworten. Warumb triben sye aber schimpff in einer ernstlichen sach, vnd belustigeten sich mit zůtrincken in der feynd land, ehe sye zům hauffen kamen, hetten irer sachen nit acht? Vber das, syh ich sye vil mit einer grossen vngestůmigkeit anfahen, vnnd nichts volbringen.

Leychtfertigkeit der Teütschẽ.

☞

§. 6. Sol. Solichs ist wol, wie du sagest, ein gebrech an jn. aber nichts desto weniger seind sye in kryegs läuffen weyter dañ vff disen tag kein nation erfaren, vñ mit woffen vnüberwindtlich. Wiewol sye zů regieren vngeschickt. Dañ sye genůget dorran, wann sye andere überfallen, jagen, verwüsten, vmbstossen, berauben, vnd außbrennen. Darnoch habent sye ein frölichen můt, dencken nit weyter, státt vnd flecken die sye also gewinnen, zůbehalten. Vnd ist ir will, frembde gebyet bezwingen, seind das auch zůthůn vermůglich, aber zůbehalten vnd verfechten, haben sye kein weytere sorg. Also könnẽ sye überwindẽ, wissen sich aber der überwindtnuß nit zů brauchẽ.

Teütschen streytbar.

Wie teütschen kryegen.

§. 7. Phaeton. Das hat man in kurtz verschinẽ jaren an Padua, Vincentz vñ Teruiß wol gesehẽ. welche státt sye wol behalten mochten, vñ lyessent sye doch on besetzung steen. derhalben die von den Venedigeren on arbeit wid' erobert.

SOL. Veronam autem quo consilio tenuerunt?

PHAETHON. Immo, quia consilium non erat, amiserunt. sed de Hi- §. 8.
spanis quid videtur? quales ii bellatores sunt?

SOL. Fures, nate, inprimis diligentes, strenui tamen, ut aliqui; sunt
5 enim exerciti et disciplinam tenent, præterea acres et fidentes. Sed in- §. 9.
spiciamus Germaniam, quia nunc tumultus est ibi, ut unquam prius, vehemens; dimove nubes, Rhenum video, magnum potestatis meæ argumentum, perquam maximum fluvium totus septentrio ponte coniungere nequit, ego paucis aliquot horis pene exussi, te imperitius tunc regente currus,
10 ut adureretur mundus.

PHAETHON. Heu, pater, mearum infelicitatum quid iuvat meminisse te? §. 10.

SOL. Hoc quod ab iis deus es factus, qui nisi errasses ibi ac in Eridanum abiectus præceps renatus esses, haud iam Solis currum perite gubernare scires.

15 PHAETHON. Ita est; verum motus in Germania qui? armati illi, inermes §. 11.
alii, hi accelerantes, quidam haud ita festinanter, unum omnes ad locum conveniunt, ubi alios sedere video secure crapulantes, quosdam graviter consultantes, nonnullos per vices aut promiscue etiam agere hæc.

Sol. Wie weißlich hyeltē sye dañ Veron?

20 Phaeton. Ja wie vnweißlich verlozen sye das? Was haltestu aber von den §. 8.
Hispaniern? was seindt das für kryeger? | Hispanier.

Sol. Sůn, voz allen seindt es fleissige dieb, aber im feld redlich, wie yemant ander. Dañ sye seind geůbt, des kryegs erfaren, vñ über das hertzhafftig vñ trotzig. Yetzo aber wöllen wir Teütsch land beschawen. dañ daselbst ist ein §. 9.
25 grosse vffrůr wie vormals ye gewest. Treib die wolckē hinweg. Ich syh schon den Rein, ein grosse antzeygung meiner macht. Alle nation gegen | Der Rein.
mittnacht möchtē den ser grossen fluß nie mit einer brucken breydelen, | Die fabel Phaetōtis.
ich hab den in wenig stundē nahet gar vß gebrēnt, ettwā do du noch vnerfarē, disen wagen zů regierē vnd'fangē, die gantze welt hast angezündt.

30 Phaeton. Ach vatter, wie magstu mich meines vnglücks wider ermanē? §. 10

Sol. Vmb des willen, das du in dem zů einem gott worden bist. Dañ hettest du zůr selbigen zeyt nit geirzet, darůb du in dē Pad geworffen, vñ also dich ernewert, wisstest du noch vff disen tag der Sonnē wagē nit gewisszlich zů regieren.

Phaeton. Das lass ich sein. Was ist aber für ein vffrůr im Teütschen §. 11.
35 land? Ettlich syh ich gewapnet, etliche eylen, die andern nemē jn | Der reichstag zu Augspurg. 1518.
wol der müssen. aber alle kōmen sye zůsamē. Vñ daselbst syhe ich ettliche gereyt on alle sorgē schlemmē vnd prassen. ein teil ratschlagen von dapffern dingē. die andern pflegē der beyder zů gleich, oder eins nach dem anderē.

§§. 9. 10.] Cf. præf. §. 2. [9] Rhenum] Ovid. Met. II. 258. [12] Eridanum = Padum, *Po.* Ovid. l. c. 324. [27] breydelen] frænare, *Angl.* to bridle.

SOL. Concilium est principum ac populi Germaniæ.

§. 12. PHAETHON. Hui quale concilium, nisi et consultant ebrii, quemadmodum pugnant.

SOL. Eundem ad modum. sed quosdam vide interim sobrie agentes omnia, qui a nonnullis popularium peregrini putantur iccirco et despicatui habentur.

PHAETHON. Ab istis credo purpuratis, pictis, calamistratis, torquatis, quibus longæ, pater, tibiæ, procera corpora, omnia exterius elegantia.

SOL. Ab ipsis istis et tota ebriorum factione.

§. 13. PHAETHON. Quid non a sobriis illis eiiciuntur igitur, tali primum flagitio cum se alligent, deinde bonis impedimento quia sunt?

SOL. Non possunt a paucis plurimi; tamen obiurgantur non sine fructu, quod multi resipiscunt, dum se bonam corporis valetudinem obruere crapula vident.

PHAETHON. Et quia corpus offenditur, resipiscunt; quia mentem perdit intemperantia, non moventur?

§. 14. SOL. Hauddum intelligunt; proclivius est enim generi isti quæ corporis sunt, quam ad animum quæ pertinent, nosse.

Sol. Es ist ein versamlung zům rat der Fürsten, vnd gemeyner Teütschen nation.

§. 12. Phaeton. Hui, welh ein rat. Oder pflegen sye, wie im kryeg d' schlach-
Rathschlagung der Teütschen. | ten, also auch im friden des rates bey trunckenheit?

Sol. Eben also. Du syhst aber auch vnter des etzliche nüchtern alle ire
Ettliche nüchtern Teütschen. | sachen außrichtē. vnd darūb werdē sye von andern iren landsleüten als außlender gehalten, vñ veracht.

Phaeton. Ich glaub von denē, die ich syh wolgekleydt, vñ in gefärbtem wat, mit gebüfftē hozē vñ guldenē halßbandē. Vatter, die mit den langen schenckelen, die auch groß von leib, vñ an zůsehē wolgestalt.

Sol. Ja von den selbigē, vñ dem gantzen trunckenē hauffen.

§. 13. Phaeton. Warūb treiben dañ nit dißē nüchtern, die selbigen vollen auß, erstlich, vmb dz sye in solchem vnlust leben. dar noch auch, dz sye den weißen vñ vernünfftigē verhind'nuß thůn?

Sol. Wie möchtē wenig die merern? Doch straffen sye die mit wortē, vñ nit on frucht. Dañ ir vil bekeren sich, dieweyl sye sehen, sich an gesuntheit irer leib durch die füllery beschädigt werdē.

Phaeton. Vmb dz jnē ire leib geletzt, bekeren sye sich. dz jnē aber das vnmäßlich leben ire gemüt vñ vernunfft verderbt, bewegt sye nit?

§. 14. Verstind der Teütschen. | Sol. Sye verstehen es noch nit. Dañ dißem volck ist leychter des kozpers sachē, dañ was zům gemüt gehözt zůerkēnen.

---

[7] Hispanicos Italicosque aulicos superbientes describit. [28] gebüfften] frisierten.

PHAETHON. Opinio est vero unquam intellecturos animi etiam bona?

SOL. Permagna, iam multa acute tentant enim et animos excolunt ac inter Musas meas diversantes aquam bibunt illi ecce graciles, illi macilenti et corporibus quidem imbecilles, verum animorum vi magna et invicta, nam acumen inest et sublimitas quædam.

PHAETHON. Inlustres video, et ob id haud dignos qui ab ebriis istis §. 15.
obtundantur aut aliquid graviter ferant.

SOL. At sunt qui tueantur eos ex principibus quidam, qui animis valent et ipsi; sed hi pauci sunt, unus aut alter. quanquam et ebriis illis summe venerabiles hi esse docti et sobrii incipiunt, quos reverenter habent et honore prosequuntur, licet amplitudinis eorum haud ita capaces sint; tantum esse magnos a sobriis audierunt.

PHAETHON. Dii servent magnos parvulos! Verum ad concilium revoce- §. 16.
mus oculos: O Iuppiter, quales strepitus, quæ compotationes, quantæ et quam molestæ vociferationes! sed quæ per medium pompa ingreditur? Primum autem dic quæ urbs hæc?

SOL. Vindelicorum Augusta vocatur; conveniunt eo imperii proceres, de re- §. 17.
bus puta magnis consulturi. pompa hæc pontificis Romani legatum hospitio educit.

Phaeton. Ist sich aber zů versehen, dz sye yemer auch die gütte des gemůts verstehen werdē?

Sol. Gántzlich. Dann sye sich gereyt viler scharpff sinniger | Vernünfftige teutschen.
ding vnderstehen, vñ nyeten sich zyerung der gemůt. Nim war, das gering leibigen, vñ magern, die wol von leib schwach, aber von synnen mächtig vnd vnüberwindtlich, brauchen sich in behenden vñ subtilen künsten, bey wasser trinken. dañ sye habē ein scharpff verstántnuß.

Phaeton. Ich syh sye von erleüchten synnen, vnd darumb würdig, das sye §. 15.
von den trunckenen vnbelástiget bleiben, vnd alles verdryessz überhaben weren.

Sol. Es seind etzliche von den Fürsten, die auch selbs von | Ansehung der gelertē in Teütsch land.
synnē geschickt, über jn halten, aber wenig. als einer od' zwen. Wiewol auch die vollen den gelerten vnd nüchteren eer ertzeigen. Vnd ob sye schon noch, wz an jn zů erhebē sey, nit begrifflich, halten sye die dānocht benor vnd in grossem ansehen. Dann von anderen nüchteren haben sye gehört, es seyen geschikte grosse leüt.

Phaeton. Gott behüt die kleinē grossen. Aber wir wöllen vnsere | Kleyne grossen §. 16.
augen wider zů der versamlung wenden. Hilff gott, welh ein gepölder vnd gereüsch, welhe saufferey, wie groß vnd verdrießlich geschrey. Was ist aber jhens für ein grosz menig volcks, das dort mitten jnhár gat? Vnnd sag mir erstlich, wie heiszt die statt?

Sol. Die statt heiszt Augspurg, dahin versamelen sich die Fürsten des §. 17.
Reichs, von grossen dingen sich zů beraten. Aber die versamlung des volcks, ist ein procession vnnd fürt den bápstlichen Legaten auß seiner herberg. | Processiō.

---

8 seq. Lepida ipsius quoque Hutteni imago. 16 legatum] Ex prima Febri etiam notum lectori. 22 nyeten sich] sich nieten = sich anstrengen, bemühen.

PHAETHON. Quem legatum, pater, quo educit? et quia omnia nosti nec te quicquam fallit, dic quæso, quid consultabunt poti bene et vino concalfacti?

§. 18. SOL. Ipsum quidem in senatum comitantur, ubi pontificis mandata exponet; consilium vero capient de bello contra Turcas suscipiendo, quod magna lucri spe moliens Decimus Leo hunc mittit eo Caietanum, qui videat nequid aliud vel nequid prius agant Germani.

§. 19. PHAETHON. Qua lucri spe? an cum aliis iturus pontifex sperat a Turcis prædam?

SOL. Immo de Turcis dicit tantum, non cogitat etiam, revera autem pecunia agitur, et Germanos est animus ei spoliare ac reliquum a barbaris omne aurum extorquere.

PHAETHON. Qua iniuria, precor? aut poterit gentem bellicosam, contumacem?

SOL. Immo suo quodam iure, poterit autem arte, quæ illi virium loco est.

§. 20. PHAETHON. Non capio.

SOL. Pastorem esse dictitat se, ut Christum olim; Christianos suas

Phaeton. Welhen legaten, vatter? oder wo füren sye den hjn? Vñ dieweyl du alle ding weisst, vñ dir niemant nichts verhälen kan, so sag mir, was werden sye doch, weñ sye nun wol beschenckt, vnd von dem wein erwömet seind ratschlagen?

§. 18. Caietan? des bapsts Legat. | Sol. Den Legaten füren sye auff das Rathauß, da er inn auß beuelh des Bapstes relation thůn würt. So ratschlagen sye, wie man einen kryeg

Bapst Leo. | ansahe wider die Türcken. Welhen bapst Leo der zehend, mitt verhoffnung eines gewiñs vndersteet, vnd schicket darauff disen Caietanum dahin, zů

Kryeg wider die türcken. | verschaffen, damitt die Teütschē nichts anders, noch fürderlicher, dañ den selbigen kryeg fürnemen.

§. 19. Phaeton. Was gewiñes ist er dañ verhoffen? Würt villeicht mit gegen dem Türcken zyehē, vñ verhofft etzwas daselbst zů rauben?

Meynung des bapstes. | Sol. Nichts. sonder von den Türcken redt er allein, sein gedänckē aber seind weyt von dannen. Dañ in rechter warheit, tracht er nach der Teütschen gelt, hatt jm fürgenömen, die zů plünderen, vñ was sye noch von gelt haben, abzůdringen.

Phaeton. Daran thůt er vnrecht. Württ er das aber auch vermögen, ein so streitbar vnd trötzig volck?

Kunst der Römer. | Sol. Wz er solichs thůt, da hat er recht zů. Er würt es auch vermögen, wiewol mit kunst, die er an statt des gewalts brauchet.

§. 20. Phaeton. Das verstehe ich nit.

Sol. Er gibt sich für einē hyrten auß, wie ettwā Christus gewest. spricht,

---

[1] „Omnia qui vides, per quem videt omnia tellus, Mundi oculus ..“ Ovid. Met. IV. 227. sq. et Vergil. Aen. IV. 607. „Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras“. §. 18.] Cf. Oratt. de Decimis, ad §. 27. citt. [10] animos *edd.* [10.11] a barb. aur. ext.] Cf. supra p. 160. i. f. [33] trätzig a.

oves, omnium maxime Germanos; hunc vero mittit qui tondeat pecus suum, isthinc lanam transferat. qua iniuria?

PHAETHON. Nulla per fidem, pater, siquidem oves sunt, et eas ille pascit.

SOL. Pascit, sed meris, ut scias, nugis, quæ illis tamen videntur pascua. §. 21.

5 PHAETHON. Hoc satis est, quod videntur?

SOL. Illis quidem satis.

PHAETHON. Igitur tondeat nugivoros suos, et si placet, etiam deglubat.

SOL. Neque non facit hoc ille, iam ad vivum enim resecat avarus tonsor.

PHAETHON. Volent ab eo tonderi autem, vel deglubi volent? §. 22.

10 SOL. Ultra non volent, ecce enim torvos in illum coniectos manifeste oculos; quinetiam quales intelligo popularium animos, haud multum aberit ut triste aliquid patiatur: ita infestum habent, quia malum esse norunt; quanquam ille frugi se, ut qui maxime sit, adsimulet.

PHAETHON. Facit hoc profecto impostor ille præstigiis commutans se 15 quibusdam admirabilibus, ut malum esse qui videat neget, ita ad probitatem apposite adornavit frontem, oculos, humeros, sermonem, incessum, omnia.

alle christen seyen seine schoff, zůuorran vnd mer dañ andere diße Teütschē, zů denē er yetzo dißen Legaten schickt, jm sein schoff zů scheren, vñ die wollen mit jm wider über das gebürg zů fůren. Hat er do vnrecht?

20 Phaeton. Bey glaubē, vatter, nein. wo sye anders seine schoff seind, vñ er sye weydet. | Die schoff Christi weyden.

Sol. Er weydet sye aber mit lauterer gůcherey, das sye doch ein weyd §. 21. sein bedunckt?

Phaeton. Ist daz aber genůg dz es sye also sein bedunckt?

25 Sol. Jnē ist es genůg.

Phaeton. So scher er sye, schynd sye auch wo es jm gefellt, diewyl sye also gar die geücherey annemē.

Sol. Er thůt es auch vñ yetzo schyrt er sye bitz auff das | Die schaf Christi cheren. lebē, der geytzig scherer.

30 Phaeton. Lassen sye sich aber also scherē, vnd schinden? §. 22.

Sol. Fortan werden sye jnn nit mer wöllen lassen. dann sich an, wie sye jre grimmige augen auff jn geworffen. Vñ kenne ich sye recht, so würt es nit weyt daruon sein, dz es jm übel ergehe. Dañ sye seind jm feynd, vmb | Caietanus. dz sye seine boßheit wissen, wiewol er sich gantz geystlich vnd bider, als ob er 35 das wär, dar gibt.

Phaeton. Das thůt er fürwar, der betriger, verwandlet sich wie | Caietani gleissnerye. ein goückler, mit etzlichen verblendungen, also, das wer jn sicht, nit dēcken möcht, er bóß wär, dann er alle seine geberden, der fromkeit zů verglichen weyss, seine stirn, augen, schültderen, red, ganck, vnd alles.

---

[16] Cf. Ovid. Met. XI. 636. „Exprimit incessus vultumque sonumque loquendi".

§.23. SOL. Non ferent eum tamen; prius enim multi egerunt idem; itaque sæpe fraudem experti, natura simplices alioqui homines, tandem circunveniri se intelligunt.

PHAETHON. Igitur non in tempore venit tonsor.

SOL. Ut vides, si venisset enim, locuples abiisset hinc; nunc præve- 5 nerunt eum tot alii, ut non sit ultra fraudi locus.

PHAETHON. Sentit hoc ipse frustra agere se?

SOL. Haud obscure.

PHAETHON. Ob id tristem eum conspicor, dolore erepti e faucibus boli huius credo, quare alia incunda ei ratio est. 10

§.24. SOL. Iam facit, fingit, invenit, qua via alia, quando non videtur cedere hoc, adoriatur, et forte aliquod intendet consilium, aliquam admovebit machinam; hac de spe decidit, in aliam sese eriget; dabit aliquam inventam egregiam fraudem, vulgum illiciet, in eo extendet nervos; fugit aurum hoc, persequetur; sparsim habetur pecunia, coget; dormiunt qui- 15 dam, commovebit; friget superstitio, inflammabit: cautim experiundo et paulatim agendo efficiet aliquid.

§.25. PHAETHON. Usque dudum conari tale aliquid eum video. sed dic ob-

§.23. Sol. Noch werden sye jn nit leyden. Dañ vor jm haben vil der glichen auch

Die teutsche mercke. | gethan. Darumb wiewol Teütschen von natur einfaltige leütt seind, ha- 20 ben sye doch den trug so offt befunden, das sye sich nun mer betrogen werdē verstehen.

Phaeton. So ist dißer scherer nit bey zeyten kōmen.

Sol. Wie du sagst. Dañ wär er zů rechter zeyt kōmen, möcht er reych von dañen ziehen. Aber nun seind jm vil andere vorkōmen, vnnd mag sein betrüglicheit nit stat habē. 25

Phaeton. Mich bedunckt er mercke selbs, das er vmb sunst arbeite.

Sol. Nit heymlich.

Phaeton. Sehe jn derhalben trawrig, vnd betrůbt, als dem man das brot auß den zenen gerissen hat. Darumb můss3 er einen andern weg findē.

§ 24. Caietani listikeit. | Sol. Yetzo thůt er d3, dicht, sůcht, vñ tracht, so es off dißē weg 30 nit außgāgen ist, wie er es off ein andern bring. Vñ villeycht würt er rat findē vñ list ankeren, ist vō einer hoffnung gefallen, hyerumb richte er sich auff

Caietani fürsatz. | ein andere. Fürwar er würt einē behendē trug erfindē. Sterckt alle seine kräfft dohin das er das gemeyn völcklin erwege, ist jm schon d3 golt entflogen, er wurt jm wider nachuolgen. Ist etzlich gelt zerstrewet, er wurt es 35 zůsamē treiben. Etzliche schlaffen, er wurt sye auffwecken. Der aberglaub ist kalt worden, er wurt jn wid'umb anzindē. Mit vorsichtigē erforschhungen, vñ sitlichem nachgehē wurt er etzwas zů wegen bringen.

§.25. Phaeton. Nun mer sehe ich jm an, das er etzwas sollichs vntersteht.

[9] Ter. Heaut. IV. 2, 6. „Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus". [34] Sterckt a. Stärkt *Münch.*

secro te, aliquo est hic genere, ut eum potissimum Roma mittat, aut animo præstat?

SOL. Genere non oportet esse nobilem qui Romæ magnus habeatur, sed neque virtute clarum; dolis et versutia cognitum esse pretium operæ est: vix credo patrem hunc nosse suum; deinde nullius bonæ artis peritum video; et tamen, ut alios beet, tanta cum magnificentia ab urbe transcendit Alpes indulgentiis suffarcinatus et facultatum plenas post se sarcinas agens.

PHAETHON. Igitur vacuus isthinc quatietur foras? neque enim, ut arbitror, si Romam mittere vellent etiam suum Germani aurum, huic terræ filio crederent. §. 26

SOL. Ut dicis, veruntamen egregie instructus ad perniciem nonnihil conabitur, et iam miras comminiscitur technas, et fallaciam improbus fabricat, opusque est consilio huic populo, ut declinet eius machinas.

PHAETHON. Si obtineat vero, Turcicum in bellum totus ut consentiat unaniniter septentrio, num quid ultra quæret? §. 27.

Sag mir aber, bitte ich, ist er vō gůtem geschlecht, oder eines redlichen erbarn gemůts, das in Rom vor andern außschickt? | Caietanus vō geschlecht.

Sol. Von nöten ist nit edel sein, wer zů Rom groß wurt, auch nit von tugendē erleücht, sond' mag jn helffen, weisst er sich mit betrug vnd bösen dücken herfür zů thůn. Ich glaub das dißer kaum seinē eygen vatter kenne, noch kompt er mit einē sollichen geprzeng vō Rom, über das gepürg, andere sälig zů machen, hat vil aplaß bey sich geschürtzet, vñ läst jm watsäcke vnnd gepäcke vol facultät nachfüren. | Caietanus mitt geprzeng.

Phaeton. Drumb wurt er auch lär außgestossen werdē. Dañ ich achte, ob schō Teütschē ir gelt gen Rom schicken wöltē, dz sye es dißem sůn d' erdē nit vertrawē wurdē. §. 26. | Ein Sun der Erdē.

Sol. Wie du sagst. Noch darnoch ist er außbindig zům handel geschickt, vñ wurt etzwz versůchē. Dañ yetzo dicht er nach wund'lichen künstē. Vñ der böß-wicht zimert etzwas betrugs, dz dē Teütschē hoch vō nötē sein wurt, rat zů findē, wie sye seinē listen entweychē.

Phaeton. Ob er nun, dz alle völcker gegē mitnacht, in den Türchischē krieg einträchtiglich verwilligtē, erlangte, wurt er auch weyter etzwz vnterstehen? §. 27. | Gelt zum Türckenkrieg.

---

[5] Patrem Franciscum „ex familia Viorum ... non ignobili Caietæ" fuisse refert Ciacconius. [10] terræ filio] h. l. in malam partem, ignobili, ignoto, ut nos quoque „*diesem Menschen* s. *Menschenkind*". Cf. Hutteni præf. et interpret. German. supra p. 271. §. 3. [15] §. 27.] Cf. ipsam a Caietano habitam orationem quam dedimus in „*Drei Abhh. üb. reform. gesch. Schriften. Leipz.* 1858. 8⁰. p. 9...15". et repetemus vol. V. post Hutteni exhortatoriam contra Turcas orationem. [23 sq.] watsäckt vnnd gepäckt a. (Säcke und Ballen.) [28] er *addidi*.

§.23. SOL. Non ferent eum tamen; prius enim multi egerunt idem; itaque sæpe fraudem experti, natura simplices alioqui homines, tandem circunveniri se intelligunt.

PHAETHON. Igitur non in tempore venit tonsor.

SOL. Ut vides, si venisset enim, locuples abiisset hinc; nunc præve- 5 nerunt eum tot alii, ut non sit ultra fraudi locus.

PHAETHON. Sentit hoc ipse frustra agere se?

SOL. Haud obscure.

PHAETHON. Ob id tristem eum conspicor, dolore erepti e faucibus boli huius credo, quare alia incunda ei ratio est. 10

§.24. SOL. Iam facit, fingit, invenit, qua via alia, quando non videtur cedere hoc, adoriatur, et forte aliquod intendet consilium, aliquam admovebit machinam; hac de spe decidit, in aliam sese eriget; dabit aliquam inventam egregiam fraudem, vulgum illiciet, in eo extendet nervos; fugit aurum hoc, persequetur; sparsim habetur pecunia, coget; dormiunt qui- 15 dam, commovebit; friget superstitio, inflammabit: cautim experiundo et paulatim agendo efficiet aliquid.

§.25. PHAETHON. Usque dudum conari tale aliquid eum video. sed dic ob-

§.23. Sol. Noch werden sye jn nit leyden. Dañ vor jm haben vil der glichen auch
Die teutschē merckē. | gethan. Darumb wiewol Teütschen von natur einfaltige leütt seind, ha- 20
ben sye doch den trug so offt befunden, das sye sich nun mer betrogen werdē verstehen.

Phaeton. So ist dißer scherer nit bey zeyten kōmen.

Sol. Wie du sagst. Dañ wär er zů rechter zeyt kōmen, möcht er reych von dañen ziehen. Aber nun seind jm vil andere vorkōmen, vnnd mag sein betrüglicheit nit stat habē. 25

Phaeton. Mich bedunckt er mercke selbs, das er vmb sunst arbeite.

Sol. Nit heymlich.

Phaeton. Sehe jn derhalben trawrig, vnd betrübt, als dem man das brot auß den zenen gerissen hat. Darumb můss3 er einen andern weg findē.

§ 24. Caietani listikeit. | Sol. Yetzo thůt er d3, dicht, sůcht, vñ tracht, so es vff dißē weg 30
nit außgāgen ist, wie er es vff ein andern bring. Vñ villeycht würt er rat findē vñ list ankeren, ist vō einer hoffnung gefallen, hyerumb richte er sich auff
Caietani fürsatz. | ein andere. Fürwar er würt einē behendē trug erfindē. Sterckt alle
seine kräfft dohin das er das gemeyn völcklin erwege, ist jm schon d3 golt entflogen, er wurt jm wider nachuolgen. Ist etzlich gelt zerstrewet, er wurt es 35
zůsamē treiben. Etzliche schlaffen, er wurt sye auffwecken. Der aberglaub ist kalt worden, er wurt jn wid'umb anzindē. Mit vorsichtigē erforschhungen, vñ sitlichem nachgehē wurt er etzwas zů wegen bringen.

§.25. Phaeton. Nun mer sehe ich jm an, das er etzwas sollichs untersteht.

[9] Ter. Heaut. IV.2,6. „Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus". [31] Sterckt a. Stärkt *Münch.*

secro te, aliquo est hic genere, ut eum potissimum Roma mittat, aut animo præstat?

SOL. Genere non oportet esse nobilem qui Romæ magnus habeatur, sed neque virtute clarum; dolis et versutia cognitum esse pretium operæ est: vix credo patrem hunc nosse suum; deinde nullius bonæ artis peritum video; et tamen, ut alios beet, tanta cum magnificentia ab urbe transcendit Alpes indulgentiis suffarcinatus et facultatum plenas post se sarcinas agens.

PHAETHON. Igitur vacuus isthinc quatietur foras? neque enim, ut arbitror, si Romam mittere vellent etiam suum Germani aurum, huic terræ filio crederent. §. 26

SOL. Ut dicis, veruntamen egregie instructus ad perniciem nonnihil conabitur, et iam miras comminiscitur technas, et fallaciam improbus fabricat, opusque est consilio huic populo, ut declinet eius machinas.

PHAETHON. Si obtineat vero, Turcicum in bellum totus ut consentiat unanimiter septentrio, num quid ultra quæret? §. 27.

Sag mir aber, bitte ich, ist er vō gůtem geschlecht, oder eines redlichen erbarn gemůts, das in Rom vor andern außschickt? | Caietanus vō geschlecht.

Sol. Von nöten ist nit edel sein, wer zů Rom groß wurt, auch nit von tugendē erleücht, sond' mag jn helffen, weisst er sich mit betrug vnd bösen dücken herfür zů thůn. Ich glaub das dißer kaum seinē eygen vatter kenne, noch kompt er mit einē sollichen gepreng vō Rom, über das gepürg, andere sälig zů machen, hat vil aplaß bey sich geschürtzet, vñ läst jm watsäcke vnnd gepäcke vol facultät nachfüren. | Caietanus mitt gepreng.

Phaeton. Drumb wurt er auch lär außgestossen werdē. Dañ ich achte, ob schō Teütschē ir gelt gen Rom schicken wöltē, dz sye es dißem sůn d' erdē nit vertrawē wurdē. §. 26. | Ein Sun der Erde.

Sol. Wie du sagst. Noch darnoch ist er außbindig zům handel geschickt, vñ wurt etzwz versůchē. Dañ yetzo dicht er nach wund'lichen künstē. Vñ der böß-wicht zimert etzwas betrugs, dz dē Teütschē hoch vō nötē sein wurt, rat zů findē, wie sye seinē listen entweychē.

Phaeton. Ob er nun, dz alle völcker gegē mitnacht, in den Türckischē krieg einträchtiglich verwilligtē, erlangte, wurt er auch weyter etzwz vnterstehen? §. 27. | Gelt zum Türckenkrieg.

---

[5] Patrem Franciscum „ex familia Viorum ... non ignobili Caietæ" fuisse refert Ciacconius. [10] terræ filio] h. l. in malam partem, ignobili, ignoto, ut nos quoque „*diesem Menschen* s. *Menschenkind*". Cf. Hutteni præf. et interpret. German. supra p. 271. §. 3. [15] §. 27.] Cf. ipsam a Caietano habitam orationem quam dedimus in „*Drei Abhh. üb. reform. gesch. Schriften. Leipz.* 1858. 8⁰. p. 9...15". et repetemus vol. V. post Hutteni exhortatoriam contra Turcas orationem. [23 sq.] watsäckt vnnd gepäckt a. (Säcke und Ballen.) [28] er *addidi*.

SOL. Immo nihil minus quam bellum istud quærit; aurum est cui servit, et pecuniam petit, quam se iurat, si tribuatur, in bellum hoc absumpturum, acceptam vero (dicam enim ut res habet) Romano suppeditabit luxui.

§. 28. PHAETHON. Quem ludum quatenus ludet? dic age.

SOL. Dum sapient Germani, quos nunc infatuatos habet persuasis superstitionibus urbs Roma.

PHAETHON. Prope est vero, ut sapiant?

SOL. Prope, nam primus hic inanis redibit magno cum terrore urbis, neque enim creditum est audere hoc barbaros.

§. 29. PHAETHON. Adhuc in barbaris sunt scilicet Germani?

SOL. Roma iudice sunt non minus quam Galli et extra Italiam nationes reliquæ; verum quod ad morum bonitatem pertinet et civilitatis opinionem virtutisque studia et animorum constantiam ac integritatem, cultissima est natio; contra Romani isti extrema barbarie deformati: sunt enim mollitie primum et luxu perditi, deinde levitas est et inconstantia plus quam muliebris, fides rara, fraus et malitia quæ vinci non possint.

§. 30. PHAETHON. Placet de Germanis quæ narras, atque utinam ebrii non essent qui tales alioqui sunt.

Sol. Er denckt doch vff nichtes weniger, dann den selbigen krieg zů fůren. Es ist jm vmb gůt zů thůn, dem thienet er, das begeret er. Vnnd yetzo schwůr er, das selbig, wo man es jm gebe, anders nit dañ vff den türckischē kryeg zů
Nota. | wenden. Aber so bald er das hette (dann ich sag wie es die warheit ist)
☞ | so würd er es der Römischen brasserey fürsetzen.

§ 28. Phaeton. Lieber, so sag mir, wie lang würt er solichs spiles pflegen?

Teütschē weisz werden. | Sol. Bitz die Teütschen weiß werdē, die yetzo durch der Römer betrug gantz zů narzen gemacht, vnd voller missglauben überzedt seindt.

Phaeton. Ist es aber nahet dabey, dz sye weiß werden?

Sol. Nahet. Dañ vnd' allen legaten ist dißes der erst, den sye lůr von jn widerkeren lassen, in grossem schzecken der statt Rom. Dann man hett nit geglaubt, dz die barbarischen solichs thůn dörfftē.

§. 29. Barbari. | Phaeton. Seind dañ Teütschen nach für barbarisch geacht?

Sol. Als Rom vrteylet, nit weniger dann auch Frantzoßen, vñ alle andere
Teutschē. | völcker außwendig Italien. Wil man aber gůte sitten, vñ achtung freüntlicher beywonůg, auch fleyß der tugent, beständigkeit der gemůt vñ redlicheit ansehen, so ist dises ein wol gesitte nation, vnd dargegen die Römer mit der al-
Römer. | lerausserlichstē barbarey verstallt. Dañ erstlich seind sye von weychmůtigkeit, vnd weybischem leben verdorben leüt. Darnoch ist bey jnē grosse wanckel-
☞ | můtigkeit, vñ mer dañ weybische vnbeständigkeit, wenig glaubens, betrug vñ boßheit, damit sye allen fürtreffen.

§. 30 Phaeton. Mir gefellt wol, was du von Teütschen sagst, vnd ist zů wünschen, das die sunst also geschickt, von der trunckenheit lassen.

SOL. Aliquando vivent sobrie, idque futurum haud multo post arbitror, quod iam minus ac minus bibunt, et de madidis illis etiam qui sobrii ipsi usquequaque non sunt, male tamen opinantur.

PHAETHON. Dic aliud mihi, bibunt etiam principes ibi? §.31.

5 SOL. Nisi in hunc etiam ordinem pervasisset corruptio, actum erat de tota iam ebriorum factione; hi partes has tuentur exemplo sui habentque suffragantes sibi magna vi Saxones, hos, nate, quos vides in totum ebrietati deditos, soli enim nondum quicquam de veteri instituto remiserunt, soli pertinaciter monitoribus resistunt, et patrium defendunt morem.

10 PHAETHON. O cælum et terram, quale consortium video, quos haustus, §.32. quales ructus et quas statim vomitiones! 'estur ac potatur incondite, pulmentis acervant et panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis, clamore ludunt, strepitu cantillant': hæc in hos conveniunt. quod sequitur, dictum a Lucilio his est,

15 Vivite, glutones, comedones, vivite, ventres.

Centaurorum videre convivium mihi videor et Lapitharum. igitur non iam

Sol. Ettwan werden sye auch nüchter, vñ meyn gantz, so- | Teütsche nüchter werden.
lichs baldt geschehen. Dañ ich syh sye ye lenger ye weniger trinckē, vnd die jhenen so vnder jn stätz voll seind, von den and'en, die dañocht auch nit gantz
20 nüchtern, veracht werden.

Phaeton. Sag mir eins, trinckent auch ire Fürsten? | Truncken Fürsten. § 31.

Sol. Wär dißē vngebärd nit in dem Fürstlichen standt, die gantze gesellschafft der trunckenen wer lang zergangen. Die selbigen mit bößen beyspilen bestätigen dißes mißleben, vnd habent mit grosser macht an jnē hangen die Sach-
25 ßen, die du dort syhst, der trunckenheit sich gantz ergeben haben. Dañ | Sachsen.
allein die auß allen Teütschē, haben noch von irer alten weiß nichts abgelassen. Setzent sich wider alle vermanung, vñ beschirmēt ir vätterliche weiß.

Phaeton. O himel vnd erden, welh ein geselschafft syhe ich da, welhe §. 32.
trünck, welhe grollen, welh spewen. Da frißzt vñ saufft man vnzüch- | Der Sachsen lust.
30 tiglich, überhaufft die gericht, tregt auff das brot mit grossen hörben, den tranck in schweren fläschen, schreyet, rüfft, singt, vnd heület. Also mag ich von den sagen, vnd auch wie der poet Lucilius gesprochen, | Lucilius.

Also gebärt ir vollen beüch,

Jr schlucker, vnd auch ir weinschleüch.

35 Dißē brasseren mag sich auch wol vergleichen der würt schafft, die ettwan zwey

---

[7] Saxones Hutteno Germani septentrionales sunt omnes veterum Germanorum mores institutaque retinentes. [10] uidero *1. 2. sed in err. 1. corr.* [11...13] estur ... cantillant] Apul. metam. IV. 68. ed. Oudend. p. 252. [14] Lucil.] „Lucilius satir. V. 'Vivite lurcones, comedones, vivite ventris'." *Non. Marcell.* p. 11. v. *Lurcones.* [16] Centaur. Lapith.] Cf. supra p. 271. §§. 4. 5.

dicendum Græce amplius, *'Αεὶ Λεόντιοι περὶ τοὺς κρατῆρας*, sed Latine, quod omnes intelligant, 'Semper inter pocula Saxones'; et quantum vini perdunt!

§. 33. SOL. Immo vinum non bibunt.

PHAETHON. Quid? aqua inebriantur? 5

SOL. Aqua vero.

PHAETHON. Fontes sunt ibi reor, ut esse apud Paphlagonas aiunt, qui inebrient?

SOL. Neque ii sunt, alioqui rumperentur bibendo, verum herbas quasdam concoquunt, et fruges, eo decocto temulenti fiunt. 10

PHAETHON. Optime inventum hoc: quantum vini satis esset enim sic ingurgitantibus?

SOL. Quantum tota non gignit Germania.

§. 34. PHAETHON. Verum sensus est ut aliis, huic hominum generi? et rationem habent? 15

SOL. Habent, et sensibus vigent, ut alii.

Centhauri und Lap.thae. | völcker Centhauri vñ Lapithe mit einãder gehabt. Hyerumb müſſz man yetzo nit, wie zůnor die Krynechen, von den Leontinern in irer ſprach, All-
Leontiner hinder der fleschen. | weg ſtecken die Leontiner hinder den fläſchen, ſond' nun mer in latein, dz es yederman verſtehe von den Sachſſen, 'Allweg ſtecken die Sachſen 20 hinder den fläſchen'. fürwar müſſen ſye vil weins verderben.

§. 33. Sol. Sye trincken nit wein.

Phaeton. Wie? werden ſye dañ von waſſer voll?

Sol. Ja von waſſer.

Phaeton. Haben ſye dañ auch wie man in Paphlagonia findt, brunnen 25 bey jn, von den die leüt truncken werdẽ?

Sol. Auch nit. dañ wo das wär, wurden ſye von trincken zerbrieſten. Son-
Byer. | der kochen ſye etzliche kreüter, vnd frücht, vñ von dem ſelbigen tranck werden ſye voll.

Phaeton. Das iſt wol erfunden. Dann wo wölt man denẽ die alſo ſchlur- 30 cken, genůg weins findẽ?

Sol. In Teütſch land nit.

§. 34. Der Sachsen vernunfft. | Phaeton. Haben aber auch dißẽ, wie andere leüt, ſinn vñ vernunfft?

Sol. Wie andere, vñ ein gůten verſtandt.

---

[1] *Λεόντιοι sic edd. et Erasm. Adag.* *'Αεὶ Λεοντῖνοι περὶ τοὺς κρατῆρας.* „Semper Leontini inter pocula". Phalaris Leontinos inter pocula captos in crateras Aetnæ coniecit. *Φάλαρις δ' αὐτοὺς καταπολεμήσας εἰς τοὺς κρατῆρας ἔρριψεν. ἀφ' οὗ ἡ παροιμία.* Diogenian. Cf. supra p. 271. §. 6. [7] Paphlagones *1. 2. sed in err. 1. corr.* Rem habet ex Plin. H. N. II. c. 103. sect. 106. „Lyncestis aqua quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. item in Paphlagonia et in agro Caleno". Similia Vitruvius et Athenæus. [18] nit] *addendum est* ſagen

PHAETHON. Adeo sine nocumento quod ingurgitaverunt, evomunt?

SOL. Adeo, nam civitatem suam nemo rectius gubernat, tutius nemo vivit, vel aliorum iniurias felicius arcet; bello autem sunt invicti.

PHAETHON. Desituros unquam bibere hos arbitraris?

5 SOL. Valde dubito.

PHAETHON. Aut si desinant, hos retenturos eos mores?

SOL. Si possint et tales esse et sobrie vivere, equidem nullam his nationem prætulero.

PHAETHON. Corporibus autem ut sunt homines?

10 SOL. Ita vegetis et bene habitis, ut extra nulli. quinetiam medicos §. 35.
Germanorum soli ignorant hi, perraro ægrotantes alioqui, et iureconsultos exibilant magno cum contemptu.

PHAETHON. Interim ius quomodo dicunt?

SOL. Suo quodam antiquitus repetito more, consulte, ut minus iniuriæ
15 nusquam facile invenias, ita proscriptis legibus consueti mores sunt.

PHAETHON. Mirum ni dicis ebrietate meliores fieri hos.

SOL. Hoc non dico quidem, illud vero ipsa ostendit res, multa me- §. 36.

Phaeton. Vnd speyen was sye getrunckē, also on schaden wider von jn?

Sol. Also. Dañ bey keinem volck findest du alda, die stät wol regiert
20 werden, yeder man in sicherheit leben, von außlendischem gewalt behůt sein, vñ
seind die Sachsē vnüberwindtliche kryegß leut. | Sachsen kryegs leut.

Phaeton. Meynest du aber, dz sye yemer werden von der vollen weiß lassen?

Sol. Da zweyfel ich vast an.

Phaeton. Od' wo sye von trunckenheit liessen, ob sye dañ auch die ande-
25 ren gůten weiß behalten würden?

Sol. Wo sye die behalten möchten, vnd darbey nüchter leben, wüsstzte ich
kein nation für sye zů setzen.

Phaeton. Wie seind sye von leib? §. 35.

Sol. So gesund, starck, wolgeschickt vnd vermüglich, als keine | Sachsen gesund vnd starck.
30 anderen. Ja allein dißе von den Teütschē wissen nichtes von den ärtzten. | Ertzt.
dann sye on das seltē kranck seind. Aber die Juristen jagen sye mit | Iuristen.
geschrey vnd grosser verachtung von jnē.

Phaeton. Wie sprechen sye dañ recht? | Recht in Sachsen.

Sol. Nach alter gewonheit, vnd weyßlich. Dann man findt an keinē ort
35 weniger yemant gewalt oder vnrecht widerfaren. Dañ an statt geschribener rech-
ten, brauchē sye alt hárkōmen.

Phaeton. Wunder ist, wo du es nit darfür hältest, dz sye von truncken- §. 36.
heit besser werden.

Sol. Das sag ich nitt, aber dißes weißet sich also auß, das sye | Der Sachsen regiment.

---

[11] Cf. infra dialogum Prædones, impr. §§. 81. sqq. et vide Flor. epit. IV. 12, 37.

lius facere eos quam ullos alios sobrios, multa prudentius disponere. Sequuntur autem proverbium quoddam apud se divulgatum, 'de mane consilium, de vespere convivium'; nam a cibo in multam usque noctem perbibunt, mane de republica et gravibus negotiis ieiuni consultant.

PHAETHON. Itaque non video quid bibere eos prohibeat; fortasse enim in naturam transiit consuetudo hæc, ut siquando ebrii esse incipiant, metus sit ne recte vivere desinant.

SOL. Fortasse.

§.37. PHAETHON. Sed ex ebriis soli placent hi; nunc alios item inspiciamus. quosdam lavantes video promiscue viros et mulieres, cum nudis nudos, magno credo cum pudoris detrimento sui.

SOL. Immo autem nullo.

PHAETHON. At has illi osculantur.

SOL. Libere.

PHAETHON. Et blande complectuntur.

SOL. Quinetiam condormiunt nonnunquam.

§.33. PHAETHON. Igitur Platonici sunt, ut communes habeant uxores?

SOL. At non habent communes, sed fidem ostentant hac in re suam:

vil ding ratlicher thůn, vñ weißlicher außrichten, dañ yergent an einē end die | nüchteren. Halten sich nach einem sprich wort, das bey jn gemeyn, 'Abents zechen, morgēts ratschlagen'. Dañ noch dem abent essen trincken sye bitz in die weyte nacht, morgēs geen sye nüchtern zů rat, hādelē von dapferen, vñ gemeynē nutz betreffend geschäften.

Sprichwort der Sachsen.

Phaeton. Also syh ich, dz jn ir trincken nichts schadt, vnd villeycht ist jn dise gewonheit zů einer natur geratē. dz zů förchtē, wo sye sich des trinckens mässigten, würdē sye auch recht zů leben auffhören.

Sol. Das möcht geschehen.

§.37. Phaeton. On dißc, haben mir nie truncken leüt gefallen. Aber wir wöllen die anderē auch anschawen. Dort syh ich etzliche vermischt vñ nacket vn- | der einander baden, frawen vnd männer, vnd glaub das on schaden irer zucht vnd eer nit zůgeen.

Baden in Teütsch land.

Sol. On schaden.

Phaeton. Ich syh sye sich doch küssen.

Küss bey teütschen. |

Sol. Freylich.

Phaeton. Vnd freüntlich vmbfahen.

Sol. Ja sye pflegen etwan auch beyeinander zů schlaffen.

Vff glauben beyschlaffen. |

§.38. Phaeton. Villeycht habent sye die gesätz Platonis angenōmen, dz sye die weyber gemeyn halten.

Sol. Nit gemeyn, sonder in dißem beweißen sye iren glaubē. Dann an | keinem ort, do man der frawen hůt, magst du weypliche scham vn-

Weyblich zucht beyn Teütschen.

[2.3] „Et salva utriusque temporis ratio est". Tac. Germ. 22. [17] Plat. de rep. lib. V.

neque fere custodita alibi pudicitia mulierum illibatior est quam hic neglecta et in periculum missa; adulteria vero nusquam rariora sunt, nusquam religiosius colitur matrimonium et sanctius habetur.

PHAETHON. Dicis ultra osculum et amplexus nihil facere eos condormientes etiam noctu?

SOL. Dico vero.

PHAETHON. Neque zelotypia est? aut pudori non metuunt qui puellas suas vident ab aliis sic haberi?

SOL. Ne suspicio quidem est, fidunt enim constanter mutuo, et syncere conversantur ac liberaliter, fraude autem vacant homines et insidias ignorant.

PHAETHON. O gentem minime malam; at illos videas nunquam invidia § 39.
vacantes Italos, parcere, cupere, quærere, fraudare, insidias comminisci, odio et simultate conficere se invicem, sicas immittere, venena propinare, usque dolum meditari, usque fraudem admoliri, eorum neminem fidere, aperte agere neminem; qui pallent hinc puto.

SOL. Alii hinc, alias alii ob caussas, vel quia cælum iis tale est.

PHAETHON. Certe Germanos rubere video, quia lætantur et fidunt, ab- §. 40.

uerserter finden, dañ bey dißen, die deren kein wartung, noch vffsehung habē. Es ist auch nyergent weniger eebruch, vnd würt die Ee an dem ort am strengklichsten vnd vesten gehalten.

Phaeton. Sprichest du sye neben küssen, vmbfahen, auch beyeinander schlaffen nichtes weyter begynnen? vñ darzů bey der nacht?

Sol. Ich sprech, ja.

Phaeton. Vnd geschicht das auch on allen verdocht? Vñ die | Vnverdacht beym Teütschen.
ire iungen weyber, vñ meydtlin, von anderen also gehandlet werden sehen, förchten die nit der selbigen eeren?

Sol. Auch kein gedencken haben sye des. dañ sye getrawen einander wol, vñ leben in gůter trew vnd glauben, frey vnd redlich, on allen | Gut vertrawē der Teütsché.
trug vñ vntrew. sye wissen auch von keinem hinderlist. §. 39.

Phaeton. O ein volch, das nyemer böß zů achten. Dañ die Italianer sycht mā zů allen zeiten häßig, karg vnd geytzig sein, vil begeren, | Der Italianer untreu.
nach gewiñ stellen, betryegen, glauben brechen, vñ hind'list úben, sich in hass vñ missgunst vntereinander selbs verdecken, heymlich mörden, gifft gebē, allweg nach betrug dencken, vnd mit vntrew vmbgehen, irer keiner dē anderen glauben, nichts öffentlich oder auffrichtlichen thůn, vnd glaub dz sye darumb bleych von farbē seint. | Italianer bleych von angesicht.

Sol. Etzliche vmb der, etzliche vmb anderer vrsach willen. Villeycht thůt es auch der lufft.

Phaeton. Fürwar seind ye die Teütschen rotfärbig. Dañ sye leben in §. 40.

[1] Cf. Tac. Germ. 19.

suntque ab iis quæ mentem urunt, animum turbant et sanguinem minuunt, quam longissime; neque enim curis et sollicitudine video commacerari eos aut adfligi. Ecce autem ærarium non video habere eos publicum: vetus opinor Lacedæmoniorum institutum imitantur, et bellum quando gerendum est, viritim conferunt ac singuli tribuunt in sumptus? 5

§. 41. SOL. Pulchrum et hoc, nam ita libere vivunt, ut neque in otio cogitent de negotio, neque in pace sint de bello solliciti, in tuto autem cum sunt, de periculo non venit in mentem ipsis.

PHAETHON. Etiam non consultant ante bellum?

SOL. In bello consultant, nam audaciam his et temeritas in consilium vertitur plerunque; nesciunt autem insidias, neque sic pugnant, sed aperto Marte. 10

§. 42. PHAETHON. Multum laudis iure accipiunt; verum nequid ignorem, expone breviter de rerum apud hos gubernaculis.

SOL. Primum natura est, quæ detrectet imperium, nec facile gubernari sustinent; quos vides autem principes, liberaliter iis et summa fide parent, aliis alii; in universum agnoscunt omnes hunc senem, qui Cæsar ab eis vocatur, quem donec ipsis æquus est, honore prosequuntur, non metuunt, neque etiam obsequentes valde sunt; atque hinc illæ apud eos 15

Teütschē frölich uñ lychtfiffig. | freüdē, vñ gútem vertrawen. Enthalten sich der ding die das gemút verbrennen, das hertz betrúben, das blút minderen. dañ ich sehe sye nit vil sorgen, in ángsten mager werden, oder sich selbs fressen. Nim war, sye 20

Kein gemeyner schatz bey Teütschē. | habē auch keinen gemeynen schatz. glaub sye volgen alter gewonheit d' von Lacedemone, dz sye, wenn ein kryeg vorhanden ist, eintzlich zůsamen steüren, vñ yeder etzwz zů des kryeges verlegung gebe.

§. 41. Sol. Das ist auch hübsch von jn. Dañ sye leben also gar frey, dz sye weder in der rů vff geschäfft dencken, noch im friden vor kryeg sorgen. Vnd in d' selbigen sicherheit betrachten sye kein far, noch glückes fal. 25

Ratschlagung der Teütschē. | Phaeton. Vnd ratschlagen nit zůuor vff die kryege?

Sol. Mitten im kryeg ratschlagen sye. Dañ offt gerat jnē ire kůnheit

Teütschen on trug. | vnd verwegenheit zů grosser weißheit. Wissen vō keinem betrug, brauchen den auch nit in iren schlachtē, sonder handlen mit offenlicher that. 30

§. 42. Phaeton. Billich sol mā die ser loben. Aber damit mir nichts vnwissen

Der teütschen regiment. | sey, so bericht mich kürtzlich, wie sye doch in iren oberkeiten regieren.

Sol. Erstlich ist ire natur vnd eygentschafft, dz sye nit mögen vnterworffen sein. Vnnd lassen sich auch nit regierē. Was aber vō fürstē vnter jnn ist, 35

Der keyser. | den thienē sye mit freymútikeit, vñ in grossem glauben, einer dißem, der and' jhenem. Aber all in gemeyn erkennē sye jhenen alten, der von jnn Keyser genant würt, für jren herren. Den selbigen, die weyl er jnn recht thůt, haben sye jn in eren, aber nit in forcht. Vnd seind jm der halben nit vast

[4] Cf. Plut. Lac. apophth. VI. p. 813. ed. Reisk. [5] Cf. Tac. Germ. 15. [18] eas *edd.*

crebro publicæ secessiones usu veniunt, et caussa est quo minus in commune consulant. §. 43.

PHAETHON. At iam consultant de republica.

SOL. At consilium non invenient discordes: mos est eis autem totos aliquot nonnunquam menses terere frustra consultando, cum interim convivia agunt et omissis seriis ludum tractant.

PHAETHON. Quam non convenit hæc facere eos qui imperare aliis debent.

SOL. Minime quidem convenit, sed hi faciunt tamen.

PHAETHON. Atque igitur imperio sunt inepti, ad reliqua meliores, quorum ut plurimum facta aliorum consilia vincunt, nam ipsos eventus probat.

SOL. Ut dicis; principum vero alii sunt genere nobiles, alii adlecti, episcopi isti et ecclesiastici. §. 44.

PHAETHON. Qui videntur mihi plurimum posse omnium.

SOL. Et possunt, nam et numero vincunt hoc in ordine, et opibus ac potentia superiores sunt: certe enim dimidia plus ab ecclesiasticis possessa est Germania.

PHAETHON. Quod ut admiserunt priores?

SOL. Aliquando religioni dediti nimium illi prodigalius quam æquum erat ad ecclesias profuderunt sua. §. 45.

gehorsam. Darüb sich auch offt auffrür vñ zerteylung vnter jnn erheben. vñ ist dz die vrsach, das sye sich nit vast vmb dē gemeynē nutz bekümern. | Vngehorsam der Teütschen.

Phaeton. Yetzo ratschlagē sye doch darnō. §. 43.

Sol. Aber auß vneynikeit, werden sye nit rat findē. Dañ jre gewōheit ist, offt vil monat von einem ding ratschlagen, vnnd nichtes beschliessen. Mitler zeyt halten sye pancket, prassen, vñ treibē schimf, hingelegt den ernst. | Reychstag bey Teütschen.

Phaeton. Das gebürt gar nit den, die über andere regiren sollen.

Sol. Mit nichten gebürt es jnn, aber sye thůnd es doch.

Phaeton. Hyerüb tawen sye gar nit zů regierē, villeycht bassz zů anderē dingē. Dañ vil ire verwegene thaten überwinden der anderē weyßliche ratschlág. | Teütschen vntöglich regierer.

Sol. Wie du sagst. Vnter den fürsten aber seind etzliche von geburt edel. etzliche durch die wal auffgeworffen, als seind die bischöff, vñ geystlichen. §. 44. | Fürstē in teütschland. | Bischof.

Phaeton. Vnd als mich bedunckt, seind die selbigen am gewältigsten.

Sol. Das seind die auch. Dañ sye in der zal übertreffen, auch mit reychtumb vnd macht obligen. Mag fürwar sagē, dz mer dañ halb Teütschland von pfaffen besessen würt. | Teütschland von pfaffen besessen.

Phaeton. Wie habē es jre altē darzů kōmen lassen?

Sol. Etwan do sye den Christen glauben angenomē, haben sye allzů geüdisch, vnd mer dañ nutz vñ billich gewest, vō dem jren zů den kirchē geben. §. 45.

---

[6] Ut Auson. Mos. 206. sq. „... sua seria ludo Posthabet .." [28] tawen] taugen.

PHAETHON. Ut iam nunc hi egeant posteri?

SOL. Et suis patrimoniis ut viderint comparatos sibi dominos.

PHAETHON. Quo eos impulit religionis opinio?

SOL. Scilicet, nam superstitio erat quam sequebantur; verum discordiæ sunt et civilia inter principes assidue bella, quibus conficiuntur perdite. 5

PHAETHON. Hæc non compescit Cæsar?

SOL. Compesceret vero quos nisi mutuo sese attererent, nimium haberet contra se potentes?

§. 46. PHAETHON. Post principes autem qui sunt proxime?

SOL. Comites qui vocantur; atque hi quam principes minus possunt, 10 plus quam simpliciter nobiles, si cum singulis conferantur singuli.

§. 47. PHAETHON. Hi vero simpliciter nobiles quinam sunt?

SOL. Equitum ordo est, ingens belli apud Germanos robur; sunt enim multi et exerciti. præterea in eis videtur adhuc hærere vetus Germaniæ decus, antiqua probitas, genuina vivendi consuetudo: primi Germanitatem 15 adserunt, peregrina exosi.

PHAETHON. At multis video molestos esse eos.

§. 48. SOL. Neque non sunt.

Phaeton. Dardurch jre nachkömen in armůt gefallē.

Gekaufft herren. | Sol. Ja, vñ müssen herzē habē, die vmb ir vätterlich erb gekaufft seind. 20

Achtung der geystlicheit. | Phaeton. Darzů hat sye achtung der geystlicheit bracht?

Sol. Fürwar achtung. dañ es ist ein lautere mißglaubung gewest, die sye

Zwittracht der teutschen. | hyr jnn verfürt. Es seind auch zwischē jren Fürsten zwiträcht, vnd stetes heymlich krieg, in welchen sye sich verderbē.

Phaeton. Mag dañ der Keyser die nit stillen? 25

Sol. Sölt der sye stillen, so sye jm nutz seind? Dañ wo sye sich nit also ☞ | vntereynander verderbtē, wärē sye jm vil zů mächtig.

§. 46. Phaeton. Wer geht nechst nach den fürsten?

Graffen. | Sol. Die sye graffen nennen. Die selbigen seind weniger dañ fürsten, vnd doch mer dañ gemeyner adel, einē gegen dem anderen zů rechnen. 30

§. 47. Der gemeyn Adel | Phaeton. Was ist aber der gemeyn Adel.

Sol. Dz ist der reütter ordē, ein grosse macht vñ sterche Teütscher nation. Dañ jr seind vil vnd geübt in kriegen, vber das, sicht man noch bey jnn einē scheyn alter tugent, güte gewöheit, vnd den Teütschen angeborne redlichheit. Di-

Redlicheit noch bey dem adel. | sen gefelt noch die alte Teütsch weyß, vnnd hassen alle frembde 35 sitten, wo die bey jn eynbrechen.

Phaeton. Ich sehe aber wol, das sye vilē verdrieß thůn.

§. 48. Sol. Das thůn sye.

---

[7] „Et si regnum in se dividatur, non potest regnum illud stare." Marc. III. 24. Cf. Matth. XII. 25. Luc. XI. 17. [10] poscunt *1. 2. sed in err. 1. corr.* [13 sqq.] Hæc anno cIↃ.IↃ.xx. scripta sunt.

PHAETHON. Et rapere aliis quæ sua non sunt violenter, alios bello persequi, et in iis principes viros, sed mercatores omnium maxime.

SOL. Et iccirco multos habent inimicos, qui detestantur ut immites eos et asperitate nimia intolerabiles.

5 PHAETHON. Quid non exigunt eos igitur? §. 49.

SOL. Quia partim nolunt, partim, si maxime velint etiam, non possunt.

PHAETHON. Qui nolunt?

SOL. Principes; utuntur enim ad sua tuenda horum unice opera, immo in his tota principum vis est; quare etiam eorum qui cui irascuntur, hoc 10 habent furoris sui instrumentum, hæc immittunt arma.

PHAETHON. Ita in aliorum excidium fovent hos alii?

SOL. Fovent. §. 50.

PHAETHON. Et latrocinia sunt hac de caussa apud Germanos et prædationes, grassaturæ, viarum obsessiones et turbæ multæ?

15 SOL. Hac de caussa primum, deinde alia item ratione.

PHAETHON. Qua illa?

SOL. Mercatorum odio, et civitatum quæ vocantur liberæ. §. 51.

PHAETHON. Quid mércatorum?

Phaeton. Vnd anderen das jr mit gewalt nemen, krieg vñ auffrür erwecken, auch wider die fürsten. Aber zů vœan vnd vor allen vervolgẽ sye kauffleüt.

20 Sol. Dardurch machen sye jnn auch vil feyhende. dañ sye die vn- | Kaufleüt.
gütig schelten, vnd vmb jrer rauhẽ weyß willen, vnzůleiden achten.

Phaeton. Warüb treyben sye die dañ nit auß? §. 49.

Sol. Darumb, das ein teyl das nit wöllẽ thůn, ein teyl es nit vormögen, ob sye gern wölten.

25 Phaeton. Welche wöllen das nit thůn?

Sol. Die Fürsten. Dañ sye einig die zů beschirmũg ires gewalts | Fürsten.
brauchen. Ja mag ich sagen, vff den steht die macht aller fürsten. Darumb auch vnter jnn welcher dem anderen feindt, nimpt diße zů jm, mit den er sich, als mit woffen weret.

30 Phaeton. Also helt sy einer dem andern zů verderbnuß?

Sol. Also. §. 50.

Phaeton. Vñ ist auß der vrsach solliche rauberey bey den | Rauberey bey teütschen.
Teütschen, vnsicherheit, anfallung? Vnd werden die strassen verlegt? Vil vnfridens gemacht?

35 Sol. Am meynsten auß der, wie wol auch auß einer anderẽ vrsach.

Phaeton. Welches ist die?

Sol. Auß hass der kaufleüt, vnd freyen stätt, als sye die nennen. §. 51.

Phaeton. Warüb hassen sye kaufleüt? | Kaufleüt vom adel verhasset.

---

[1] Cf. dialog. Prædones. [11] „Lupus est homo homini. Plaut. As. II. 4,88. [34] det a.

SOL. Quia enim exotica ista important et sericum ac purpuram aliaque nulli nisi ad luxum usui, corrumpere eos dicunt optimos nationis mores et peregrinitatem inducere ac propagare mollitiem, genti haud iniuria odibilem.

§. 52. PHAETHON. Neque non satis efficax est hæc odii caussa; sic fieri enim arbitror, ut cum se molliter curent multi, apud paucos maneat rerum strenue gerendarum cura, ac veteri abolita ac gentilitia virtute nova inolescat et peregrina turpitudo; iam apparet in hoc enim dissimilis sui Germania, quod sic vestiunt aliqui, ut ne dubium sit quam deforme accidat, in mores si transeat mutatio hæc.

SOL. Iam transiit.

§. 53. PHAETHON. Sed his rapiunt hac ratione equites; liberas vero civitates cur persequuntur? an quia cum in urbibus habitarent aliquando nobiles, expulsi a plebeiis inde ultionem hanc infligunt perpetuo?

SOL. Immo in urbibus non fuit unquam nobilitas, sed ut nunc dispersa rure agit; cur vero insectetur urbanam vitam ordo hic, alia caussa est.

PHAETHON. Quam audire ex te cupio, et mutuæ insectationis quæ se origo dederit nosse.

Sol. Vmb das sye außlendische war zů jnn bringen. als spetzerey, seydē, purpur, vnd andere, die zů nichtes, dañ einē vnnutzen pracht vnd überfluß gebrauchlich, verkerē die besten vñ manlichen sitten irer nation, mit einbringung außlendischer gewonheit, vnd eines weychen lebens, dem die Teütsche art von natur wider, vñ nit vnbillich, gehaß ist.

§. 52. Phaeton. Sye haben vrsach. Dañ ich kan selbs dencken, die weyl ir vil sich also zart vnd weychlich halten, das bey wenigen bleyb achtung strenger tugent. So dañ ir alte gewonheit, vñ angeborne tugent, also abgeht, mag bald newerung vnd außländischer brauch bey jnn aufkōmen. Dañ mich bedunckt schon etzliche von jnn seyē jnn selbs vnänlich, besonder mit der kleydung. darauß on zweyfel zů vermůten, das es jnn nit wol anstehenn wurt, wo sye jre sitten also verwandlen.

Weych leben zu den teütschen.

Vorwandlung teutscher sittē.

Sol. Sye seindt schon vast verwandlet.

§. 53. Phaeton. Aus angezeygter vrsach berauben sye die. Warūb vorvolgē sye aber die freyē stätt? Villeycht das etwa die edlen in stetten gewonet, seind von den gemeynen außgetriben, darumb meynen sye sich hinfür also ewiglichen an jnn zů rechen?

Der adel nie in stätten gewest.

Sol. Der adel deß orts hatt nie in stätten gewonet, sonder ist alwegen, wie auch yetzs, vff dem land zerstreüt gewest. Das aber die edelen den stättischen feyndt seind, ist ein andere vrsach.

Phaeton. Die begere ich vō dir zu hörē, vnd vrsach irer widerspänniheit erkennen.

---

§. 52.] Cf. Hutten. de Guaiaco cap. XIX. [XX.] [12] quia] ut in Italia nobiles. [25] abgeht a. [31] Auch a.

SOL. Audies. a principio nullæ fuerunt in Germania urbes, neque §. 54.
contigua fuerunt ædificia, verum sua cuique et secreta domus.

PHAETHON. Scio.

SOL. Nec tum mercatores accedebant qui peregre aliquid importarent,
5 utebantur apud se natis omnes, hisque solis, ferarum vestientes pellibus;
in cibo autem utentes quæ produxisset patrium solum, externa ignorabantur passim. quo tempore fraudabant nulli quempiam institores; quædam rigida fuit passim probitas, hanc sequebantur omnes; pecuniam nondum viderat quisquam, nec argentum habebant vel aurum.

10 PHAETHON. Hoc fuit optimum Germaniæ tempus.

SOL. Paulatim maritima ausi sunt vexare peregrini, et inire commercia §. 55.
ibi, inde apud alios ultra, donec adsuefacto infimo quoque et desidiam amante cœpit placere novitas, et recipi vulgo luxus consuetudo, ac late confestim ingredi depravate vivendi mos; qua occasione pagos coniungere
15 visum est, paulopost urbes construere, easque muris et propugnaculis firmare ac turribus et fossis communire. In quam conventionem, cum igna- §. 56.
vissimus quisque consensisset facile, quisquis aut genere bonus fuit aut

Sol. Du solt es hören. Anfänglich seind keyne stätt gar im Teütschē | Stät bey teutschen. §. 54.
land gewesen, alle bew von einander abgesündert, vnd hat ein yder seine wo-
20 nūg für sich vñ allein gehapt.

Phaeton. Das weiss3 ich wol.

Sol. Zů den selbigen zeyttē kamen keine kaufleüt zů jnn, | Alt gewöheit der teutschen.
die jnn etzwas frembdes brächtē. Sye begertē des auch nit, sond' brauchtē sich des jhenē so bey jnn wüchss3e, vñ des selbigē allein. Dañ jre kleydung was von
25 heüten vnd fellwerck der wilden bey jnn. Jre speyß auß vatterländischer erdē gewachsen, vnd in jrē lufft erzogē. Sye wüsten nichtes vō frembdē güterē, vñ ward zůr selbigen zeit nymant von den krämern vnd kaufleütē betrogē. Allein was ein strenge erberkeit, noch der helt sich yderman. Gelt w3 bey | Strenge erbarkeit.
jnn vngesehē. hatten kein silber noch golt.

30 Phaeton. D3 ist die beste zeyt der teütschen gewest.

Sol. Nachvolgens habē sich die außländer von tag zů tag mer vnd mer bey §. 55.
jnn zůgethon, vnd erstlich bey denen, so am gestaden des möres gewonet, angefaren, mit jnn zů handelen angefangen. Darnoch seind sye auch weyter kōmen, so lang, biß d3 erstlich den vntüglichen trägen vnd fürwitzigen, die newē ding
35 gefallen, vnd ist gewonheit des überflusses von gemeyenē hauffen angenōmen. Das hatt jnn anreytzung erstlich dörfer, darnoch auch stätt zů bauwen ge- | Stät in teutschen landen.
geben, die sye nachvolgens mit muren, polwercken, türnen vñ grābē benestiget, vnd sich also darein verschlossen. In welche versamlung alle trägen, | Weych leut in den stäten. §. 56.

---

[1] Tac. German. 16. §§. 54. sqq.] Similia Wackernagelius in Hauptii annalib. Germ. antiqq. IX. p. 530. sqq. [5] Tac. Germ. 17. [9] ibid. 5. [41] dörfie *1*.

animo præsens, patriæ consuetudinis tenax et aviti moris amans contumacissime adversus corruptionem restitit, indignum ratus turpem facere commutationem, proposuitque mordicus tenere ab antiquis tradita, nec disce-
§.57. dere ab ingenio. fuit ille autem, quotusquisque fuit, bellicæ inprimis gloriæ studiosus, pecuniæ contemptor, exercebatque se venando, et tranquilli impatiens odio habebat quietem, et convitio persequebatur otium; hinc discessio hæc facta, nam illis omnia novantibus hi contra rei indignitatem vetera adseruerunt.

PHAETHON. Quo motu ad arma perventum est, in quibus iam nunc utrinque desudatur? 10

§.58. SOL. Ut vides, movet enim fortes istos mollitiem apud se coli et luxuriæ operam dari. præterea in urbibus sunt mercatores ac reliqui omnis generis luxuriæ artifices; eos oderunt.

PHAETHON. Eiiciant.

SOL. Eiecissent iam ante multo, nisi muris clausi fuissent et ædificiis 15 defensi, quæ cum sint otiantibus illis præsidia, adfligendi eos relicta una est via, siquis egrediatur, corripere eum et diripere.

faulen, vnd vnstreitbaren verwilliget. Was aber von Edlem stam̃, oder dapferen gemüten, habē verstocklich bey irer vätterlichen weyß vñ gewöheit gehaltē, sich gantz
Absonderung des adels von stäten. | trötzlich wider angezeygte ergernuß gesätzt, für vnbillich geacht, ein 20 schandtliche veranderung der sitten, bey jnn zůgelassen werden, mit fürsatz, gebrauch der alten vest vnd hart zů hanthaben, vnd von eygener natur nit ab-
§.57. weychen. Wer dißer meynung gewest, dem haben krieg geliebt, hat dz gelt verachtet, sich mit iagen geübt, kein rů leidē mögen, die stille gehasset, den müssigangk gescholten vnd jm wider gewest. Da her ist zertrēnung kömen. Dañ 25
Die Stat. Der adel. | die stättischen haben sich newer ding geflissen, die Edlen dar gegen, als wider ein solliche vnbillikeit, ob dem alten herkömē gehaltē.

Phaeton. In welher beweglicheit es zů woffen, bey den sye noch gegen ein ander schwitzen, ist kömen?

§.58. Sol. Als du sichst. Dañ die starckmütigē haben verdrieß, dz ein zartes 30 lebē bey jnn aufkömen, vnd fleiß des überflusses geübt würt. Vber dz seind auch in den stätten kaufleüt vnd allerley künstiger, die zů dem überfluß helffen.
Feintschaft der stat. | Darumb sye die Edlen hassen.

Phaeton. So treiben sye die hinweck.

Sol. Das hätten sye vor langest gethan, wärē sye nit mit muren vnd ve- 35 stigungen vmbringet gewest. So nun die müssiger sich des selbigē behelfs ge-
Vrsprung der rauberey. | brauchen, ist allein der wege sye zů beleydigen überbliben, wo einer außwandlet, das sye den überzuchen, vñ beropfen.

---

§. 57.] Cf. Tac. Germ. 15. [6] huic *1. sed in err. 1. corr.*

PHAETHON. Utile videtur hunc esse mollibus illis metum, quo ne peiores adhuc sint in nimia securitate desidentes.

SOL. At obesse publico ipsi clamant, et quoddam interpretantur ingens §.59.
reipublicæ detrimentum.

5 PHAETHON. Ah quale detrimentum! quasi non consultum sit Germaniæ, ut uno omnia quæ isti peregre adferunt die, et cum iis ipsi illi ad extremam usque perniciem adducantur: sunt enim magnorum, ut video, malorum caussæ.

SOL. Ipsi contra bene mereri de patria se prædicant, hos habent in- §.60.
10 festos, ob idque extirpare cogitant et totam semel delere nobilitatem; ex quibus Fuccheri opes compararunt sibi, quæ alendis etiam exercitibus videantur et regiis ferendis sumptibus plusquam satis.

PHAETHON. Quibus rebus atque ista simul qua iuncti intra se tenen- §.61.
tur concordia, pervincent tandem?

15 SOL. Pervincerent, nisi cum fortibus esset hoc ignavis bellum.

PHAETHON. Atque omnes sunt qui in urbibus habitant, ignavi? nec fortitudo inest aut industria?

SOL. Etiam insunt hæc, neque nemo est in urbibus etiam frugi, sed

Phaeton. Meines bedunckēs, ist nit vnnütz, dz die weychen wollüstiger also
20 in forcht gehaltenn, vff das sye nit auß alzů grosser sicherheit noch erger werdē.

Sol. Sye sprechen aber, es sey nit für den gemeynen nutz, sonder bringe §.59.
dem gantzen land schadē.

Phaeton. Ach deß schadens. Als ob nit Teütschem land geholfen vnd geraten wär, wo vff einē tag, alles dz die kaufleüt außwendig hin- | Frembde wir bey teutschen.
25 eyn bringen, vnd auch sye mit der selbigen frembden war, zů äusserlicher verderbnuß kämen. Dañ ich syhe, dz sye vrsach viler übel seindt.

Sol. Hinwider berümē sich die jres verdinstes gegen dem vatterland, vnd §.60.
hassen die edlen. dencken die auch zů vertilgen. vnd etwa vff ein mal zů gleich, allē adel außreüten. Vnder den die Fucker reychtumb, gantze höz | Die fucker.
30 daruon zů halten, vnd künigklichen kosten zů füren, mer dann genůgsam, gesamlet haben.

Phaeton. Meynstu dañ nit das sye mit sollichem gůt, vnd eintracht, dar- §.61.
mit sye vnter einand' verwicklet seind, noch zů letst überwinden werden?

Sol. Sye würden überwinden, wenn nitt diße sach also gestalt, das | Furger uß Edlen.
35 die trägen vnd vntüglichen, mit den frischen, starcken, vñ streytbaren kriegeten.

Phaeton. Seind dañ alle so inn stätten wonen vntüglich? Vnd ist keyn sterche oder geystlicheit bey jnn?

Sol. Ja es ist auch bey jnn. Vnd nit sag ich, dz man nit red- | Sitten in Stätten.

[9] Ut qui hodie e milium aliorum ærumnis ditescunt. ἀπόνως τρεφόμενοι ipsi.
[16] Cf. Tac. Germ. 16. [16] Atqz *edd. malim* Atqui [37] geistlicheit] Mut, Mutigkeit.

more hominum fit ut ab inertibus plurimis opprimantur frugi et sollertes pauci.

§. 62. PHAETHON. Neque tantum ibi potest regina pecunia, ut adversariorum virtutem vincat, præsertim pecuniarum gratia cum fiant omnia?

SOL. Apud alios posset, Germanorum vero ea est integritas, quæ opinionis habeat et reverentiæ de virtute plus quam de pecunia; suspectosque habent, ut par est, locupletes istos, proverbium hoc in eos obiicientes, *ὡς οὐκ εἰσὶν οἱ παμπλούσιοι ἀγαθοί.*

§. 63. PHAETHON. Plane quædam est in his antiquæ adhuc virtutis species; latrocinia tamen, etsi robusta sit hæc improbitas, non laudo. præterea quod nimius esse rigor et centaurica quædam asperitas videtur, non placet; homines vero probarem, si adinvento consilio cogerent delicatulos istos et voluptarios corruptores, per quos fit ut male audiat Germania, aut relicta mollitie melius instituere vitam aut excedere Germania statim prius
§. 64. quam ad omnes perveniat depravationis contagio. omnino autem arcere peregrina eos convenit et excludere, ac luxuriæ instrumenta auferre; iam valde enim displicet ipsi mihi quod sic laute video curare quosdam se et

liche leüt in stätten finde, aber als der welt lauff ist, weichen die wenigē redlichen, vilen vntüglichen.

§. 62. Phaeton. Vnd das künigklich gelt, von deß wegen doch alle ding geschehē, vermag so vil nit bey jnn, das es die geschicklicheit der widerwertigen überwinde?

Gelt bey Teütschen. | Sol. Bey andern nation vermöchte es das wol. Aber Teütschen habē noch die redlicheit bey jnn, das sye tugent in grössern eren vnd achtung, dañ das gelt haben. Sye haben auch (wie dañ billich) alle reichen in einem ver-

Reych seltē redlich. | dacht, vñ werffen jnn das sprich wort für, das die reychen solten red-
§. 63. lich sein. Fürwar ist ye noch abbildung der alten tugent, bey dißē edlē. Wie-

Rauberey. | wol ich die rauberey (vnangesehen, das es ein manliche vnd hertzenhafftige vnfrōmkeit genēt wurt) nit lobe. So behagt mir auch eines nit, das

Der adel rauch. | sye also rauch, vñ vnfrüntlich seind, vnd haben ein Centaurische hertikeit an jnn. Vast wölt ich sye aber loben, weñ sye möchten rat findē, damit sye alle die zarten verweneten, vnd wollüstiger, von den sich andere ergeren, die auch Teütschem land ein böses geschrey machen, bezwungē, das sye entweders vō dem weychen leben liessen, vnd ein besser wesen an sich nämen, oder aber baldt auß dem land weichen müsten, ehe dañ die reüdikeit irer ergernuß weyter vmb

Frembde gewonheit ab zu thun. | §. 64. sich griffe. So ist es gäntzlich irer gebür zů achten, domit der werckzeüg des überflusses abgenōmen werd, alle frembde ding vnd gewōheit, hin

---

[1] solertes 2. [2] reg. Pec.] Hor. epist. I. 6, 37. cf. Aristoph. Plut. 230. *ὦ κράτιστε Πλοῦτε πάντων δαιμόνων.* [7] locupletos *1. 2. sed in err. 1. corr.* [8] *ὡς οὐκ*] Plat. de LL. V. 743 C. „Perdivites bonos viros non esse". Cf. Matth. XIX. 24. *etc.* [25] solten r. sein] i. e. nicht r. sind. [29] Centaur.] Cf. supra p. 271. §. 4.

patrio postergato ritu externos admittere ac pessimos turpiter mores, et hoc studere ut peregrina malint flagitia æmulari quam patriam retinere virtutem. adde quod sic fiunt non imbelles tantum, sed effœminati etiam. Ecce autem præter gentis morem astutos video hos fingere et fallere ad-
5 modum perite, qui plane indigni sunt Germania, nisi confestim mutent mores; nam infame reddunt nomen hoc et antiquam claritudinem obscurant.

SOL. At sacerdotes vide quanto sunt his adhuc nequiores: penitus ni- §. 65.
hil publico conferunt hi, sed in totum cessant, crapulæ, somno et luxui servientes, aguntque convivia et pergræcantur, amicas fovent, parasitos alunt,
10 se opipare pascunt, voluptatibus addicti, effœminati delitiis et libidinibus perditi, homines bruti ac pene ab humanis ritibus alieni. horum est unice §. 66.
luxus, mollities horum et delicata quies, ac otium suavitate comparatum καὶ μεμαλαγμένος βίος; his omnia oportet esse secura, grata, et iucunda omnia, duritiem non ferunt, laborem fugiunt et difficultatem declinant,

15 zů nemen, vnd ab zů thůn. Dañ mir selbs übel gefelt, das ich etzliche, ir so zartlich warten sehe. vnnd vätterliche gewonheit zů ruck geschlagē, außländische weyß, vnd böse sitten in gebrauch lassen. sich des fleyssen, das sye lieber wöllē, außländischem mißleben volgen, dañ angeborne tugent behaltē. Vber das werden sye vō sollichem überfluß, vñ vngewönlichem leben, nit allein an le- | Vberfluss bey teütschen.
20 ben schwach, sonder auch an gemüten weych vnd vntüglich. Nim war, ich sehe auch etzliche, wider landßgewonheit vntrew vñ trugenhafftig, die vast | Etzlich untrew teütschen.
geschickt seint, andere zů betriegen, vñ vervntrewē. die achte ich, wo sye jre sitten nit anderen, vnwirdig dz sye teütschen genēnet werdē. Dañ sye bringē den löblichē namen in ein böß geschrey, vnd verfinsterē die klarheit teütsches
25 gerüches.

Sol. Wie aber die geystlichē? Die noch vil schnöder dañ dißē. | Geystlichheit bey teütschen. §. 65.
Dañ von jn kompt gar kein nutz, es ist auch ir gantz kein gebrauch in gemeyn. vmb dz sy gantz müssig gehē, der fresserey, dem schlaff, vñ der vnkeüscheit thienēd. pflegē stäts würtschafft vñ pancket zůhaltē. schlēmē, prassē, bůlen, | Der pfaffē leben.
30 vñ habē schmeichler bey jn. essen vñ trinckē schleckhafftig vñ wol. habē sich dē wollust vntergebē, vñ seind durch böße anreytzūg weybisch wordē. durch vnkeüscheit verderbt. lebē wie die vnuernünfftigen thyer, vnd nahet gantz anders dañ menschen pflegen. Dißē geben jn einig zů den überflussz, weych leben, | Zartheit der pfaffē. §. 66.
zarte rů, vnd ein lustigs wesen. Sye wöllen auch in allen dingen sicherheit,
35 vnd das an keinem ort anders dañ nach irem lust vnd gefallen gehe, haben. Dañ härtigkeit mögen sye nit leiden, flyehen arbeit, vñ vmbgeen alle beschwärung. Was hartt, scharpff, oder rauch ist, macht jn vngedult. Sye hassen nüchter vnd erber lebē, meyden alle vnrů, vnnd seind von gemüten also zartt, dz

---

[13] κ. μ. β.] et emollita vita. *Frequentius* μεμαγμένος βίος (pinsa vita).

asperitatis impatientes sunt, frugalitatem detestantur, inquietudinem abhor-
§. 67. rent; ne strepitum quidem ferunt animo æquo; sollicitudo una est lautissime penum instruere, ut sibi per omnia molliter sit; indulgent itaque genio ac abdomini famulantur, et ingluviem fartiunt, epulis distenti, balneis soluti et unguentis obliti, cubantque supine. his omnis circunfluit copia, abundanter omnia adsunt, hæ inprimis adagio etiam iactitatæ pontificales cœnæ. quid enim refert, ex hac intemperantia quod animis sunt interim stupidi, ingeniis hebetes et mente tardi? venter his deus est.

§. 68. PHAETHON. Nitidos video, elegantes, bene curata cute, glabros, pingues, succulentos, leves, teneros, et extreme molles; verum imbecilles sunt interim, nec alieni a morbis, ni fallor, quales ii apud Græcum poetam,

ποδαγρῶντες.

καὶ γαστρώδεις, καὶ παχύκνημοι, καὶ πίονές εἰσιν ἀσελγῶς.

§. 69. credo ab intemperantia ægrotant. Profecto dedecet nationem hanc ordo hic, quem cur ferunt diutius?

SOL. Pietatis reverentia ferunt.

War für die pfaffe sorgen. | §. 67. ſye auch ein klein bekümernuß nit leiden mögen. Einige ſorgfeltigkeit haben ſye, wie es wol in keller vñ küchen ſtehe, vnd dz iren ye wol außgewartet werde. Hyerumb ſye, außgeſchlagen alle andere ſorg vnd gedenckē, pflegen allein ires gluſts, thienen dem ſchleck vñ der freſſerey, gedencken wie ſye ſich

Geschäfft der pfaffe. | füllen, vnd ſtäts vol gütter ſchmackhafftiger ſpeiß pfropffen. Ire geſchäfft iſt auch ins bad gehen, ſich mit gütem geroch belüſtigen, vñ vff den rucken ligen. Diße mögen kein gebrechen leiden. Vñ all ding müſſz überflüſſig bey

Bischoffliche pancket. | jn ſein, zůnoran, wie das ſprichwort inhelt, Biſchöffliche pancket. Dañ wz ligt jn doran, dz ſye von ſolichem vnmäßlichem, vnordenlichem leben, grob, vnd ſychiſche ſinnen bekommen? dz ſye ſtumpff an vernunfft, vñ dum̃ von köpf-

der bauch der pfaffe got. | fen werden, der bauch iſt doch ir gott.

§. 68. Phaeton. Ich ſehe ſye wol glatt vßgeſtrichē, hübſch, reyn, wolgewartet, bätzicht, feyßt, ſafftig, gleyſſend, zart, vnd überauß weych. Aber vnder des ſchwach von leib, vñ mich betryeg dañ alles mein beduncken, ſeind ſye vilen kranck-

Kranckheit der pfaffen. | heiten vnterwürfflich. gleich wie der von dem der krychiſch poet ſagt,

Podagriſch, bäuchich, feyßt, vnd ſchwer,
Mit gſchwollen ſchenchlen, gſuntheit lär.

Vnd kompt jnē ſollichs villeycht von irem vnmäſſigen, überflüſſigem, vnd vnkeü-

Die pfaffe verstellen teutschlnt. | §. 69. ſchem leben. Fürwar iſt diſer ord ein verſtellung vnd vnzyer der gantzen nation. Warumb leiden aber Teütſchen diße bey jn?

Sol. Gott, vñ der geyſtlicheit zů eeren.

---

[3] Cf. Serv. ad Verg. Georg. I. 302. Pers. sat. V. 151. [6] pontif. c.] Cf. Horat. Od. II. 14. i. f. „pontificum potiore cenis". [8] Paul. ep. ad. Phil. III. 19. [9] Cf. Hor. epist. I. 4, 15. [11] poet.] Aristoph. Plut. 559. sq. „podagrosi, ventriosi, crassis

PHAETHON. Nemo posset apposite magis vivere contra vetus Germanorum institutum; atque igitur hic fallit adagium, mores hominum regioni respondere: nam his Germanum nihil adest, et si omnium maxime florent ac opes habent; videntur autem et avari esse ac rapaces.

5 SOL. Ut qui maxime.

PHAETHON. Hi vero qui vestitu distinguuntur, quos etiam Italia habet §. 70.
et fratres vocat, quanto sunt hic quam usquam alibi plures, utque discurrunt, agunt et satagunt.

SOL. Helluones et ipsi, inertes, gerrones, nugatores et nihili.

10 PHAETHON. At magni esse ibi momenti videntur.

SOL. Plane videntur, ob persuasas multitudini superstitiones, quibus illi quibusdam veluti præstigiis fascinant hominum mentes et extreme infatuant.

PHAETHON. Quiddam video in aures quosdam susurrare his, ut aliis item §. 71.
sacerdotibus, quod quale est?

15 SOL. Confessionem vocant: nam quid peccarit quisque intelligere hos

Phaeton. Kein weßen möcht gerichter der alten Teütschen gewonheit entgegen sein. Der halben das sprichwort (darinnen man sagt, Ländtlich sitt- | Ländlich sitlich.
lich. oder, Die sitten arten sich nach dem land) bey dißen nit statt haben mag. Dañ sye habē nichts teütsches an jn, wiewol sye für andern das lustigest wesen
20 haben, am reichsten vñ gewaltigsten seind. Mich bedunckt sye seyen auch geytzig vnd gelthungerig. | Geytzikeit der pfaffe.

Sol. Mer dañ kein andere.

Phaeton. Die aber mitt kleydung vnderschyden seint, der ich auch vil in §. 70.
Italien sehe, do man sye brüder nēnet, der seint auch mer in Teütsch- | Die Munich.
25 land dann anderßwo. Sych wie lauffen sye hin vñ wider, als ob sye vil zů schaffen hetten, vñ machen sich an allen örteren zůthätig.

Sol. Das seind auch volle fleschē, vnnütz, träg, kläffer, lugenträger, vñ loße fischer.

Phaeton. Noch seint sye aldo wol gehaltē.

30 Sol. Vast wol. Vß vrsach, dz sye dē gemeynen volck vil | Wie sich die münich zuthun.
mißzglauben jnsprechen. damit sye dañ, als mit einer bezauberung, die gemüt der menschē betörē, äffen, vñ außwendig rechter sinlicheit verleyten vñ verfürē.

Phaeton. Was bedeüt dañ dz ich jn etzliche sehe in die oren murmelē, wie auch anderē pfaffen? §. 71.

35 Sol. Das heissen sye beychten. Dañ es würt für ein geystlich vñ | Von der beychte.
gotts förchtig ding angesehen, das ein yeder was er gesündet hab, dißen zů er-

---

suris et supra modum obesi". γαστρῶδες et πίονες ἀσελγώς, edd. Cf. Plaut. Asin. II. 3, 20. [2] adagium] Similia sunt Græca Χώρα καὶ νόμος. Ἔπου χώρας τρόποις. Καὶ τῶν φυτῶν τὰ σπέρματα καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι ταῖς χώραις συνεξομοιοῦνται. [9] Cf. Ter. Heaut. V. 4. 10.

pietas est; nec ibi quid fecerit tantum, sed cogitare etiam quid ausus fuerit: ita occultorum suorum oportet adhibere hos quemque arbitros.

§.72. PHAETHON. Hoc fert quispiam, arcana sua ut his talibus detegat?

SOL. Omnes ferunt religione quadam et disciplina Christianorum perveteri.

PHAETHON. Illi vero sic edocti non produnt ea? 5

SOL. Ut firmus quisque est vel incontinens, ita aut retinet quod intellexit, aut effluere patitur.

§.73. PHAETHON. Certe periculosum est secreta committi his, et aliorum arcana callere eos, præsertim temulentos. quid? mulieres etiam video audire eos. detestor hunc ritum. quibus vero demulcent capita ipsi, eos quid faciunt? 10

SOL. Innocentes reddunt, puros et a peccato liberos.

PHAETHON. Nocentes qui erant prius et criminibus devincti?

SOL. Eos ipsos, et 'absolvere' hoc vocatur.

§.74. PHAETHON. Quid ais? solvere a criminum nexibus posse alios qui sic ipsi vivant? 15

SOL. Habet hoc religio.

kennen gebe. vnnd nit allein was er mit der thatt begangen, sonder auch was jm in gedencken gewest. Vnd also müss yederman, disse aller seinẽ heymlichei-
Den Munichs heymlicheit offenbaren. | ten mitwissend habẽ.

§.72. Phaeton. Mag yemant des überredt werden, dz er disem lossen gesellen 20 seine heymlicheit offenbare?

Sol. Alle mentschẽ thůn das, auss ordenůgen vnnd aufsätzungẽ der geystlichen, auch alter gewöheit.

Phaeton. Wenn sye aber heymliche ding also erfaren, offenbaren sye die nit weyter? 25

Sol. Darnoch ein yeder gehäb vñ verschwigẽ ist, oder herwider loss vñ schwatzhafftig, würt es behalten oder aussgeschutt.

§.73. Wie munchen zu vertrawẽ. | Phaeton. Sere ist es aber färlich, heymlicheit dissen entdecken, vnnd sye verborgener sachen bekündigen, zů vorzan, so sye gern wein trincken vnd
Wyber beycht hören. | voll seint. Wie aber, das ich sye auch die weyber beycht hörren sehe? 30 Fürwar disse gewonheit müss ich schelten. Den sye aber ire heüpter begriffen, was machen sye auss den selbigen?

Absolutz. | Sol. Reyn, lauter, vnschuldig, vnd frey von allen sünden.

Phaeton. Ob sye schõ vorhin beflecht, schuldig, vnnd in banden der sunden, verstrickt gewesen? 35

§.74. Sol. Ja die selbigen. Vñ das heyssen sye absoluiren.

Phaeton. Was sagstu yemer, die selbs also erlich leben, andere mögẽ vss gefängnüss der sünden erledigẽ?

Sol. Das gibt der glaub.

---

[4] perv.] Cf. Leonis I. [a. 440...461.] ep.168. c. 2. Ad sq. [12] Ter. Heaut. III. 1, 13.

PHAETHON. Non placet. proinde opus esse nationi huic publica morum emendatione reor, nec ferendum ut otiosi tot sint qui aliorum abligurientes bona frugis ipsi bonæ pariant nihil, exterminandosque opere maximo peregrinos istos luxus et mollitiem externam longissime relegandam, commu-
5 nem Germaniam ad pristinum suum robur, antiquam virtutem revocandam.

SOL. At ab antiquo potores sunt ac temulentiæ dediti, neque unquam §. 75.
flagitium apud Germanos fuit inebriari.

PHAETHON. In uno eo discedant a vetustate, reliqua teneant.

SOL. Nimis magnos Germanos reddes, si tales reddes. est hoc pro-
10 prium illis vitium, ut fraus Italis, furacitas Hispanis, Gallis fastus, aliis alia.

PHAETHON. Si quidem adesse vitium oportet, malo esse hoc quam istorum quicquam; etsi hunc illis morbum adimere diem puto, ut alias hominibus ægritudines, vel te sperare hoc iubente. Sed ad concilium et §. 76.
legatum hunc Leonis redeamus: quiddam de pompa clamat huc, iracun-
15 dia percitus, pater, et ira inflammatus, atque adeo nobis eum irasci arbitror, nam huc suspicit.

SOL. Mihi succenset: audi vero quid loquatur homuntio: quiddam minatur sublato supercilio insolenter.

Phaeton. Ich lobe es nit. Darumb würt disem land einer | Dz teütschland einer reformation bedörffe.
20 reformation, vnd besserüg gemeyner sitten von nöten sein. Vnd ist nit zů leyden, dz also vil müssiggänger seind, die der andern gůt | Mussiggenger. vnd hab verprassen, vñ doch sye keinen nutz noch frucht geberē. Vnd wär den Teütschen heylsam vñ gůt, das sye mit angehengtem fleyss fern vonn jn triben, den frembdē überfluß, vnnd die außländischen weyche des lebens, ir wesen wi-
25 derumb zů der vorigen starckmütikeit, vnnd alten tugend brächten.

Sol. Es seind aber Teütschen von alter her trüncker, vnd der fullery geflyssen. §. 75. Ist auch bey jnn nye schand gewesen, trunckē sein. | Fullerey bey den Teütschen.

Phaeton. In dem selbigen einig söllen sye von alter gewonheit weichen, sunst die in allē stucken gestrenklich halten.

30 Sol. Teütschen würden vil zů groß vnd löblich, wo du sye dar zů brächtest. Dißer gebrechē ist jnn angeborn, als den Italianer betrug, | Der teutschē natürlich gebrechen. Hispaniern dieberey, Frantzosen stoltz vnd übermůt, anderen andere mängel.

Phaeton. Müessen sye dañ ye ein gebrechenn haben, so wölt ich jnn noch lieber dißen, dañ der einen, die yetzo genēt, zů lassen. Wie wol ich hoffe,
35 die zeyt, die alle gebrechen der menschen hinnimpt, werde jnn dißes | Die zeyt. auch abbringen. Also wöllen wir nun wider an den reychs tag, vnd des Papstes Legatē. §. 76. Der selbig (nym war, vatter) ist zů vnwillikeit bewegt, vnd erhitzet durch zorn. Dañ er rüfft etzwas auß der procession herauff, vnnd ich glaub gäntzlich, er sey über vnß erzürnet. Dañ er sycht gegē vns.

40 Sol. Ja er zürnet über mich. Darüb hör doch was das mänlin sagt, wie es mir mit gerüntzeleter styrnē, vnd gantz stöltzlich trewet. | Der legat zornig über die Sunnen.

§. 77. CAIETANVS. Quem oportuit ad primum quemque meum nutum elucescere, solito etiam clarius et magis splendide.

SOL. Quid ais, Legate? quid ais? mihin' hæc tu obiicis?

CAIETANVS. Tibi? quasi conscius tibi non sis ingentis piaculi.

SOL. Profecto non sum, nisi quid meruerim dicas. 5

CAIETANVS. Tandem, inquam, prodis, improbe? tandem ostendis mundo te? quem oportuit ad primum quemque meum nutum elucescere, solito etiam clarius et magis splendide?

§. 78. SOL. Non video quid peccarim.

CAIETANVS. Non vides? qui decem nunc totos dies ne unum quidem 10 radium ostendisti mihi, ita obducens de industria omnes tibi nubes, ac si invideas mundo lucem.

SOL. At astrologorum est ea culpa, siqua est, nam hi calculando invenerunt tale hoc fore tempus.

§. 79. CAIETANVS. At magis oportuit videre te quid vellet pontificis Legatus, 15 quam astrologis quid conveniat. scin' Italia exiens quæ interminatus sum tibi, ni vehementi ardore intempestive frigescentem Germaniam recalfaceres ac æstiviorem mihi redderes, ne Italiæ necessario teneret me desyderium?

§. 77. Caietan. Der du solteſt vff mein erſtes winckē, ich geſchweyg gebot, auch klarer, vñ hāller dañ du ſunſt pflegeſt, erſchinē. 20

Sol. Was ſagſtu, legat? Wz ſagſtu? Redeſtu diſſe wort zů mir?

Caietan. Zů dir? Als ob du dich nit einer groſſen miſſethat ſchuldig wäſteſt.

Sol. Fürwar weyß ich nichts, du ſagſt mir dañ wz ich übels begangē hab.

Caietan. Ich ſprich alſo. Geheſtu zů letſt ein mal herfür, du bösſwicht? 25

Der legat schilt die Sunnen. | vñ erſchineſt d' welt? der du ſolteſt vff mein erſtes winckē (ich ſchweyg gebot) auch klarer vñ heller, dañ du pflagſt, erſchinē.

§. 78. Sol. Noch ſehe ich nit, was ich übels gethan hab.

Caietan. Sychſtu es nit? der du in zehē gantzen tagē, nit einē ſtrimen deines ſcheyns bewiſen, haſt mütwilliklichē allē wolckē für dich gezogē, als ob 30 du d' welt dz liecht vergundeſt.

Die sternē gücker. | Sol. Dz iſt d' Aſtrologē vñ ſternēgucker ſchult, wo es and's ſchult iſt, dañ die habē in jrē practiken alſo geſetzt, dz ich diſſe zeyt nit ſcheinē ſöll.

§. 79. Caietan. Du solteſt aber mer gedocht haben, was eins Bapſtes Legat wölle, 35 dañ was den ſternenguckern gefalle. Weyſtu nit do ich aus Italien zohe, was ich dir trawet, wo du nit mit groſſer hitz Teütſch land, das zů vnzeyten kaltt iſt erwörmeſt, vnd mir das gantz ſumeriſch mächteſt? vff dz ich nit wider in Italien begerē dörfft.

[7] Lepida est hæc insanientis legati turgidorum verborum quasi epica repetitio.

SOL. Neque hoc animadverti quid præciperes mihi, neque unquam scivi quemquam mortalem soli imperare.

CAIETANVS. Non scivisti tu? atque hoc ignoras, episcopum Romanum (qui nunc omnem suam in me vim transfudit legatum a latere) et cælo quæ velit et terra ligare potenter ac solvere?

SOL. Audieram, sed non credebam esse quod ille iactitaret, neque §. 80.
enim adhuc quemquam mortalium quicquam hic immutare vidi.

CAIETANVS. Etiam non credis, male Christiane, tu? quem oportet, talis cum sis, excommunicatum statim Satanæ tradi.

SOL. Satanæ tu trades me cælo deiectum? et solem, quod aiunt, e mundo auferes?

CAIETANVS. Equidem faciam, nisi veniam petes a me confessione sta §. 81.
tim facta uni ex copiistis meis.

SOL. At ubi confessus ero, quid tum fiam?

CAIETANVS. Pœnam tibi infligam dies aliquot iubens aut ieiunio macerare te, aut laborem quempiam ferre, aut peregrinationibus fatigari, aut eleemosynam expendere, aut verberari etiam pro delictis.

SOL. Dura conditio: post vero quid dabis?

Sol. Gar nichts nam ich acht, was du mir geboteſt, ſo hab ich auch nit gemeynet, das ein tödtlicher menſch über die Sonnen gebyeten mög.

Caietan. Haſt du das nit gemeynet? vñ dir iſt vnbekant, einen Römiſchen biſchoff (der dann yetzo alle ſeine macht in mich ſeinen Legaten, | Bäpstlich macht.
gegoſſen hat) in himelen vñ vff erden, was er wöll binden vñ löſen mögen?

Sol. Wol hab ich darvon gehört, glaubt aber nit, dz es alſo wär, wie er §. 80.
ſich berümpt. Dañ ich noch nye geſehē hab, einen ſterblichen menſchen, etzwas hye oben verwandelē.

Caietan. Wie? Glaubſtu das nit? O böſer chriſt, den man vmb | Die sunne ein ketzer.
dz du ein ketzer biſt, verbänen, vnd dem teüfel geben ſoll.

Sol. Wolteſt du mich vom himel werffen, vnnd dem teüfel geben? vñ, als man ſpricht, die Sonnē von der welt nemē?

Caietan. Fürwar wil ich es thün, wo du nit bald einem von | Die Sunn muss beychten. §. 81.
meinen ſchreiberen beychteſt, vñ bitteſt ein abſolutz von mir.

Sol. Wañ ich dann alſo gebeycht hab, was wilt du darnoch vß mir machen?

Caietan. Dann wil ich dir ein büſſz auff ſetzen, dz du ettwo | Die sunnen absolviere
mit faſten erhungereſt, oder yerget ein ſchwäre arbeit thüeſt. oder dich mit walfart beſüchung ermüheſt. oder aber almüß gebeſt, oder etzwas zů dem Türckiſchen kryeg jnlegeſt. oder gelt gebeſt in den Ablaß, darvon man ſanct Peters münſter, das zů Rom verfallen, widerumb bawen wil. oder wiltu das gelt ſparen, das du dich für deine ſund laſſeſt mit rüten ſchlagen.

Sol. Das iſt eine harte ſach. Was würſtu aber darnoch mit mir thün?

[10] *Wenn die Sonne vom himmel fiele, säßen wir alle im dunkeln.* Cf. Ov. Met. II. 35. 290. sqq.

CAIETANVS. Innocentem dicam tandem, et purum reddam.

SOL. At soli lumen inferes tu scilicet?

CAIETANVS. Si videbitur, etiam hoc vigore facultatum quas mihi concedit X. Leo.

§. 82. SOL. Nugæ! sic arbitraris fatuum quemquam mortalium etiam istorum, ut hæc te posse credat, nedum solem omnia desuper intuentem? proinde elleborum bibe, insanire mihi enim videris.

CAIETANVS. Insanire? de facto excommunicatus es, irreverenter loquutus pontificis legato; itaque magnis et inexpiabilibus alligasti te execrationibus, quem ego excommunicatum paulo post pronuntiabo solenniter, aliqua advocata concione, in publico, quod sic commotum me reddideris.

§. 83. PHAETHON. Oppedendum contra has, pater, minas duco: quid enim posset in divos mortalis homuntio?

SOL. Immo contemnere oportet eum, etsi misericordia dignus videtur, ut ex morbo qui insaniat.

PHAETHON. Quo ex morbo?

SOL. Avaritia laborat: quia itaque arridere sibi in Germania negotium, ut se expleat, non videtur, in furias agitur et insania percitus est.

Caietan. Dañ werde ich dich vnschuldig sprechen, vnd gantz reyn machē.

Die Sunen erleuchten. | Sol. So würstu dem sprichwort nach, der Sunnē liecht geben?

Caietan. Ja wie du sagst, wo es mir gefelt, auß krafft meyner facultäten, die mir der zehend Lew gegebē hat.

§. 82. Sol. Welche geücherey höre ich do. Meynstu yemant, auch von den tötlichen menschen, so närrisch sein, das er dich dißes vermögē glaubt? Ich geschweig der sunnē, die alle ding von oben herab übersicht. Laß dir ein purgatz

Ein purgatz von niszwurtz. | von niswurtz eyn geben. Dañ mich bedunckt, du werdest vnsinnig.

De facto im bann. | Caietan. Vnsinnig? Du bist de facto im bañ. Dañ du hast vnersamlich zů des bapstes legaten geredt, darmit du in grosse vñ vnaußläschliche vermaledeyung gefallen bist. Der halbē ich dich auch über nit lang offenlich, vñ

Die Sunnē verbänen. | mit einem geyreng, in einer grossen versamlūg, vmb das du mich erzürnet hast, als einēn verbantē man verkündigen wil.

Redt als ein furman. | §. 83. Phaeton. Vatter, dißen trawwortē solt ich entgegen fartzen. Dañ was solt ein armes menschlin gegē den vnstärblichē creaturen vermögē?

Sol. Vil mer wöllen wir jn verachten. Wie wol sich zů erbarmen, das er von kranckheit also vnsinnig worden ist.

Phaeton. Von was kranckheit?

Des legaten krackheit. | Sol. Er ligt am geytz kranck. Die weyl jm nun sein sach in Teütsch land, das er sich erfülle, nit für sich gehen wil, ist er in einen grim̄

---

[2] Ἡλίῳ φάος δανείζεις. Apostol. VIII. 51. Solem facibus adiuvare. *et sim.*

[7] elleb.] Cf. p. 271. §. 7. [12] Cf. Hor. sat. I. 9, 70.

sed deridebo hominem. quid ais, pater sancte? indicta caussa me damna- §. 81.
bis? aut quid tale merui?

CAIETANVS. Hoc enim quod dixi. caussam autem multi, quos damnant pontifices et eorum legati, non dicunt.

5 SOL. Atqui iniquum hoc esset, nisi vos faceretis. mihi autem propitius sis quæso, et veniam da.

CAIETANVS. Hoc agendum erat et orandum ut ne perires. itaque post hac iubeo me observes, ubiubi sum. nunc autem in Germania claros ut dies facias, §. 85.
ac vi caloris tui frigus arceas, quod sub ipsum nunc etiam Iulium me infestat.

10 SOL. Prius fecissem hoc idem, sed multa arbitrabar clam facere te, quæ nolles videre homines in Germania; itaque verebar si nimium clare lucens ostenderem ea illorum oculis, ut abiret hoc tibi haud impune.

CAIETANVS. At vero quæ arcana ego habeo qui posses ostendere aliis, cum ignores ipse?

15 SOL. Cum ignorem? et te ego nescio Carolum impedire nunc, quo §. 86.

kommen, vnd nachvolgens zů vnsinnikeit bewegt. Aber ich wird sein meyster §. 81.
spotten. Was sagstu, heyliger vatter? Woltestu mich also vnverhört vnnd on schuld verdammen? | Der bäpst verdampnusz.

Caietan. Wie ich gesagt. So läst man sye auch nit alle zů verantwor-
20 tung kommen, die durch den Bapst vnd seine Legaten verdampt werden.

Sol. Das wer aber vnrecht, weñ es nit von eüch beschäch. Aber mir, bitt ich, wöllestu dißes mal genädig sein, vñ meyne sünd vergebē.

Caietan. Yetzo erst redestu recht. Dañ wer nit verdampt sein wil, müßz genad biten. hyrumb gebiete ich dir, dastu mein hinfür acht ne- | Der legat gebeut der Sunnen.
25 mest, ich sey wo ich wöll. vnd yetzo, die weyl ich in Teütsch land bin, so §. 85.
mach schöne tag, vnd mit krafft deiner wärme treyb auß die kelt, die mich yetzo noch mitten im heumonat ansichte.

Sol. Warumb verbannestu deñ nit die kelt? | Ein stich vff den legaten.

Caietan. Da laßze mich nach denchen. Du warte deß, so ich dir yetzo benelhe.

30 Sol. Ich hette es vor langem gethan, so bedachte ich dastu vil heymlicher ding beginnest, die du nit wöltest, das gemeyn volck d' Teütschen von dir sehen. Der halben ich forchte, wo ich klar erschine, vnd die selbigen deine heymlicheiten, den augen der menschen anzeygte, das es dir nit wol außginge.

Caietan. Wie möchtestu mein heymlicheit andern anzeygen, so du die selbst
35 nit weyst.

Sol. So ich die nit weyß? Meynstu ich wisse nit, dz du yetzo künig | ☞ §. 86.
Carlen verhinderen wilt, dz er nit nach dem willen seines Anherrē, | Nota keyser Karlen.
zů Römischem künig gewölet werde? Das du dich auch sunst vil vnterwindest,

---

15 ignor.] Cf. p. 278, 1. Car. imp.] Cf. vol. I. p. 379. §. 27. vol. II. p. 42. §. 31. Maximilianum de nepote suo eligendo diu multumque sollicitatum fuisse satis notum est; sed *nunc* Carolus iam successit. 28 sq. Hæc Germanice tantum extant.

minus ab avo destinetur ei successio, et multa præterea conari, quæ si resciscant Germani, si non aliud, certe infense oderint?

CAIETANVS. Oderint, dum metuant; tu tamen huiusmodi ne prode; si contra facias, anathema sis.

PHAETHON. Qualem audio tyrannum!

§.87. CAIETANVS. Quinetiam tela iubeo expedire te et pestilentiam excitare, ac repentinas inferre Germanis mortes, ut sacerdotia vacent et novis pensionibus locus sit, ac Romam veniant pecuniæ, aut mihi etiam aliquid ut obiiciatur hic: iam diu est enim quod non moriuntur multi satis opulenti apud barbaros sacrifici. Audis, an?

SOL. Attonite.

§.88. CAIETANVS. Sed in ipsos iaculare primum episcopos, ut emantur pallia, et sacerdotum præfectos interfice, ut sit unde habeant novæ pontificis creaturæ emolumentum: omnino enim prospicere illis oportet, in necessarios sumptus pecunia ut sit.

SOL. At ubi pestem faciam, nubila opus erit inducere ac nebulas conspergere in terram et caligine cælum obumbrare, quod metuo ut te offendat tunc intemperies.

das wo die Teütschen wüsten, thäten sye nit mer darzů, würdē sye doch vffs wenigst feyntlich hassē.

Oderint dum metuant. | Caietan. Lass sye mich hassen, noch dannoch müssen sye mich ☞ | dar nebē fórchten. Wiewol ich nit haben wolt, das du solliche ding offenbarest. Thůstu es dar über, so biss im bann.

Phaeton. Welch einen tyrannen hóre ich da.

§.87. Caietan. Auch gebiete ich dir, das du pfeil zů richtest, vnnd den Teüt-

Pestilentz in teutsch land zu machen. | schen pestilentz vnnd gehen tott zů schiessest. vff das vil pfrůnden vnd geystlicher lehen ledig werden, damit sich pension begeben, gelt geyn Rom gefalle, vnnd auch mir alhie etzwas werde. Dann es seindt yetzo lange zeyt her

Nit genug pfaffen sterben. | nit genůg pfaffen im Teütschē land gestorben. Hórestu wz ich dir sage?

Sol. Fleyssiglich.

§.88. Caietan. Aber erstlich scheüss zů denn Bischóffen, das die Pallia gekaufft werdenn. Vnd triff die pròbst vnnd reichen prelaten, vff das die newen crea-

Des bapstes Creaturen new Cardinel. | turē des Bapstes zů leben habē. Dann man müss die ye jrem stand nach bedencken, dz sye nichtes mangelen.

Sol. Sol ich dann pestilentz machen, so ist von nóten das ich ein gewólck einfúre, nebel über die erden sprenge, den lufft betrúbe. derhalben ich fórchte, dz vngewitter werd dir missfallē.

---

[3] Oder.] Versus execrabilis Acci. Cf. Senec. de ira I. 20. 4. de clem. I. 12, 4. II. 2, 2. prode] Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' Ἅλιος ἄμμι. Theocr. I. 202. [7] tela] Cf. p. 271. §. 8. [13] creaturæ] ex creatione ista XXXI cardinalium. [16] Cf. Ovid. Met. II. 307. sqq.

CAIETANVS. Præcipue pestilentia sit, ut vacent beneficia; nubila autem § 89.
quantum potes, cohibe; si minime potes, illud fac, quod expedit.

PHAETHON. O veteratorem extreme detestandum! nunc demum audio
quid ægre huic faciat et quid iucunde, quid tristem reddat et quid ala-
5 crem: si secundæ res essent de indulgentiis sibi, facile nubes ferret, fri-
gus facile ac omnem intemperiem sustineret. Adloquar ipsum: audi me, §. 90.
male conciliate tu, 'Pascere oportet oves pastorem, non occidere'.

CAIETANVS. Quid ais, sacrilege? quid garris, sceleste auriga, execra-
tionibus conterende et comminuende iamiam? has conturbabis rationes
10 tu mihi?

PHAETHON. Equidem si possim; quid enim interire etiam vis eos, a qui-
bus multis alioqui modis pecuniam extorquere cogitas?

CAIETANVS. Execrabilis, malefice, perdite, fili Satanæ, quid mihi ob- §. 91
strepis? pastorem tondere oves iniquum est?

15 PHAETHON. Tondere quidem iniquum haud est, nam hoc boni pasto-
res faciunt, non deglubunt etiam aut iugulant. Hoc Leoni X. dixeris,
qui nisi continentiores mittet deinceps in Germaniam legatos, aliquando
videbit coniuratas adversus iniquum et crudelem pastorem oves aliquid se

Caietan. Am fürnemlichsten wil ich das pestilentz sey, damit pfründen §. 89.
20 ledig werden. Des lufts halbē, dē betrübe, so wenig du yemer magst. kanstu
es aber nit vmb geen, so thůe das besser, vñ nutzlichst.

Phaeton. O du verflůchter bößwicht. Yetzo erst hör ich wo jn der schůch
trückt. was jm wol, vnd was jm übel thůt, was jn traurig, vnnd | Des legatē gebrechē.
was jn frölich macht. Ginge es jm mit dem aplas nach seinem willē, so möchte
25 er allerley lufft, kelt, vnd vngewitter leyden. Ich wil jn ansprechē. Höre mich §. 90.
du vnglückhafftiger man. 'Ein hirt sol seine schoff weyden, nit ermorden'. | Hirten ampt

Caietan. Was sagest du kirchen diep? Was sagest du boßhafftiger fürman?
Den ich mit vermaledeynung zertretten vnnd zerknirschen sol, bald yetzo. Wol-
testu mir meine sachen verhinderen?

30 Phaeton. Fürwar ob ich kan, wil ich es thůn. Dañ warůb wiltu noch
ertöten die, von den du on das vff alle weg das gelt dringest?

Caietan. Du vermaledeyeter, du übeltäter, du verdampter, ein | Vermaledeyūg des legaten. §. 91.
sůn Sathanas, wie darfstu mir widerbellen? Ist vnrecht, das ein hirt seine
schoff schirt?

35 Phaeton. Das er sye schirt, ist nit vnrecht. Dann es thůnd es auch die
gůtten hirten. aber die selbigē schinden vñ ertödten die nitt. Das magstu dey-
nem bapst Leo sagen, vnd auch, wo er nit vortan mässigere legaten | Warnūg an den bapst.
ins Teütsch land schikte, werde er etwa sehen ein zůsamen schwerung der schoff,
wider einen vngerechten, vngütigen, vñ blůt dorstigen hirten, vnd sye villeycht

[7] Ter. Eun. IV. 4, 2. — Evang. soc. Ioann. XXI. 15. sqq. [21] thun a. [28] zerknitschen a.

dignum facere. tuos quidem mores cantant illi iam, nec videntur laturi amplius, etiam si carros excommunicationibus oneratos trans Alpes in eos ages.

§. 92. CAIETANVS. Non movenda moves, itaque anathema es, hac te ego ob loquendi imprudentiam pœna afficio. 5

PHAETHON. At te vicissim ego deridendum his, quos compilas, Germanis propino et exibilandum, forsan male multandum etiam, exempla in te ubi statuent posteris: ludibrium es! sic te ego punio.

§. 93. SOL. Mitte nugatorem, inclinare currum tempus est, et vesperi locum dare: hic sine nugetur, fraudet, fallat, compilet, ac rapiat suo periculo. 10

PHAETHON. Ac male pereat etiam, itaque equos impellam et hinc nos agam.

FINIS.

IACTA EST ALEA.

auch ein billiche, vnd jnn gebürliche that thun. Fürwar singen vnd sagen sye schon yetzo von deyner weyß. vnd lasze mich beduncken, sye werden dich lenger nit dulden, ob du schon mägst vol verbannung über das gebürg gegen jnn würdest füren lassen. 15

§. 92. Caietan. Du meldest ding, von den man nit reden sol. hyrumb bißz verbannet. dise straff lege ich dir an vmb deine vnhöfliche vnversinnte red, die du mir gethan. 20

Straff vber den legaten. | Phaeton. So schencke ich dich den Teütschen, die du berumbest, zů einer spötterey, das sye dich mit verspottung, gespey, vnd verlachung von jnn iagen, villeycht auch übel tractiren. Vnd dich der massen halten, das alle nachkömen, ein beyspil von dir nemen. Bißz verspottet. Also wil ich dich gestrafft haben. 25

§. 93. Sol. Laßz von dem vnflat. Es ist zeyt, das wir den wagen abwertz bueygen, vnd dem abent sternen statt geben. Laßz jn liegen, triegen, stelē, rauben vnnd plönderen, vff sein abenteuwer.

Phaeton. Der teüfel füre jnn hin. Also treybe ich die pferde zů tal, vnd füre vnß gegen nidergangk. 30

C Ich habs gewagt.

[Die beschluß red herr Vrichs vom Hutten zů den Lesseren diser gesp[illegible] der beiden Zeher, des Badiscus und der Anschauenden, ist Bd. I. S. 45[illegible] [illegible]ldbuchlin', d. i. [illegible] 51. 452. zu lesen.

De his quattuor dialogis, qui passim, maxime primus, Plautinis dictionibus fortasse nimis etiam multis exornati sunt, vide Indicem bibliograph. num. XXXVI. Epistula qua Ioanni Palatino Rheni Bavariæ duci eosdem Huttenus ex Ebernburgo Idibus Ianuarii a. 1521. dedicavit, exhibita vol. II. p. 3., hæc est:

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO DN.
IOANNI PALATINO RHENI
BAVARIÆ DVCI ET SPANHEYMENSI COMITI
VLRICHVS AB HVTTEN EQVES
SALVTEM.

§. 1. Nuper cum aperuisses te mihi, princeps illustrissime, et de caussa publicæ libertatis quid sentias ostendisses, efflagitasti si quid liberioris scripti in lucem postea ederem, ut eius facerem te quam primum participem, facile impetrasti. nam cui legenda mea rectius misero, quam ei qui et cum iudicio leget et scripta
§. 2. tueri poterit? En hoc igitur nomine petunt te novi tres dialogi, in hac specula, quæ se libertati iampridem aperuit, tumultuaria lucubratione a me compositi, eius argumenti quod pene unice tractandum mihi tempestate hac relinquitur; in quibus si non nitide omnia, expolite et cum gratia, tamen Libertas est, quam
§. 3. te quærere dicebas in scriptoribus. Nunc propositum est irritare modis omnibus amentiam istorum: tantum abest ut metuam territanteis eos; scio enim diu-
§. 4. turnum non esse quod possint in quamcunque partem. Quare etiam confirmo eos qui formidine correpti nuper sunt, quando videbant stipatum tot cardinalibus et prothonotariis Cæsarem ad nos accedere; nam ibi nostræ quidem caussæ metuendum nihil est, sed illius miserendum potius qui se in hoc rerum fastigio invertendum iis monstris præbeat. Vale optime ac libertatem tuere. Ex Ebernburgo Idib. Ianuarii. 1521.

BVLLA VEL BVLLICIDA

DIALOGVS HVTTENICVS.

Interloquutores LIBERTAS GERMANA, BVLLA, HVTTENVS, FRANCISCVS et NONNVLLI GERMANI.

LIBERTAS. At tandem, tandem. §. 1.

BVLLA. Quid tandem ais, ebriola?

LIBERTAS. Istam moderare sævitiam tuam, atque hanc desine iniuriam facere mihi insigniter atrocem.

BVLLA. Non audio: tene.

LIBERTAS. Etiam cædendi modum facis, impia.

BVLLA. At iam incipio primum.

LIBERTAS. At te Christus perdat malam pessime.

BVLLA. Etiam maledicis, perdita?

LIBERTAS. Quasi non bene dictum sit hoc, malis cum ma- | Malis maledicere.
ledicitur.

BVLLA. Atque iterum contumeliam dicis mihi? vapula. §. 2.

LIBERTAS. Mitte inquam me, scelerata, detestanda, periura, malefica. nam quid me cædis?

BVLLA. Nam quid clamas, audacula?

LIBERTAS. Hoc enim quod me cogis.

BVLLA. Igitur tacere cogam.

LIBERTAS. Quod inceperis tu quidem, sed perficies nunquam, ut viva ego adversum iniurias non reclamem tuas.

BVLLA. Quare vapula.

LIBERTAS. Ut tu magnum ultro malum superinducis tibi, nisi me fal- §. 3.
lunt omnia.

BVLLA. Quid garris, stolida, stultiloqua? quod malum?

LIBERTAS. Vindictam tuo dignam scelere.

BVLLA. Tace, inquam.

LIBERTAS. Non tacebo: nam loqui hodie mihi necessum est.

BVLLA. Tibi ego dico, tace.

---

7 sq. Cf. Plaut. Cas. V. 4, 31. Pœn. III. 6, 14. 14 Plaut. Rud. III. 2, 26. Bene equidem tibi dico qui te digna ut eveniant precor. 20 Cf. seq. adnot.

LIBERTAS. Et tibi ego vicissim, loquendum esse mihi hodie, ni velim.
Amiclae. | ut Amyclis olim contigit, tacendo perire.

§. 4. BVLLA. Tum quid loquendum existimas igitur?

LIBERTAS. De te, magno clamore, quod ad opprimendam me accincta et expedita huc venias.

BVLLA. Atque ipsum cui loqueris?

LIBERTAS. Germanis hic omnibus.

BVLLA. Qui obnoxie mihi serviunt, apud hos querelam contra me institues?

LIBERTAS. Qui tibi serviunt? o nefariam vocem, o rem minime feren-
Germanos servire Bullis. | dam, tibi tali Germanos servire dicere! audite, Germani, audite ingens piaculum, vestris quidem indignum auribus, sed vindicandum manibus, hæc servire sibi vos iactat: enecate, proterite, maledicam interstringite gulam!

§. 5. BVLLA. Pulchre incipis malum conciliare tibi.

LIBERTAS. Tibi multo adhuc pulcrius.

BVLLA. Quid ais, stabulum flagitii, tu mihi conciliabis malum unquam?

LIBERTAS. Quid ais, fons vitii et periurii, tibi ego non, pro tua ista maliciosa demum malitia?

BVLLA. Et dum ferocem te mihi facis, infima rerum omnium?

LIBERTAS. Quid ni faciam, cui sævitiam tu obtendis?

§. 6. BVLLA. Quam tu provocas clamore isto tuo: nam quid ad te, quod Luthe-
Lutheri nomine, quid velit Bulla. | rum ego quæsitum huc adveni? quid te immisces alieno negocio?

LIBERTAS. Quasi dubium vero sit quam rem agas cum Lutherum persequi te dicis, aut manifestum non sit ad hoc venisse te, ut vincula iniicias mihi, et despicabili servitute irretitam reddas Germaniam. id quod me vetas prodere et clamore palam facere prohibes.

BVLLA. Utile tibi est, ut taceas modo.

LIBERTAS. Neque honestum, neque utile.

BVLLA. At clamare desines statim, qualecunque id etiam est.

§. 7 LIBERTAS. Ego vero loquar, quantocunque etiam periculo.

---

[2] Amycl.] Verg. Aen. X. 564. „Qui fuit Ausonidum et tacitis regnavit Amyclis". Sil. Ital. Pun. VIII. 530. „... quasque evertere silentia, Amyclæ". Pervigil. Ven. 92. „Sic Amyclas, cum tacerent, perdidit silentium". De tacitis Amyclis videsis Heynii exc. ad Vergil. l. c., ubi contra varia Servii ad h. l. commenta de Laconicis Amyclis Lucilium dixisse 'Mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo periisse'. Ab Aspro relatum est, Amyclis cum frequenter falso nuntiarentur hostes et inani terrore civitas quassaretur, lata lege cautum esse, ne quis unquam hostis nuntiaret adventum. postea cum vere hostis veniret, nullo nuntiante ex improviso civitas capta est. unde „tacitæ" Amyclæ dictæ sunt, quod deriere silentio. Italicas Amyclas serpentes deleverunt. [12] Plaut. Aul. IV. 4, 32. [17.18] Plaut. Truc. II. 7, 31. et 51. [20] Plaut. Curc. IV. 3, 7. Most. IV. 2, 9.

BVLLA. Si mihi dem habenas ipsa, nec amplius animi impetum remorer mei, iramque hanc in te promam, tum tu vero nimis tandem sero voles sapere. quanquam quid te fero diutius? dixin' tacere esse tibi utile? tene, improba, tene, accipe.

5 LIBERTAS. Falsiiura, legirupa, cui ego perditionem accersivero, siquando ex divexatione ista tua emineam; tolle cædere hoc, perdita, tolle iamdudum.

BVLLA. Tolle tu quoque clamare istud, garrula, tolle iamdudum. §. 8.

LIBERTAS. Exbalistabo hinc te iam pulcherrime, ac triste domum agam.

BVLLA. Tene, tene.

10 LIBERTAS. Ubi invocatos hosce superinduxero tibi homines liberos. quid me cædis, bullarum nequissima?

BVLLA. Quid clamas, temeraria? hem tibi!

LIBERTAS. Obsecro vestram fidem, Germani; subvenite quæso, cives, §. 9. opem ferte, populares, incolæ, accolæ, advenæ, vicini omnes.

15 BVLLA. Tene.

LIBERTAS. Vestram fidem, Germani; auxilio este, cives; | Invocat Germanos Libertas. eripite adflictam libertatem. ecquis suppetias audet ferre mihi? ecquis vere liber est? ecquis honesto studet, æquum diligit, fraudem odit, fas amat, scelus detestatur? ecquis vere Germanus est?

20 HVTTENVS. Hæc me vox cuius cuius est, evocat: atque igitur videbo quid rerum foris sit. profecto Libertas agitur, quantum audio: excurram ocius; quid hic agitur? quis est? quis clamat?

LIBERTAS. Libertas opprimitur, Huttene: ipsa ego sum, ipsa clamo; §. 10. hæc illa est quæ me opprimit, Decimi Leonis Bulla. ea non alio vineas

25 pluteosque agit, quam ut irretitam me teneat, deinde strangulet.

HVTTENVS. Dii melius, quam fiat horum quicquam. Verum quid tu bullæ ostendis mihi, quam pestem nuncias?

LIBERTAS. Hanc Bullam aio, pellacem, impostricem Bullam huc mise- §. 11. runt impii Romanistæ, venefici, fascinatores, quæ vos omnes in servitutem

30 adigat, me vinctam iugulet. hæc est, hoc agitur.

HVTTENVS. Quod equidem miror audere quemquam. atque igitur cuius audaciæ es, Bulla, quæ Libertatem aggrederis, et despicatui habes nomen Germanicum, nec temeritati modum statuis?

BVLLA. Ain' vero?

35 HVTTENVS. Aio inquam.

BVLLA. Aliquis vero es tu, cui factorum reddere rationem | Hutten. in Bul. æquum est bullas?

HVTTENVS. Ne contemne, tibi dico, quæ nisi mittis Libertatem mihi, §. 12. senties aliquem esse me. atque adeo dictum tibi puta, huic ne admove-

40 ris digitum posthac, nisi experiri vis qualis sum.

---

[8] Plaut. Pseud. II. 1,10. [12] Quod *1*. [14] Plaut. Aul. III. 1,1. [24] vineas pluteosq. | crates, plagas, retia.

BVLLA. Adhuc contemno, nisi videro talem esse te, ut in bullas
rium habeas.

§.13. HVTTENVS. Mitte inquam Libertatem mihi, si amico uti volueris.

LIBERTAS. Tu me adiuvare audes?

HVTTENVS. Siquidem possim, audenter.

LIBERTAS. At quæ contra hanc vim auxilia nobis?

HVTTENVS. Si auxilio unquam opus erit, pileatam huc plebem
Franciscus a Sickingen. | mus, et liberos in Germania omnes, hunc imprimis Franci
qui ædem iamdudum tibi et aram dedicat.

LIBERTAS. Erexisti me, invicti herois commemorato nomine.
vero nobis?

HVTTENVS. Quid ni? aderit primo invocatus.

§.14. LIBERTAS. Salva sum.

BVLLA. Per me quidem es, si clamare desinas.

LIBERTAS. At non desinam, nisi tu progredi prius desinas.

BVLLA. Ego abs te prohibear accedere, ubi negocium mihi est?

LIBERTAS. Per me fiet quidem, ut prohibearis: nam strenue cla

BVLLA. Neque ego cædam te contra ignaviter, si verbum ausis

HVTTENVS. Hanc cædes tu, me vivo et videnti?

BVLLA. Siquidem videre voles: nam si per dolorem non potes,
paululum discede, dum plagis eam oneravero, ut meretur, valde n
Pergin' molestiam mihi inducere, frivola?

§.15. HVTTENVS. Quo te agis, improba?

BVLLA. Quo libet mihi.

HVTTENVS. Quin tu mittis hanc, ut imperatum est. mitte, in
neu tangito.

Bull's obsistere. | BVLLA. Quis tu es, qui bullis imperas?

HVTTENVS. Is qui sum quem vides, et quem, nisi hoc tibi tem
etiam senties.

BVLLA. Serio est quod ais, dic tandem?

HVTTENVS. Maxime.

BVLLA. Atque omnium tu repertus es divagantibus hic bullis in
mentum qui obiicias?

HVTTENVS. An sint alii item nescio. certe in me quod erit,
operam, isti vim ne quam facias.

BVLLA. Magnum incipis.

§.16. LIBERTAS. Viden' ut vultuosa et quassanti est capite? certe pr
Germa. Romae contempti. | non mares arbitrantur Germanos Romæ isti, sed fœmina

HVTTENVS. At viriles experientur mares.

BVLLA. Vide ne plus quam oportet sapias.

---

[18] i. e. Atque ego... non ign. [37] Plaut. As. II. 3, 23. [40] Cf. Plaut. Trin. III. 2, 1

HVTTENVS. Plus sane quam tibi expedit, hoc certum est.

BVLLA. Ignoras enim quantis te malis obstringas, si hoc ausis.

HVTTENVS. Quod utcunque exeat, adversum hanc veto digitum exerere te. audin' hæc?

5 BVLLA. Audio imperiosum te et verbis admodum ferocem. §. 17.

HVTTENVS. At etiam factis, nisi te contines, paulo post senties.

BVLLA. Minari audes tu mihi, hominum postremissime?

HVTTENVS. Etiam molestiam dare ausum, infimæ tibi.

BVLLA. Contemnis me?

10 HVTTENVS. Conculco, si ulterius provocas: nam quo te moves, improba?

BVLLA. Male mihi loqui audes?

HVTTENVS. Etiam male facere.

BVLLA. Atra bilis te vexat. | Atra bilis.

HVTTENVS. Te vero atra pix vexabit statim iam. sta hic modo, | Atra pix.

15 nec pedem ultra!

BVLLA. Pergin' deliramenta loqui tu hic?

HVTTENVS. Pergin' imperium contemnere tu hic meum? Et quo te §. 18.
volvis, testudo? | Testudo.

BVLLA. Atqui statim pro testudine senties Pegasum: ita invo- | Pegasus.

20 labo cita tibi, et sine mora.

HVTTENVS. Facis te facetam quidem et magnificam. sed vide, ne interim præter imperium hinc te moveas.

BVLLA. Ubi scriptum hoc est, imperator, legem statuere bullis te?

HVTTENVS. Neque scriptum neque pictum usquam, sed scribetur post-

25 hac et pingetur.

BVLLA. Ut video, negocium faciet hic hodie mihi homo nihili. §. 19.

HVTTENVS. Quid ais, parvi precii? si te non protrivero hodie pedibus ego meis, ut araneum.

BVLLA. Si non reddam adflictum te ego hodie. atque adeo ut videas

30 non negligere hæc me, ab hoc die nomen tuum capitis erit.

HVTTENVS. Atque ego tuæ cladi caput ero.

BVLLA. Ambula, miser, Romam sexagesimum intra diem. | Citat Romam.

HVTTENVS. Sta hic, misera, sexaginta dies totos.

BVLLA. Sub virtute sanctæ obedientiæ.

35 HVTTENVS. Sub virtute pugnorum quos vides meorum.

BVLLA. Quid? pro stercore habebis tu me? sunt ne sensus tibi, homo? est ratio?

HVTTENVS. Etiam pugni sunt.

BVLLA. Næ hic vir commodus est, qui me sic accipit. heus tu! cum §. 20.

---

7 postr.] Cf Gell. XV. 12, 3. 8 ausim? 13 sq. Plaut. Capt. III. 4, 61, sq. 30 i. e. capitalis criminis reus eris. 31 Plaut. As. II. 2, 84. 32 Cf. Eckianam bullam.

Libertate hac nihil est aut erit negocii mihi: alio eundum, ubi Decimi Leonis imperium exequi oportet.

HVTTENVS. Quo illo?

BVLLA. Quid hoc tu quæris?

HVTTENVS. Reddere hodie rationem te oportet mihi eorum quæ facis omnium.

LIBERTAS. Dixin' fore, ut te tui pœniteret instituti? en tempus: iam tandem vides, quantum in rem tuam fuisset, si meum consilium sequi voluisses.

§. 21. BVLLA. Quis tu es cui rationem oportet, qui negocium habent hic, reddere?

HVTTENVS. Prius dic mihi quæ tu es, quæ libertatem Germaniæ ausa es violare? quo nomine?

BVLLA. Lege in fronte.

§. 22. HVTTENVS. 'Ad perpetuam rei memoriam'; Bulla es. sed quæ nomi-
Unde nomen Bullis. | nis tibi caussa est? an quia inanis es, et ut flatu excitata, sic momento evanescens?

BVLLA. Nimium me contemnis.

HVTTENVS. Nimium ego? an non solo spiritu difflari solent bullæ, siquæ oriuntur, statim?

BVLLA. Non sum eius generis ego; nam uni tota non sufficit Germania dissolvendæ.

HVTTENVS. Quid tu, malum? in Germania esse non putas spiritum? non animam?

BVLLA. Esse puto.

HVTTENVS. Quid superbis igitur?

§. 23. BVLLA. Ego vero, ut scias, dignitatem tueor meam.

HVTTENVS. Licet, dum libertati nihil detrahas hic nostræ. quanquam quæ esse potest bullæ dignitas?

Bullarum dignitas. | BVLLA. Qualis semper fuit, quam te reverentius accipere decebat venientem huc.

HVTTENVS. Reverenter etiam inanem bullam?

BVLLA. Atqui inanem venire huc lex est, gravem redire Romam perdecet.

HVTTENVS. Quam ob caussam?

BVLLA. Putare licet hanc rationem, disputare non licet.

§. 21. HVTTENVS. Neque tamen video, cur te reverenter habere oporteat, et quomodo. an hoc etiam postulas, ut quasi pompam circumducamus undique?

BVLLA. Ipsum enim, ut alias ante bullas.

HVTTENVS. Næ tu potens es, quæ cum hoc imperas, perfectum statim das, vana licet et inanis.

---

[4] queris *1*. [35] Plaut. Aul. III. 5, 53. 55. [38] ante] post Tezelium nullas.

BVLLA. Ego vero inanis haud sum. | Inanes Bullae.

HVTTENVS. Nescio, nisi quantum ex te didici modo, cum aiebas esse te.

BVLLA. Pecunia dicebam, et fruge fructifera.

HVTTENVS. Aliud est autem quo implearis, quandoquidem valde tumes tu?

5 BVLLA. Est.

HVTTENVS. Quid illud? nam inflata admodum es. §. 25.

BVLLA. Nimirum plena religionis, plena potestatis, regni, ho- | In Bullis quid
noris et diuinitatis.

HVTTENVS. Instincta arbitror superstitione et avaritia, sufflata arro-
10 gantia et ambitione, vanissimarum ebria gloriarum, cæterum omnis vacua probitatis et innocentiæ.

BVLLA. Maledicentiorem ego hominem audivi neminem; nec esse puto, qui sic procaciter convitium dicat. idem facis quod isti olim fecibus obliti veteres Comœdi.

15 HVTTENVS. At nullis ego fecibus oblitus, aperte dico tibi, et sine fuco. §. 26.
Mitte Libertatem nobis, sive bulla es, et quod '*πομφόλυξ*' Græci | πομφόλυξ.
vocant, sive quod *φύσημα* illis est. | φύσημα

BVLLA. Erras, non hæc est nominis ratio: nam quia rebus consulimus, *ἀπὸ τῆς βουλῆς* Bullas nos dixerunt veteres, et honora- | Bulla unde.
20 tas voluerunt.

HVTTENVS. Atqui non bullam esse te, undecunque sit hoc nomen, ar- §. 27.
bitror, sed bulgam: nam pecuniam aufertis hinc, et viaticum istis | Bulga.
Romæ creaturis asportare soletis. præterea recenteis efflagrare videris tu mihi avaritiæ flammas. ecce autem scortea es, plane convenit.

25 BVLLA. Dubito an oculos habeas cui, ex membrana cum sim, scortea §. 28.
videor. ne me bulgam vero dixeris, ne quis obscœne dictum id accipiat.

HVTTENVS. Neque non valde obscœnam te videmus, sis bulla tamen aut ampulla sis. Verum quo genita patre? nam Terræ filiam, Gi- | Ampulla.
gantum sororem existimo, quod Titanicum quiddam obtueris.

30 BVLLA. Falsus es, Ecclesia mater est, pater Decimus Leo Pon- | Bullae parentes.
tifex Maximus; eius itaque appellor filia, aut creatura recepto magis nomine.

HVTTENVS. Et unde nunc te agis, Decimi creatura? | Bullae Pontificis creaturae. §. 29.

BVLLA. Ab illa gentium domina urbe.

HVTTENVS. Qua, illa?

35 LIBERTAS. Ego dicam, Roma venit, ubi pretio muli superant | Roma.
equos, ubi sunt viri non viri, ubi est bonum malum et malum bonum; ubi licet male agendo mereri bene; ubi homines dii sunt, dii sunt nulli; unde omnes liberales exulant actus; ubi pecuniæ serviunt homines et opu-

---

[12] Plaut. Merc. I. 2, 31. [13] Cf. Schol. ad Aristoph. Nub. 295. *τρυγοδαίμονες*. [16] *i. e.* bulla, scatebra. *πομφώλυξ edd.* [17] *φύσ.*] cutis inflatio. [19] *ἀπὸ τῆς βουλῆς*, a consilio. [28] Cf. Pers. sat. VI. 59. Iuv. sat. IV. 80. [33] Ambros. in Decr. Grat. c. 37. C. 2. qu. 7. „urbe Roma, quæ principatum et caput obtinet nationum."

lenti fiunt; ubi omne fas nefasque lusus est; ubi pactum non pactum est, non pactum pactum; ubi proscripta fides, cæsa religio, perdita innocentia, omnis deleta probitas: hæc illa gentium domina.

§.30. BVLLA. Sycophanta Libertas, quantam rem quam maligne extenuas. sed dic tu mihi, quo nomine et unde genitum agis te? 5

Bullicida Huttenus. | HVTTENVS. Bullicidæ nomen est.

BVLLA. Non placet nominis omen.

HVTTENVS. Ab illo autem adsum tibi æquitatis receptaculo Ebern-

Ebernburgum. | burgo, ubi pretium est equis et armis, contemptus otio et ignaviæ; ubi viri strenue viri sunt; ubi et bonum et malum digno habe- 10 tur loco; ubi ut meretur quis, sic illum accipiunt homines; ubi Dei cultus est, hominum cura et charitas; ubi virtutibus honor, avaritiæ non est locus; unde ambitio exulat, perfidia et scelus longe absunt; ubi liberaliter liberi sunt viri; ubi pecuniam contemnunt homines, et magni fiunt; ubi fas sequuntur iidem qui abominando nefas fugiunt; ubi pactis statur, 15 fides colitur, religio suspicitur, innocentia propugnatur, viget probitas,

§.31. fœdera valent: hoc illud est æquitatis receptaculum. Tu vero quæ iam incipis innotescere mihi, illa es quæ ventura dicebaris tanto cum terrore nuper?

Lutherici. | BVLLA. Illa ipsa. damnabo autem Luthericos, *ἅπαντας ἐν κύκλῳ περιελθών.* 20

HVTTENVS. Quot bonis viris periculum machinaris; sed perficies nihil. Quid sine ductore autem? et non fuit qui viam tibi monstraret aliquis?

Ioan. Eckius. | BVLLA. Eckius monstravit, sed is a via declinat parumper nunc, persecuturus adulescentes quospiam nescio quid in se ausos.

HVTTENVS. Homo stultus et sine gratia, sed non ineptus qui huic præ- 25 ficiatur negocio: nam et malus est et præceps, neque non promptus si quid mali aggrediundum usquam est.

§.32. BVLLA. Quid ais? vir magnificus, quem quidem in sublime Decimus evehet, si cœptum persequatur facinus.

HVTTENVS. Utinam sublimis pendeat iam. 30

BVLLA. Quamobrem, Prothonotarius Apostolicus, et si per modestiam hominis licuisset, etiam Episcopus iam?

Lutherici viri boni. | HVTTENVS. Ob tale facinus, quod audetis bonis viris malum intentare.

BVLLA. Bonis viris tu dicis? et sic Lutherum censes? 35

HVTTENVS. Equidem sic.

BVLLA. Periculose erras; quod si me audis, illius periculo sapies nunc, et aliena, quod dicunt, frueris insania.

---

[8] Herberg der Gerechtigkeit. cf. vol. I. p. 448. §. 5. [19.20] *ἅπ. ἐ. κ. π.*] omnes circulo obiens. Lucian. Hermotim. 29. Bulla *περιελθοῦσα* dicere debebat. *περὶ ἐλθὼν edd.* [29] ceptum *l.* [35] al. frui ins.] Plin. H.N. XVIII. 5, c.

HVTTENVS. Dic age, dic, impia, verum loqui est insania? | Verum loqui. §. 33.

BVLLA. In loco est, quando iniussus loquitur quis, apud eos qui audire nolint, in re invidiosa, ut ille diu iam. de quo si sapis, quiesce tu.

HVTTENVS. De Luthero quiescere forsitan possim, de libertate haud ita. quam cur ausa es violare manu sacrilega? cur ausa es? iam hæc §. 34. mihi expostulatio tecum esto: quid tibi cum libertate Germaniæ, ut manus huic iniicias? quid, inquam?

BVLLA. Hoc enim, quod cum suo cuique mancipio.

HVTTENVS. Igitur mancipium est Libertas nostra tuum? | Libertas Germanica Mancipium Bullae. est, pessima?

BVLLA. Sic vero existimo.

HVTTENVS. Dii te perdant, væsana, væcors.

BVLLA. Dii te eradicent, furiose, fanatice, ausum sacris bul- | Bullis maledicere. lis maledicere, quod ante nemo.

HVTTENVS. Expecta: iam male tractabo etiam.

BVLLA. Tu me mittes vero, si recte facias: nam si pertinacius ob- §. 35. sistere mihi decreveris, faxo pessime in medium hodie processeris; itaque sinas hinc abire me.

HVTTENVS. Non sino: nam quo abitio tibi est?

BVLLA. Unde prædam auferre decet me, et triumphum.

HVTTENVS. Prius sub iugum mittam hic: tanti ille tibi constiterit triumphus.

BVLLA. Mitte, inquam, me, non sub iugum, sed in Saxoniam: nam quid tibi mecum est, sacrilege?

HVTTENVS. Quid tibi cum Germania est, perfidiosa? | Bullae in Germania.

BVLLA. Quid? quasi vero novum sit negociari hic bullas. §. 36.

HVTTENVS. Vetus est, fateor, sed vetustius adhuc multo abesse hinc; atque igitur vetustum quod magis est, sequemur.

BVLLA. An non fas est Pontifici Romano mittere huc creaturas suas, §. 37. ut vobis imperent?

HVTTENVS. Quomodo esse posset?

BVLLA. Nescis? ex me disces: Imperium Romanum dederunt | Imperium Ro. a Pont. Ro. vobis Pontifices Romani; ob tale suum meritum a vobis exigunt, ut bullas feratis hic et legatos et honestam Curtisanorum negociationem.

HVTTENVS. Nec Epicureos talia fabulantes audivit antiquitas. recte persuasisti non esse inanem te; nam nunc videris mihi nugarum esse refertissima.

BVLLA. Ego quoddam sum Cornucopiæ, ubi inest quod volo. | Bulla Cornu Copiae. §. 38.

LIBERTAS. Verum dicit, quoddam quasi cornu est malæ copiæ, ubi doli insunt, technæ, fraudes, offutiæ, sutelæ, sycophantiæ, mendacia, fuci, astutiæ, perfidiæ, scelera, malæ artes; his referta est.

12.13 Terent. *passim*. 37 Cf. p. 80, 26. 39 Cf. Paul. Diac. vv. *Offudas*, *Sutelæ*. 40 artes fiæ *1*. sic *2*.

BVLLA. Te quidem malo refertam dabo, non multo post.

§. 39. HVTTENVS. Etiamdum minaris malum Libertati, impia, execrabilis?

BVLLA. Etiamdum inclementer dicis sacræ Bullæ, homo extreme miser? responde vero unum mihi, tu ille es vir magnificus summos Pontifices qui vetas imperare hic, et dominos de fastigio audes deiicere? 5

Bullam raptat. | HVTTENVS. Ille ego sum qui te rapto; age huc te, prostibulum, etiam huc, etiam istuc provolvere.

BVLLA. Ac manum audes iniicere mihi? anathema es de facto, iam sciet Decimus Luthericum esse te.

§. 40. Huttenus non Luthericus. | HVTTENVS. Atqui non sum, verum adhuc magis quam Lutherus Bullis inimicus, et hostili adversus impiam Romam animo. 10

BVLLA. Talium hominum capax paulo ante Germania non fuit. miseri, ultima miseria, quo audetis tollere cornua? qua pro temeritate vestra eodem arbitror poculo bibetis Lutherus et tu, et quidem Babylonio illo, mali abunde satis, nisi tu a me commonitus te recipias. memineris autem recurrere satius esse quam male currere. 15

§. 41. HVTTENVS. Tibi quidem male cum cucurreris, eo res pervenit, ut recurrere hoc integrum non sit; ita faciam, ne possis hinc, si velis maxime etiam.

BVLLA. Tu aut ire aut redire prohibebis Bullam? aut vagari etiam pro libito non sines? vel, si libeat, volutari hic in meo regno? 20

HVTTENVS. In tuo regno, dic, scelesta? iam erit hoc tibi capitale ver-

Sexcentoplaga Bulla. | bum sexcentoplagæ indito cognomine: ita contundam omnes artus tibi: ede pugnos.

BVLLA. Non esurio.

HVTTENVS. Tamen ede. 25

BVLLA. Feris me tandem?

§. 42. HVTTENVS. Senti.

BVLLA. Plagas impegit. væ capiti tuo!

HVTTENVS. Væ scapulis tuis!

BVLLA. Peribis perditione mala, misera, te digna. 30

HVTTENVS. Tu prius, quam possis aut me aut quemquam perdere: accipe fertiles, impia, plagas.

BVLLA. Desine, perditissime eorum quos terra fert omnium.

HVTTENVS. Accipe, nequam Bulla.

BVLLA. Non sum capax huius generis munerum. 35

HVTTENVS. At esse disces, assuetudine.

BVLLA. Dic, improbe, dic, quis me tibi in disciplinam tradidit, ut abs te erudiri oporteat invitam?

---

[10] Luherus *1.* [13] toll. c.] Hor. epod. 6, 12. [14] Babyl.] Alludi puto ad Lutheri libr. de capt. Babyl., quo laicis quoque poculum non denegandum esse ostendit. [15] recurrere *etc.*] Cf. vol. I. p. 243. [22] Plaut. Capt. III. 5, 68. [23 sqq.] *ēdere et ēdere.* [32] Cf. Plaut. As. II. 2, 10.

HVTTENVS. Ego adscivi ultro.

BVLLA. Barde, stupide, qui hoc attentes; igitur sine hinc abire me §. 43.
quo sum missa.

HVTTENVS. Ubi quid facies?

5 BVLLA. Ipsum quod dixi, ad quod instituta, ornata, in ordine cuncta habeo; et iam tempus est, sunt homines et ad manum occasio, ut nunquam melius licuerit.

HVTTENVS. Eximam hoc ego tibi manu manubrium. quo fugitas? me specta: ut frugalem incessu, habitu, facit se; rem esse arbitretur quis:
10 respice in me, respice; plagis conscindenda es, mala malefica.

BVLLA. Ferte opem mihi, este auxilio, pii ubique Germani, | Bullae hypocrisis. §. 44.
ferte suppetias violenter afflictæ: hic est homo qui bullas affligit, qui Leonem decimum ludos facit.

HVTTENVS. Tu vapula interim.

15 BVLLA. Mitte inquam me: nam hanc dare te mihi operam necesse haud est, malam, inofficiosam.

HVTTENVS. Tamen dare visum est; et iam statim ex una multas faciam.

BVLLA. Tu bullas facies, dic, falsarie, solis Pontificibus quod licet? | Bullas facere.

HVTTENVS. Novas quidem non faciam; te vero dissecabo, ut partes
20 minutim multæ sint.

BVLLA. Hominem ego magis bestiam vidi neminem. §. 45.

HVTTENVS. Neque ego bullam nequiorem usquam: ut tetra es, et adspectu quoque inamabilis.

BVLLA. At sunt qui numinis loco colent, si liceat accedere per te. | Bullae cultus.

25 HVTTENVS. Næ illi haud sunt liberi qui te adorant, gloriosam, impudentem, stercoream, plenam periurii et sceleris, atque interim tamen magnifice prædicantem sese ac ollas, quod ferunt, ostentantem. Accipe duplicatas plagas, atque iterum alias: sic tractare decet Romana | §. 46. Romana delinimenta.
delinimenta.

30 BVLLA. Si me recepero, ut in faciem tibi ferox resistam! quid me cædis, imbecillissime? quid putabas indefensam? errasti, masculam Bullam experieris; quid me cædis? hem tibi!

HVTTENVS. Hoc illud est quod volui, contra stimulum recalcitrare te, ne indefensam omnino perderem; feroci parumper, dum te mitem reddam
35 paulopost; tene, mascula Bulla, tene, Leonis filia, etiam hanc, summi Pontificis creatura, sic pugnatur hic.

---

[8] Plaut. Aul. III. 4, 12. (ex manu). [12] qui qui *omisso* qui *ante* Leonem *1*. [13] Plaut. Capt. III. 4, 47. Bacch. V. 1. 4. [28] Ollas ostentare, χύτρας ἐπιδείκνυσθαι, i. e. nullius pretii aut ridiculas res tanquam graves tractare. Cf. Plutarch. de audit. ed. Reisk. VI. p. 162. [25] Plaut. Glor. II. 1, 11. sq. [33] Cont. st. rec.] *Πρὸς κέντρα λακτίζειν*. Zenob. V. 70. 71. *etc.* sed et Act. IX. 5. XVI. 14. §. 46.] *Hier regnet es Prügelsuppen.*

§. 17. Eccius. | BVLLA. Heu me, heu pietas! ubi Eccius nunc? quo se proripuit bonus vir? hoc præsciuit malum, igitur fuga sibi consuluit: sic me prodere voluisti, fucate Theologe, improbe tergiversator?

HVTTENVS. Non tam cito deficere nec vociferari sic decet pugnatricem Bullam: obdura strenue et vicem redde. 5

§. 18. BVLLA. Non in hoc pugnæ genus adveni.

HVTTENVS. Scio, solita es malefice, fucate, sycophantiose; sed nos aliter pugnamus hic.

BVLLA. Igitur pugnare tecum non placet mihi.

HVTTENVS. At mihi perdere te placet malam, mala refertam malitia, 10 usque ab radicibus.

BVLLA. Atqui abs te innoxia sum, qualiscunque alioqui.

§. 19. HVTTENVS. A me innoxia es, scelerosa, quæ amicos perdere mihi cogitas et communem libertatem extinguere?

BVLLA. Non cogitavi, ioco dicta sunt quæ audisti. 15

HVTTENVS. At vero hæc afflicta est et manibus violenter contrectata tuis.

LIBERTAS. Sic est, ad livorem usque.

§. 50. HVTTENVS. Perdere actutum, perdere.

BVLLA. Desine vel ad tempus, et me audi: magnas hoc facto inimicitias acquisiveris tibi. 20

HVTTENVS. Quorum hominum?

Rom. Curia. | BVLLA. Primum totius quanta quanta est Romanæ curiæ.

HVTTENVS. Cui quidem amicus nemo bonus esse velit; igitur libenter huius.

Curtisani. | BVLLA. Deinde Curtisanorum qui ubique sunt omnium. 25

HVTTENVS. Neque horum invitus; verum est quod me velis aliud?

BVLLA. Non est nisi ut me sinas.

HVTTENVS. Importuna, in re necessaria tam inutiles quæ mihi moras obiicis, vapula.

§. 51. Implorat auxilia Bulla. | BVLLA. Ubi sunt auxilia tam diu mihi? ubi est pietas? ubi 30 religio? minus minusque impendio, ut videtur, colunt bullas hic. ubi proditor Eccius, qui me huc malorum adduxit, post deseruit? este auxilio, Christiani, mihi!

HVTTENVS. Non sunt: nam male de Christo meritam te sciunt, male de religione et fide. 35

Germani. | BVLLA. Adeste, pii, audite me, Germani, si vos Christus audiat.

HVTTENVS. Non faciunt: nam liberi esse malunt.

BVLLA. Beati qui me iuvant.

HVTTENVS. Pendeant. accipe in scapulas.

---

[7] Cf. Plaut. Pseud. IV. 7, 113. [11] Id. Aul. II. 2, 72. [13] Id. Aul. II. 2, 44. [28] mores *edd.* cf. Plaut. Poen. I. 3, 37. [29] Iam livorem bulla scapulis istoc concinnat suis.

BVLLA. Ferte suppetias, Germani, quibus inclytæ semper fuerunt Bullæ. §. 52.

HVTTENVS. At nunc odiosæ sunt et infense hostes.

BVLLA. Quod equidem miror: nam quos aversantes nunc video, iis oculi eramus nuper, ita venerabantur; quidam etiam sine nobis vivere putabant non vivere, emebant itaque magni.

HVTTENVS. Iam est hoc aliud: nam quibus oculi eratis aliquando, ii §. 53.
tunc carebant oculis ipsi propriis, quare vobis utebantur accommodatitiis; nunc inventa medicina nihil opus habent alienis, suos sibi restituerunt oculos in sanitatem, iisque utuntur. | Germani revident.

BVLLA. Dii isti male medicinæ, per quam hospitio prohibemur et auxilio destituimur.

HVTTENVS. Dii pessime tibi flagitium Bullæ, quæ quibus nocere paras, ab iis petis hospitium, et iam me præsente audes bonis maledicere.

BVLLA. Igitur ut videas aliquam esse me, quis tu es, per quem non §. 54.
licet mihi dicere quod volo?

HVTTENVS. Is sum qui te verbero, hem tibi.

BVLLA. Peri, miser, peri ter quaterque, Bullam qui tangis, suadente diabolo, anathema esto, iterum atque iterum.

HVTTENVS. Tu vero Bulla esto, et vapula iterum atque iterum.

BVLLA. Fili Sathanæ.

HVTTENVS. Inanis magni nugatoris flatus, accipe.

BVLLA. Cum fertilibus plagis sterilia ego hodie commuto verba, quantum video.

HVTTENVS. Nam quid hoc vis potius quam quiescere? mansisses Romæ, §. 55.
vitasses infortunium.

BVLLA. At quiescam ubi me iubet Decimus.

HVTTENVS. Quid ille iubeat, non animo adverto equidem; ipse te vero moveri latum hinc digitum veto, sic author sum atque impero; nisi pares, bene plagatam ingratis faciam conquiescere; quanquam et sic ludere plagis tecum lubet mihi.

BVLLA. At mihi non lubet; quære alium quicum ludas, ego tibi lu- §. 56.
dicra non sum; sed tu imperium Decimi Leonis, dic age, con- | Decimus Leo.
temnis?

HVTTENVS. Non Decimi tantum, sed decem quoque Leo- | Decem Leones.
num, iniqua si imperent.

BVLLA. Abscede a me hinc etiam nunc, etiam nunc, audin' hoc tu?

---

[1] Cf. Plaut. Men. V. 7, 14. [4] Oculis cariorem esse, plus oculis suis, oculitus amare *frequentissime dicitur, non fit.* Cf. etiam Plaut. Pseud. I. 2, 16. [10] isti, male *edd.* [17] tang. suad. diab.] Ad privilegium canonis quod vocatur respicit. c. 29. C. XVII. qu. 4. [22] Cf. Plaut. As. II. 2, 10. [29] ingratis] *ambigue et* non gratis (plagatam) *et* invitam, non lubentem.

HVTTENVS. Prius te malo et damno mactabo, nugigerulam, rapinatricem, damnificam, bonorum exagogam.

§. 57. Invocat auxilia Bulla. | BVLLA. Ubi vos igitur, pii Germani, religiosi cives? ubi fratrum examina, fidum Romani semper Pontificis satellitium? ubi mulierculæ deum metuentes, noster populus, devote sexus? ubi Bullarum admiratores Curtisani? ubi estis qui manipulatim solebatis argentum obiicere Bullis et bullivendis? nunc ab hoc tyranno defendite saltem me.

§. 58. Illuminati Germani. | HVTTENVS. Dixi tibi, oculos habent iam ipsi, non foris quærunt, multo minus emunt; nec te audiunt hæc vociferantem, illuminati mira iam intelligentia, adeo ut pro superstitione quam vos ingesseratis, veram induerint religionem, pro idolatria pietatem colere sciant. quanquam tu ne clama quidem, etiam hoc veto.

BVLLA. Neque meum me dolorem voce contestari sines?

HVTTENVS. Non sinam.

BVLLA. Quæ iniquitas hæc?

§. 59. HVTTENVS. Magna sane æquitas; nam proxime cubant ægroti quidam senes, hos tu clamore isto mihi expergefacis, quod nemo auderet tuis Romæ concreaturis; ita volunt placide soporari et ab omni strepitu libere conquiescere, strenui viri, in mundiciis, molliciis, delitiis ætatulam agen-
Cardinales Romani. | tes, illi Orbis cardines, in quibus omnia vertuntur.

BVLLA. Qui si resciscant ausum te manum admovere mihi.

HVTTENVS. Tum magnum quidpiam faciant?

BVLLA. Te dignum aliquid.

§. 60. HVTTENVS. Utinam quidem possint: nam magna mereor qui maleficam te, ut merita es, sic tracto.

BVLLA. Igitur responde hoc mihi, sinis me redire, unde huc adveni?

HVTTENVS. Non sino nisi male habitam prius.

BVLLA. Atque aliud addes plagis adhuc, quibus pene concidi?

HVTTENVS. Alii addent.

§. 61. BVLLA. Qui alii, dic amabo, aut hic sunt qui tale facinus audeant alii?

HVTTENVS. Ah alii. quoties dicam non iam amplius esse vos oculos hic nobis?

BVLLA. Ideirco vapulabimus autem, quia nostri usus non est?

Abusus bullarum. | HVTTENVS. Imo quia est abusus: quare etiam confodere hic omnes decrevimus, quotquot peregre venientes lumen pollicemini nobis, cum meras offundatis tenebras, et vitam mentimini, cum malæ mortis sitis authores ut plurimum. Sed iam diu est quod nullas accepisti plagas, tene.

§. 62. BVLLA. Heu, heu, eheu.

HVTTENVS. Sic optimum factu est te clamare, me cædere.

---

[1] Plaut. Truc. II. 7, 1.2. [6] manip.] Cf. Plaut. Pseud. I. 2, 48. [19] Plaut. Pseud. I. 2, 40. „Vos, quæ in munditiis, mollitiis deliciisque ætatulam agitis".

BVLLA. Si ad Leonem pervenerit hæc res.

HVTTENVS. Tu quidem non referes, nam hic vapulando interibis.

BVLLA. Ferte opem, Christiani, mihi.

HVTTENVS. Non audiunt.

5 BVLLA. Atqui audire solebant. quid iam agam misera igitur?

HVTTENVS. Hoc quod te dignum est, vapulabis.

BVLLA. Ecquis cædendi modus est, ter sacrilege? §. 63.

HVTTENVS. Ecquis male dicendi, ter venefica?

BVLLA. Atqui maledicere est hoc bullis proprium, fuitque | Maledicere Bullarum.
10 diu iam.

HVTTENVS. Et nobis cædere est hoc, eritque semper.

BVLLA. Non est, quemadmodum arbitrata eram, hospitalis Germania: nam tu me hodie male accipis.

HVTTENVS. Ut quidem mereris. et tu quid me faceres, si Romæ
15 haberes?

BVLLA. Magnum quendam facerem.

HVTTENVS. Scio et quid emere hic pares, et quos homines venales §. 64.
esse cupias.

BVLLA. Tale quidem de te nihil cogito, sed Episcopum faciam, si me mittas.

20 HVTTENVS. At neque Episcopus esse volo, neque mittam hinc te, ubi hospitium habes te dignum.

BVLLA. Tamen mitte.

HVTTENVS. Fieri non potest.

BVLLA. Nescis quantum te in malum impedias.

25 HVTTENVS. At post expediam; vapula.

BVLLA. Volo hodie ego me extricare abs te, nisi nulla sunt ubique §. 65.
auxilia quæ secunda mihi faciant adversus te talem inimicum.

HVTTENVS. Nulla sunt.

BVLLA. Quis scit, ubi serio hanc rem agere cœpero, et præmia quibus
30 moveantur homines, proposuero?

HVTTENVS. Vapula igitur serio.

BVLLA. Dii te perdant, flagitium, perditione misera! atque ubi sunt sexcenti statim Curtisani, qui comprehensum hunc Romam hinc | Curtisanos invocat.
protrahant vinctum?

35 HVTTENVS. Hic sunt sexcentæ plagæ, quæ te quiescere faciant: accipe.

BVLLA. Impie, scelerate, perdite.

HVTTENVS. Accipe.

BVLLA. Ecquis audet beneficio demereri Leonem decimum sibi?

HVTTENVS. Nullus audet; qui te cædam, ecce me tibi. §. 66.

---

[7] sacrilegissime. Plaut. Rud. III. 4, 1. [24] Cf. Cic. ad div. IX. 19. [27] Plaut. As. II 4, 89. [29] cepero *l.*

BVLLA. Ecquis Leonis filiam audet tueri, o pii, o Christiani, et hunc
Pretium nec s Hutteni. | iugulare perditum impune, præmium accepturus a Decimo ducatos de Camera iuste appensos quinquies mille, et Beneficium non curatum
§. 67. in partibus quod ascendat ad trecentos quotannis aureos? præterea plenariam peccatorum omnium remissionem, ac indulgentias annorum duum milium, et 5
Attent. Curtisanicas loquutiones | quinquaginta sex carenas, ac Prothonotarius ut sit, habeatque ius legitimandi spurios, et comites Palatinos creandi? utque ei liceat mortaliter peccare cottidie semel, et a confessione liber ut sit proximos septem annos, nec deinde nisi septennio semel confiteatur? quid? etiam semel con-
§. 68. fiteri satis ei sit tota vita, et in mortis articulo iterum. Tum si is sit qui 10 non petat sacerdotia, ut ei liceat privignam suam ducere uxorem aut neptem aut consobrinam; et siquid iuraverit, qualecunque id fuerit, ut possit non præstare; et fœdus si quod inierit, ut solutum hoc sit cum velit. Age autem, quisquis excommunicatus es et anathema factus, quacunque de caussa, ob quodvis malum facinus, a iure, canone vel ab homine lata 15 sententia; quisquis incæstum vel adulterium commisisti, virgines rapuisti, — matronas constuprasti; quisquis peierasti, aut cædem fecisti, vel a religione
§. 69. descivisti, semel atque iterum; omnis presbytericida, et si quis humani omnis ac divini iuris transgressor es, absolvere et innocens esto. quisquis sacra legisti, templa spoliasti, liceat perpetuo spoliis frui hisce tibi, 20 neque ablatum reddere coactio sit. Audite, ubi ubi estis, dei contem-
§. 70. ptores et humanitatis omnis expertes: hic parvo negotio maximam pessimorum scelerum spurcitiem eluere vobis licet, nempe huius cæde, quam licet impune cuivis facere: quicquid est enormis delicti, quodquod inauditum facinus, incredibile scelus, audite me, audite, Germani, etiam 25
Bulla Caenae domini. | in sororem meam, Bullam Cænæ domini, si quis ea commisit quæ sedi apostolicæ reservari oportuit, et quæ publica pœnitentia luere
§. 71. præceptio est, qui contra regulas Cancellariæ gessit aliquid, quomodocunque aut qualitercunque, sive spiritualis fuerit sive sæcularis, hæc est via ut sibi reddatur, hic ut consanescat modus. Quicunque vovistis quod grave 30 sit reddere, ego vobis curam demo; non per me ego quidem, sed si hunc interfeceritis, fore promitto ut beati sitis. hoc autem faciet soror quædam mea, statim subsequens me.
§. 72. Bulla in Huttenum. | LIBERTAS. Audin' aliam esse quæ te petat, Bullam? ea hanc præmisit turbas excepturam primas; ipsa in insidiis est, inde ubi occasio 35 erit, prodibit te contra.

HVTTENVS. Neque ego occurram secius.

LIBERTAS. Macte virtute, siquidem perdurabis.

§. 73. BVLLA. Etsi de facto iam quisquis hoc facit, omnia hæc meretur,
Sachsones. | adeste Sachsones, atque hanc bene locate operam nobis; si facie-

---

14 quisq; *1*. 18 presbyricida *1*. 26 bulla C. d.] Cf. Triad. Rom. §. 219. 40 Saxones *2*.

tis, butiro vesci dabitur iciuniorum diebus, et avium, si videtur, ovis, ac bis die inebriari cerevisia; adeste Poloni, haud longe puto consti- | Poloni.
tuti, ut me cum inveritis, perpetuo furari vobis liceat; audite me, infames, ut restituamini, Symoniaci, ut in gratiam redeatis, fœneratores ac
5 direptores, ut male quæsitis uti vobis nullo scelere liceat.

HVTTENVS. Tempus est, ut vapules. §. 74.

BVLLA. Periisti, miser.

HVTTENVS. Tu quidem vapulasti. atque en tibi.

BVLLA. Hei mihi! este auxilio, oves Christi! | Oves Christi

10 HVTTENVS. Non audiunt nisi pastoris vocem, vapula.

BVLLA. Iuva me, brachium seculare. | Brachium saeculare.

HVTTENVS. Verberet potius. hem tibi.

BVLLA. Ecquis hunc veneno audet vel ferro conficere hominem sa- §. 76.
crilegum, maledictum, excommunicatum, filium Sathanæ, inhabilitatum,

15 HVTTENVS. Pulchre, ob idque vapula.

BVLLA. directe vel indirecte, publice vel occulte, per se vel per alium, etiam in loco sacro.

HVTTENVS. Admodum Latine, sed accipe de sexcentis interim plagis.

BVLLA. Quid me cædis?

20 HVTTENVS. Hoc quod vides.

BVLLA. Tandem desinis?

HVTTENVS. Postquam debitum adnumeravero; accipe.

BVLLA. Heu, heu!

HVTTENVS. Tene.

25 BVLLA. Eheu!

HVTTENVS. Tene.

BVLLA. Misericordiam et miserationem!

HVTTENVS. Sic tandem mitescis? §. 77.

BVLLA. Quid ni mitescam plagis abs te permollita? nec viva iam nec
30 mortua sum. ecce autem vulnus dedisti. o canones et decreta | Ius Canon. invocat
et egregiæ Decretales!

HVTTENVS. Quid vociferare amplius? non vetui ante paulo, propter senes illos?

BVLLA. At me dolor cogit oblivisci et senum istorum et mei iam ipsius.

35 HVTTENVS. Tamen vapula: nam quid nugas invocare maluisti, decretales istas potius quam ius et æquum?

BVLLA. O ius et æquum igitur! §. 78.

HVTTENVS. Tene.

---

[3] furari vobis] Cf. Epp. O.V. II. 16. „Salutes vobis plures Quam sunt in Polonia fures *etc.* [10] Cf. supra vol. I. Conquestiones, *passim.* [11] De brachio sæc. invocato cf. Conquestiones, passim. [14] inabilitatum *edd.* Verba bullæ repetuntur.

BVLLA. Etiam nunc?

HVTTENVS. Etiam: quia magis esse ius et æquum nihil potest quam si tu bene vapules.

BVLLA. O miseriam ineluctabilem, sic perire plagis me: veh desertori Eccius. | Eccio, qui me his miseriis prodidit! 5

HVTTENVS. Mirum profecto te, quæ omnia potes, efficere quo minus Vulnerata Bulla. | plagis te conscindam hic, non posse. porro autem quid vulnera exhorres tu, quæ es immortalis?

§. 78. BVLLA. Atqui non sum, et esse falso credidi.

HVTTENVS. Me indicante quæ sis: hoc est tibi a me beneficium; sed 10 adhuc vapula.

BVLLA. Desine, per siquid usque charum habes, oro te. en dexteram quoque protendo tibi: vicisti, utere atque impera.

HVTTENVS. Quid utar? dedam ego morti te, etiam despicabili.

BVLLA. Nunc demum miseram me, cui, cum ut regnarem huc pervene- 15 rim, eo res pervenit, ut precario quoque obtinere vitam non liceat; nihil tantæ artes profecerint, tot insignes technæ perierint: vel in tuas leges pacem da.

§. 79. Pax cum Bullis. | HVTTENVS. Non potest esse pax cum Bullis mihi.

BVLLA. At veniam da supplici tandem.

HVTTENVS. Imprudenter qui errant, iis veniam damus liberi, non qui 20 ultro peccant malitiose.

BVLLA. At iam non peccabo amplius.

HVTTENVS. Certum est, nam peribis, quam possis iterum peccare, prius.

§. 80. BVLLA. Vince animum, tu qui Bullas vincis.

HVTTENVS. Te quidem perdomabo. 25

BVLLA. Da veniam ei quæ abs te punita satis iam, nunquam posthac errabit.

Bullarum fides. | HVTTENVS. Iam pridem didici quæ habenda Bullis fides sit; itaque occidere hic te certum est.

BVLLA. Da veniam.

LIBERTAS. Dederis, author sum tibi: nam ut non occidas tu, statim 30 ipsa peribit.

HVTTENVS. Arbitraris?

§. 81. LIBERTAS. Scio, quia cum nimio plus inflarit se, dirumpetur necessario atque dissiliet: sine dum, crepabit hæc iam.

BVLLA. Sine exorari te. 35

HVTTENVS. Non sino.

Fucherorum pecunia. | BVLLA. Pro me Fuccheri pecuniam dabunt tibi, aliquot milia.

HVTTENVS. Pecunia Fuccherorum, si hanc pollicearis, irritabis me magis adhuc: est enim pessime acquisita.

§. 82. Curtisani. | BVLLA. Igitur unicum est in Curtisanis præsidium, si, quod 40

---

4 VÆ 2. 16 Cf. Plaut. Amph. prol. 24. 17 Id. As. I. 3, 81. 20 liberi] libentes liberaliter.

valde spero, subveniant adversus te mihi; et iam, nisi omnia fallant me, advolare video: bene agitur: paulo post æquiore utar te.

HVTTENVS. Ain' vero?

BVLLA. Etiam: an non vides infinitos accursare huc qui me tibi eripiant?

5 HVTTENVS. Aliquid video.

BVLLA. Illos de longe succurrentes, qui iam quasi pulices sunt; ecce §. 83.
autem ut formicæ apparent, magisque ac magis enitent; porro qui equitant quasi feles iam videntur: video malum adesse tibi: spes est vi coactum iri, a quo prece ac precio æqui bonique impetrare nihil paulo ante
10 poteram: euge, euge!

HVTTENVS. Adeste contra, liberi, adeste, viri: communis res | Invocat Germanos Hut. §. 84.
agitur, publico consulitur, gliscit bellum hoc; adeste quotquot liberi esse vultis, hic emitur tale tantum bonum; hic domini exiguntur; hic servitus adimitur. ubi sunt hic liberi mihi, quandoquidem non omnino nulli sunt?
15 atque ubi sunt magnifici homines, illa magna virorum nomina? ubi estis, §. 85.
capita populorum? quin huc convenitis, ut mecum una communem hac peste liberetis patriam? est hic qui servire non potest? quem oppressionis pudet, et liber esse gestit? breviter, est qui testes habeat et vir siet? Ubi §. 86.
estis qui Turcas petebatis nuper, quasi non magis hostes Germaniæ sint
20 nefariæ Bullæ? Audierunt: centum milia hominum video, meum | Bullae Turcis hostiliores.
in fronte hospitem Franciscum: diis gratia! respexit se Germania vultque esse libera. Tibi iam quid videtur, Leonis creatura?

BVLLA. Multum mortaliun, quantum cogi nunquam prius vidi.

HVTTENVS. Quod satis sit adversum tuos Curtisanos?

25 BVLLA. Plus nimio satis, nam dilapsos eos et in fuga palanteis iam- §. 87.
dudum conspicio.

HVTTENVS. Non tamen effugient, sed et Imperator Carolus ad- | Car. Imperator.
est, omnesque circum principes. placet conventus mihi; agetur Germa- §. 88.
niæ caussa. alloquar: pugna fuit mihi cum hac Bulla, principes | Hutte. ad Germanos.
30 ac viri Germani, quæ cum Libertatem oppressum nostram huc venisset, magnis cum minis magnoque cum terrore a me repressa est, donec sisterem huc vos. quod per amorem communis patriæ oro, ne diutius ludibrio esse sinatis urbi Romæ nationem hanc; sic habeatur Bulla hæc, ut metus sit omnibus post hac Bullis transire Alpes; videant excitatam dor-
35 mientem Germaniæ virtutem exteri: hoc fortitudinis vestræ argumentum date.

FRANCISCVS. Quæso, Principes ac viri Germani, hanc date | Francisci ad Germ. concio. §. 89
benigne operam mihi, si necessaria moneo, ut audiatis non inviti: aperta nobis magna ad obtinendam libertatem fenestra est, invadamus; præsto est occasio, arripiamus; hæc una e Bullis est quas diu magna cum incom- | Bullae.
40 modo nostro tulimus; hæ sunt illecebræ et pellecebræ quibus tot iam an- §. 90.

[11] Cf. exhort. vol. I. n. CXCIII. [18] Cf. Pers. sat. I. 103. [38] Cf. Suet. Tib. 38.

Roma. | nos urbs Roma os sublevit nobis, quibus ut libitum ipsi est, ducta-
Lib. Germ. | vit nos, cum dicta docta pro datis mitteret, insidias daret Libertati nostræ, inveniret, fabricaret, machinaretur, fingeret, comminisceretur, quo aliquid hinc nepotinis istis suis sumptibus quod suppeditaret,
Vita Romanistarum. | eliceret, cum sic viverent interim homines illi, ut abhominabilis 5
§. 91. esset piorum auribus eorum fama. Non tantum audistis antiqua illa et superius acta, sed vidistis etiam aliqui nupera et novitia, dii immortales,
Nota | qualium scelerum quantam congeriem: iniuria Sodomam et Gomorræos perdidit deus, si parcit istis Romæ, ad quorum improbitatem nimis isti quam frugi fuerunt. An non hoc dicendum est, cum videmus sacra 10
Romae venalia omnia | et profana omnia habere eos promercalia; rogationes sciscere
Const. Pont. | semper plurimas, et easdem abrogare statim ac rima fuerit inventa,
§. 92. Avaritia Ro. | neque non invenitur, quoties lucrum est, impellente avaritia. et
Rapacitas Ro. | soliti sunt nullum statuere modum rapinationibus istis suis, cum sæpe prius quam abusa essent ante data, novos mitterent huc depecula- 15
tores, qui astutiam corde machinarentur, qua nos auro spoliarent, nec
§. 93. Exhort. Ger. | argenti aliquid facerent hic reliquum. Quare tandem efficere tentemus quod effici posse negatum est hactenus: servemus quæ nostra
Ro. insatiabiles. | sunt; neque enim satiamus homines, cum pecuniam toties et tantam mittimus, irritamus multo magis, patientia nostra ac simplicitate ista 20
avariores cotidie facientes et nostrorum magis appetentes. In proclivi hoc
§. 94. nobis: tantum audete. De me quod pollicear, sic me Christus eorum quæ paro, compotem faciat, ut laborem nullum subterfugiam, neque unquam cessabo, donec effectum videro, ut nequid deinde quæstus in Germania sit improbis Curtisanis, sceleratis Romanensibus. hæc nimium multis apud 25
eos, quibus virtutem addere, verba non decet.
§. 95. Bulla ad Germanos. | BVLLA. Audistis garrientem hunc, Germani, quod neque pes neque caput compareat. iam infiniti prope anni sunt quum possidemus ius hic nostrum, et tamen spes venit impiis rerum novationem inducendi.
Germaniae claritudo unde. | quod ut efficere possent, tamen patriæ claritudinis venire in 30
§. 96. mentem eis deberet, ne hanc malo obscurarent facinore. quod vos providere decet, ne quo novo dedecore vetustissimam religionis et pietatis de vobis famam conspurcari sinatis. Decimo quidem opinio est obedientes habere se hic oves; atque igitur nimium de vobis sibi placet pastor ille: quod me etiam laudibus celebrare iussit huc abeuntem, omnium natio- 35
Germ. semper Pon. Ro. dedita. | num hanc integerrime semper fuisse deditam sedi Apostolicæ:
§. 97. etsi hodie nequiter expedivit mihi negotium hoc: ita me crudeliter habuit iste hospes meus, quem vos, nisi haud estis quos esse Romæ putamus,

---

2 Plaut. Asin. III. 1, 22. 3 nepot s.] Suet. Cal. 37. 5 abom. pior. aur.] Bullæ verba. 10 sq. Cf. Hor. epist. I. 16, 44. et Sall. Iug. 39. 15 quum *edd.* 27 sq. Plaut. As. III. 3, 139. 37 Plaut. Amph. I. 3, 23. „Nequiter pæne expedivit prima parasitatio".

pro ausibus istis digno afficietis supplitio. nam tibi, Cæsar, dico, scire volo ego, Leoni Decimo quid de te referam: utetur ne obsequenti filio?

CAROLVS. Siquidem pater est ipse. §.98.

HVTTENVS. Quid invertere paras iuvenem Imperatorem nobis, scelerum
5 cumulatissima, quam confodi decet statim iam pro Libertate hac, ut hanc te oppressa servemus?

LIBERTAS. Dixi fore ut creparet hæc ipsa immodice ira et ambitione sufflata: id iam fit: quare vos præmoneo, Germani, ut vel discedatis hinc aliquantum, vel aliqua vos medicina præmuniatis adversus venenosum qui
10 ex dirupta hac spirabit halitum: neque enim omnino inanis est Bulla.

HVTTENVS. Necessaria monet et negligenda minime: quare adeste, Stro- §.99.
mer, Ebelle et Coppe, vestra opera poscitur: *δότε προφυλακτικόν τι*, quo anticipetur hoc et prævertatur malum. | Contra Bullae venenum.

STROMER. Recipe: quanquam quid recipe? edite hortensis rapæ semen,
15 apii succo madefactum omnes, et commorsam in ore continete Angelicæ radicem.

LIBERTAS. Actum est de Bulla, rupit se mediam. verum ecce magno- §.100.
rum hinc malorum cumulum, venena multo pestilentissima. sed | Venena Bullae.
videamus qualia sint ea.

20 HVTTENVS. Hæc Perfidia est, familiare Curtisanis flagitium, hæc | Perfidia.
misera Ambitio; ecce autem ostendentem hic se Avaritiam, pene | Ambitio. Avaritia.
inanem adhuc, toties quanquam a nobis impleta est, illique ancillantes, rem mirabiliter vanam, Indulgentias; atque hic Peculatus est, | Indulgentiae. Peculatus. §.101.
et Iniuria ac Rapacitas iuxta; est et Periurium reverenter ab | Periurium
25 istis habitum; quanta se vero cum exultatione effert Sacerdotalis fastus, et ficta Pontificum sanctitudo, ac veneranda Hypocrisis; hic et Su- | Fastus. Sac Hyp. Super.
perstitio est, et Simulatio ac Dissimulatio, et multiplex Dolus, Fraudumque genus omne, et Gloria ac Ostentatio, quæque modis omnibus | Fraudes. Ostent.
fœda sunt et aspectu quoque fugienda, Luxus, Crapula, Ebrietas, | Luxus.
30 et multiformis Libido. Necesse fuit, ut dissiliret hæc bulla: neque | Libido. §.102.
enim tantum vitiorum continere diutius potuit. Quæ quia ut debuit periit, advertere vos curam decet, Germani, ut funditus aboleantur Curtisani omnes qui adseruerunt hanc et salvam voluerunt magna con- | Curtisani.
tentione nuper. hoc agite et liberi este. ego Bullam funerabo | Bullae sepultura. §.103.
35 hic, et sepulchro quidem inerit Carmen

Hic iacet Hetrusci temeraria Bulla Leonis,
Quæ, cum alios vellet, se dedit ipsa neci.

---

[2] filio? Caro. fiq. *edd.* [4 sq.] Plaut. Aul. V, 16. [15] Cf. supra vol. II. p. 46. v. 20. §§. 98. sqq.] Cf. Eccium dedolatum. [12] Ebelme *edd. fort.* Ebellie *scripserat auctor.* Cf. supra p. 137. ibique locum ex Hutt. de Guaiac. c. 13. i. f. [12] *δ. πρ. τ.*] date præservatoriam aliquam medicinam. *πρόφολακτικόν τι edd.* [20] Cursitanis *1.*

DIALOGVS, BVLLA,

T. Curtio Malaciola. Equit. Burlaſſio, Autore.

Melliflui a multis celebrata parœmia Homeri
Vera eſt, perſimiles iungere ubique deum: 5
Pontifice a Bulla venit, horrida Bulla, Luthero.
Bullæ, et qui hæc ſcripſit nil niſi Bulla fuit,
Bullæ homines, legite illa, Exemplo et diſcite Bullæ
Pontificum Bullas ſomnia, et eſſe nihil.

Gygantum 10
Fraterculus.

Excuſum, Impenſis et opera Iohannis Coticulæ. ||

p. 2. TYPOGRAPHVS LECTORI VERITATIS AMICO. 15

Germane, adeſto, candide,
Veroque amice dedite,

---

[1] Adicimus dialogum 'Bulla' inscriptum, quem qui Hutteno infelici iudicio adscripserunt, utrumque parum attente legisse videntur. Prodiit libellus quattuor foliorum quadratorum, quorum ultimum a scriptura vacat, s. l. et anni indicio; sed Coloniæ eum inpressum esse cum ex aliis causis tum ex eius similitudine cum eo Hochstrati ovantis exemplo, in cuius fine legitur 'Hæc affixa fuerunt Coloniæ, Dominica poſt | omnium ſanctorum, M.D.XX. | ' coniectaverim. annus autem quo prodiit, ex ipso libello MDXX. satis aperte sese prodit. De auctore nihil omnino constat; mihi vero multæ, quarum expositio huius loci non est, causæ faciunt ut suspicer Ioannem Cæsarium conposuisse hæc opuscula. [2] Malaciola] *fictum nomen aut a Græco* μαλακίας, μαλακός, i. e. homo mollis et effeminatus, aut a μαλακία, malacia, *languore stomachi, præcipue gravidarum feminarum, cuncta fastidientis aut absurda adpetentis.* [3] Burlassius = *nugator, scurra, sannio*, Poßenreißer, Hanswurſt, baiazzo. *ab Ital.* bùrla, burlàre *fictum nomen.* (*Cf. Lat.* burræ.) [4] Homer. Od. XVII. 218. ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. [10.11] Gigantum fraterculus' ex Iuvenal. sat. IV. 98. vocatur Eduardus Leus a Gerardo Listrio in ep. ad Beat. Rhenanum, quæ legitur in Epistolis Indice bibliogr. Hutt. n. 52, 2. indicatis p. 141. sq. [13] Cotic.] *an pro* Cotycola? cf. p. 335. not. 20. [17] *an* amico?

Plumbata hic Bulla dextero
Cupit nocere Luthero:
Sed illa inanis eſt fonus,
Minis refertus omnibus:
5 Curanda eſt ergo ceu fonus.
Perit cito, et qui mox adeſt,
Ex animo. ‖

DIALOGVS T. CVRTII MALACIOLÆ CVI TITVLVS BVLLA. p. 1.

10 INTERLOQVVTORES GERMANVS, BVLLA.

GERMANVS. Quo vadis, Bulla, tam inhumaniter me transiens? cur non salutas? forsan me putas carere ventre, quo genere hominum Rhomanensibus nil adeo invisum est?

BVLLA. Apage, procul hinc: leonem ex unguibus iudico, Lutheranus es.
15 cautum est sursum atque deorsum a Rhomani Pontificis sanctitate Brevi non brevi, ne hæresis illius adsertores alloquar.

GERMANVS. Certe magnam sectam, si hoc voles, perpetuo silentio præteribis.

BVLLA. Tam multos illius farinæ putas?

20 GERMANVS. Certe quot Athenis noctuæ sub tegulis.

BVLLA. Qui fit?

GERMANVS. Dubitas?

BVLLA. Qui non dubitarem, cum sim ipsissimum dubium, incerta an bene vel male faciam?

25 GERMANVS. Utcunque cadant taxilli, modo te nemo vel suspiret male facere, missam, ut uncant, a sanctissimo. sed digredior nimium. quo vadis tandem, Bulla?

BVLLA. Ut perdam Lutherum, vides plumbum ceramque hanc, iuratissimos meos comites, quinetiam funiculos illos miniatos, quos cavendos tritum etiam
30 adagium monet.

GERMANVS. Hahaha! quid audio? Putabam Rhomanenses illos megaloptochos sapientissimos esse. o quam supervacaneis sumptibus movent tragœdiam! oleum et operam luserunt.

BVLLA. Minime.

35 GERMANVS. Maxime: tantum enim purissimum Lutherum diræ hæ non nisi ad opprimendum veritatis synceritatem excogitatæ concutient, quantum ex pelvi redditum fulgur.

BVLLA. Nunquam tam horridam me emisit Pontifex: ni fallar, obstruam illi os.

40 GERMANVS. Difficillimum hoc est.

BVLLA. Imo facillimum.

---

[14] Diogenian. V. 15. [26] uncare *de ursi voce emissa dicitur.* brummen. [29] Plut. in Lysandro 10. *ὑπὸ τῷ κεραμικῷ κοιτάζεσθαι πολλὰς γλαῦκας.* [25] Cf. Ter. Ad. IV. 7, 21. sqq. Cic. ad Div. XV. 1. i. f. [29] tritus etiam adagio *edit. Proverbium etiam de rubro funiculo serico ad strangulatum misso.* [31] *μεγαλοπτώχους, quasi* archimendicos. [32] Plaut. Poen. I. 2, 119. [35] hæc *edit.* [36] *Ἀστραπὴ ἐκ πυελίου. Diogenian.* III. 7.

GERMANVS. Si suis institutis vixerit, nihil ultra pontificiam peram arripiens; sin minus, non tam libere quam vere scribet, nullis modis animadvertens, sive Gyaros sive Philoxeni lapidicinas miniteris: teruncii non faciat omnia.
p. 4. Christum ‖ vivat qui iactat se Christi solium occupare, et laudabitur Christianissime. aggredi potes infractam hanc arborem, verum non deiicies: tute videas, 5 paries tibi proximus ardet.

BVLLA. Bigis atque quadrigis evertam.

GERMANVS. Cum nibas coccyssaverit.

BVLLA. Curriculo.

GERMANVS. Si non saperemus. Alios habes Germanos, nova apud nos sunt 10 sæcula, nuces abunde trivimus, plaustellum reliquimus undique; quære peregrinum planum; nos egregie novimus.

BVLLA. Quantumvis magna loquere, parebitis tamen, atque Lutherum corvis dabitis.

GERMANVS. Putas adhuc nos Rhomanensibus tuis adsimiles, qui quo verius 15 quis loquitur, eo gravius insectantur. memini Rhomanenses quosdam Sybaritas et hanc amentiæ particulam honesta quadam specie quondam nobis invexisse; sed Lutherus lympidissimis suis aquis expurgavit omnia saluberrime. delicatæ sunt adhuc tuorum aures, palata satis mollia; tum quibus non arridet ille nulla pestilentissimi Euge adsentatione conditus versiculus 20

Accipe Sume Cape sunt verba placentia Papæ?

BVLLA. Hæreo inter sacrum et saxum, quo me vertam nescio: si non curabit ille quid eundo consequi possum? arenæ mandabo sementem hanc, si domum redeo negocio pomeriis nondum impositis. Proh quas pœnas luam! iam mihi dentes pruriunt, somnio assidue fidicularum strepitum. 25

GERMANVS. Fac quod lubet; ego Germane, hoc est vere atque sapienter, tibi consulo.

BVLLA. Faciam quod debeo: pergo igitur, procul dubio bonis avibus adsecuturus summi Pontificis hostem acerrimum.

GERMANVS. Evangelicæ veritatis propugnatorem adamantinum. 30

BVLLA. In hunc non illis tibiis apud nos cecinit Eccius.

GERMANVS. Quid aliud ageret Geckius, Germanus degener, dignus etiam ut Lacænam matrem habeat, Romano Pontifici absque omni fundo vallum atque fossam tribuens?

---

[1] Si suis *etc.*] *sic edit. an* tuis? [3] Gyari (Gyarus *s.* Gyara, *hod. Ioura, maris Aegæi insula, in quam Roma relegabantur rei.* Philoxeni] Cf. Suid. v. *Φιλοξένου γραμμάτιον.* „Philoxenus Cytherius cum ex latomiis Syracusanis evasisset, in quas a Dionysio coniectus fuerat, quod eius tragœdias non adprobaret .." Teruntii *edit.* omnia, Chriftū *edit.* [4] Chr. viv.] *cf. Iuven. sat.* II. 3. „Qui ... Bacchanalia vivunt". . Et *edit.* [6] „nam tua res agitur, paries cum proximus ardet" Horat. epist. I. 18, 84. [8] nybas *edit.* nibas (*gallus mutus*) *non κοκκύζει, non canit. Ὅταν νίβας κοκκύσῃ, τόθ' ἕξεις πλοῦτον. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.* Apostol. XIII. 13. Simile 'Ad kalendas Græcas'. [10] saperemus, alios *edit.* [11] Pers. sat. I. 10. „ac nucibus facimus quæcunque relictis'. plaust.] Cf. Hor. sat. II. 3, 247. quere *edit.* [12] Planus, *πλάνος*, impostor. *Cf. Horat. epist.* I. 17, 59. *cum Acrone.* [13] corvis] *ἐς κόρακας.* [21] Euge = *hominis semper* 'euge' *dicentis, adsentatoris, parasiti.* [22] Hæreo *etc.*] Inter sacrum saxumque sto. Plaut. Capt. III. 4, 84. [23] possum, ar. *edit.* [24] pom. n. imp.] *i. e. non finito.* cf. Gell. N. A. XIII. 14, 4. ar. m. sem.] Ovid. Her. 5, 13. [25] dent. pr.] Plaut. Poen. V. 6, 26. fidiculæ] *torquendi adparatus.* [33] Lacæn.] *i. e. severe natos tractantem.* [33 sq.] Cf. Cic. ad Att. IX. 12, 3.

BVLLA. Per naviculam prorsum ac sursum fluctuantem, dicas quicquid libuerit, Lutherum ille superabit strenue.

GERMANVS. Clamore, non eruditione.

BVLLA. Achilleis argumentis.

5 GERMANVS. Sophisticis sarmentis.

BVLLA. Suo Chrysopasso.

GERMANVS. Libro multum crasso.

BVLLA. Materia iuramenti.

GERMANVS. Et hic fuit animi non satis attenti.

10 BVLLA. Suis itinerariis.

GERMANVS. Ubi utitur commendaticiis precariis. ‖ p. 5.

BVLLA. Theologia mystica.

GERMANVS. Quæ tota est Sophistica,

BVLLA. Aristotelicis commentariis.

15 GERMANVS. Tribus verbis, furtis autorum variis.

BVLLA. Sacris literis.

GERMANVS. Paratis liberis.

BVLLA. Hoc nullis numeris Theologicum.

GERMANVS. Omnium calculis: nuper enim Rhomæ apud Cyrenem, scortil-
20 lum duodecim artium, deprehensus Cotyn se celebrasse dicebat, quo penem sibi ad Theologiam satis idoneum fœlicius proveheret.

BVLLA. Non magnopere culpandum hoc.

GERMANVS. Et hic Rhomanensem spiras, quibus hoc unum licet 'bonos' dici, cum sint nequitia ipsa nequiores.

25 BVLLA. Non audio.

GERMANVS. Vernaculo vestro more: quid enim illorum Rhomanensibus non ingratissimum est, mellitissimum autem omnium? viciorum suorum Camarinam non moveri, ulcus manere intactum, omnia flexis genibus laudari, bene interpretari quod tam aperte malum quam in Plauti comœdia Mœchus est; hoc nisi
30 Rhomæ facies, nemo non littore surdior.

BVLLA. Hoc non ad nostras chordas. Vale ergo, Lutherane, atque in malam partem vale. interea tuo Antistiti Luthero bene precare. ego diu iam adparavi machinas; quo vincam celerius, adporto devotionum tonitrua.

GERMANVS. Oro igitur summis adfectibus, ut hic qui mittit, celerius quam
35 ex femina Cæneus vir prodiit, Salmoneus fiat.

Callyrius Trulla, apud Burlassiam Cataduppæ regis Stratiotarum Metropolim, Excudebat.

---

[4] Achill. *i. e. quæ sauciari, vinci nequeunt.* [6] Chrysopassus *nomen libri Eckiani qui prodiit Aug. Vind. ex off. Millerana m. Novembri a.* 1514. in fol. [7] *Molestior quam crassior mihi Chrysopassus videtur, quod et de ceteris Eckianis libris mox nominatis dixerim.* [20] 'Cotys, dæmon qui apud Corinthios colitur, fœdæ libidinis præses.' *Suid. h. v.* [27] omniū. Viciorum *edit.* Cam. movere *proverbium de iis qui ultro ad se malum arcessunt.* [29] Comedia *edit.* [30] *Nimis defatigat me proverbiis Germanus.* surdior? *edit.* Litore loquacior, ῥαχίας λαλίστερος. Diogenian. VII. 99. (ἐπὶ τῶν ἀδολέσχων.) [31] *Κινεῖς χορδὰς τὰς ἀκινήτους.* Plut. de audit. VI. p. 157. ed. Reisk. [33] devot. *i. e. exsecrationum papalium, ut moris est in bullis damnatoriis.* [35] Cæneus] „Femina natus erat . . . | . . . . . | '. . . da [Ne-

p. 6.

DIALOGVS CVI TITVLVS INIVSTITIA.

Interloquutores Pasquillus, Mercurius.

P. Cur Capnionem iterum decimus Leo damnat iniquo
Iudicio? illi olim gramina prima dedit. 5
M. Lutheron alternis vicibus quo pectore toto
Arcadico perdat dedita turba Scoto.
P. Qui illorum proceres?
M. Quos magna Colonia nutrit,
Tum qui Lovanii mœnia summa colunt. 10
P. Proh facinus,
M. Mundo infandum!
R. Rhoma, opprime summum
Pontificem, et vero vivere honore potes.
M. Cæcum illum qui fert? 15
P. Quoque cæca et surdior ipsa est
Littore.
M. Habet Medicum nomine, reque nihil.

Ex Chriſtiana Pietate,
P. Rubinus regis ſtratiotarum a ſecretis, 20
faciebat.

---

ptune], femina ne sim, | Omnia præstiteris'. Graviore novissima dixit | Verba sono, poteratque viri vox illa videri, | Sicut erat: nam iam voto deus æquoris alti | Annuerat . . . ." *Ovid. Metamorph.* XII. 172...209. Salmoneus] Thessalus, Aeoli filius, Sisyphi frater „flammas Iovis et sonitus imitatur Olympi", „divumque sibi poscebat honorem", „At pater omnipotens densa inter nubila telum | Contorsit ... | .. præcipitemque in mari turbine adegit". *Verg. Aen.* 585...594. [36] Callyrius] *cf. v.* Collyrium, *quæ medicamenti s. unguenti species est.* Trulla] = *cochlear*, *concha manubriata.* Burlassium] *cf. supra* p. 332. Cataduppæ] Catadupa *ab accolis Nili catarractæ et ipsi accolæ* Catadupi *appellantur. Plin. H. N.* V. 9, 10. VI. 29, 35. Stratiotes, στρατιώτης = miles (Albanensis imprimis, quo in exercitibus tum similiter atque Germanico *Lanzknecht* uti solebant), *sed etiam* millefolium, chiliophyllum, *stratiotes*, („in Aegypto tantum et inundatione Nili nascitur" *Plin. H. N.* XXIIII. 18, 105.)

[5] gram. prima] tenerrima, optima. [7] Arcadico] *pastorali. ironice.* ded. t. Sc.] *Scotistæ*, *Dominicani.* [11.12] Homerice. [16] sordior *edit.* Cf. præc. pag. [18] medicum *edit.* Medicæum Leonem X. [20] Rubinus] *suspicor nomen fictum esse ex iis quæ de* rubis *Plinius* (H. N. XVI. 37, 71. *narrat, florem eius contra lippitudines illini ignique sacro mederi.* De Rubiano (Croto) non cogito.

MONITOR PRIMVS.

DIALOGVS HVTTENICVS.

Interloquutores MONITOR et LVTHERVS.

MONITOR. Ego me ab his vero partibus, ubi non citra discrimen adi- §. 1.
5 tur etiam infamia, ac in tutum aliquo me dabo.

LVTHERVS. Quibus a partibus, dic age? | Partes Lutheri.

MONITOR. A tuis enim.

LVTHERVS. A meis vero? At a me longissime absit semper hoc, partes ut faciam in hominibus et Christum dividam.

10 MONITOR. Atqui partes fiunt, magno etiam motu: nam qui docentem te audiunt, Lutherici vocantur, aliique censentur ab iis qui | Lutherici. Pontificem Romanum in ordinem tecum non redigunt, sed regnum illi permittunt.

LVTHERVS. Ego vero minime quæro, ut vel tu vel alius quisquis sub §. 2.
15 nomen hoc concedat, imo etiam deprecor; nam Christianos facere mihi propositum est.

MONITOR. A me impetras: nam ab hoc die missum te faciam, nunquam posthac auditurus, neque mihi tecum res erit.

LVTHERVS. Quid tam repente immutatus, charissime? sed primum dic
20 age, quæ infamia est cum Luthero conflictari? et in quod discrimen abducit?

MONITOR. Hæreseos infamia est, eiusque tetræ et detestabilis: facit au- §. 3.
tem qui te sequuntur, infestos Pontifici Romano omnes, a quo | Ro. Pont. periculum est ingens, ne fulmine anathematis omnem semel scholam tuam
25 dissipet et comminuat; neque non minatur hoc ille iam: quare desciscendum abs te in tempore, siqui esse salvi voluerimus.

LVTHERVS. Sed ubi sic iudicant homines?

MONITOR. Vulgo iudicant pertinaciter, illius partim metu quem offendere nemo tutum arbitratur, partim tui etiam tedio, quod minus ac minus
30 arrident quæ mones, neque iam ut pauloante accipiunt ea homines; id quod me potissimum abs te dirimit, immutatum adeo, ut pro nugis habendum ducam quicquid est quod tu nove doces. quem non | Nova lutheri doctrina. §. 4. immutent enim quæ prædicas, ad veteres illas sordes ab hoc splendore eccle-

---

[9] Cf. Paul. ep. I. ad Cor. I. 13. [12] Cf. vol. II. p. 86. §. 33. et p. 290. §. 173. Multimodis hic Monitor Erasmum quamvis paullo deformiorum refert.

siam revocans? Pontifici quod mundus tribuit, solus adimens? præterea multa idem mones, a communi quæ abhorreant sensu.

LVTHERVS. Primum levis author vulgus est, neque dignum id iuditium, cui a bonis subscribatur statim ita. scias tu vero in gloriam ire plerunque infamiam, summamque esse virtutem in sceleris opinione virtutem sectari, nec posse vel turpitudine imputata ab illius studio deterreri.
§. 5. Deinde non hoc facio quod tu existimas, sed a sordibus te ad inlustrem ego nitorem transfero, a tenebris in lucem traduco, et levatum e luto in aureo sedili colloco.

MONITOR. Quo id argumento?

Veritas christiana. | LVTHERVS. Quia veritatem iubeo observare te, et Christum sequi, eiusque penitus legibus intentum divina capessere mandata, ut posthabitis hominum traditionibus totus in iis occuperis, neque latum inde unguem, quantumvis necessaria ex adverso clamet quis, et quantocunque
§. 6. revocet opere, discedas; breviter, ingenue Christianus ut sis, author tibi sum atque hæc doceo. quæ siquis est qui nugas interpretatur, scias eum non habere instituti rationem sui, neque beare te, cum alio divertit, sed Pontificum studia. | in errorem abducere magis ac perdere. tu autem, tanti nuper animi, sordida vocas hæc, non illa potius animum mire defœdantia, quæ sequuntur isti et numinum loco venerantur, avaritiam et quæstum, luxum et libidinem?

§. 7. MONITOR. At etiam veritatem profitetur Pontifex et cum Christo facit. sed huic ob id, quam tu aut alius quisque, propius conversatur, quod Christi vicarius. | Vicarius quoque est et transfusam in se omnem ipsius vim habet ac pari fungitur potestate. Christianum vero esse quid tanti est, cum ille beatos etiam faciat, ut errare non possint qui adhærent ei, cui sic cum Christo convenit, ut possit quod velit etiam statuere, cum tu in angustiis interim verseris et ab Evangelio non ausis vel tantillum respicere?
§. 8. LVTHERVS. Nequaquam parum est Christi vicarium esse, sed meritis censetur hoc, non cuiusque ambitione et imposito nomine. quod ut habere illum obtineas, opus tibi erit totum de integro formare Pontificem, eumque alium non quam tibi ego depinxi. versor autem in angustiis ego, qui circumscriptam angustissimis limitibus religionem hanc, tot tam arcte coactam circum claustris, vinctam mire variis et compressam legibus, ce-
Libertas christiana | remoniis obnoxiam longe superstitiosissimis, in libertatem illam a
§. 9. Christo datam restituo, et ab inferno productam carcere sibi reddo. Sed Conventio Christi cum Pont. Ro. | hoc tandem mihi edissere, ubi illa inter Romanum Pontificem et Christum facta est conventio?

MONITOR. Ibi enim, quando et ligandi quod vellet et solvendi quod

---

[12] intentam *1.* capescere *edd.* [16] interprætatur *1.* [37] ediscere *edd.* Cf. Paul. ep. II. ad Cor. VI. 15. [29] Matth. XVI. 19.

videretur ius Petro concessit Servator ille, clavesque dedit, quis cœlum cui velit reseret.

LVTHERVS. Hoc dedit ille quidem Petro, non inficior, verum non soli: nam et reliquis apostolis pariter dedit. sed ut soli dederit, quid ad Flo-
5 rentinum illud hunc?

MONITOR. Nempe ad legitimum quod hæredem et in potestate suc- §. 10.
cessorem.

LVTHERVS. Igitur Petri hæres est Decimus, et qua id lege? | Petri haeres Pon. Ro.

MONITOR. Quod pontifex est, et Romæ sedet, et in episcopos princi-
10 patum gerit.

LVTHERVS. Nihil ad Petrum: nam neque ille in Coapostolos | Petrus
regnum exercuit, neque sacerdotibus aut Episcopis tale quippiam permisit deus, iam inde ab initio cum sacerdotes faceret eosque a reli- | Sacerdotes.
quis hominibus discerneret, 'Non habebitis' inquit 'partem inter eos: nam
15 ego sum pars et hæreditas vestra'. quanto minus concedat hoc igitur, in-
novatis tandem omnibus ita ut commune iam sit sacerdotium? nam quot- §. 11.
quot sumus filii dei per fidem quæ est in Christo Iesu, hæredes sumus dei, cohæredes autem Christi; Petrus vero moriens reliquit hæ- | Petri haereditas.
reditatem, qui omnia sua vivens reliquit propter Christum? et quo mihi
20 Romam, ut hanc statuas dominam et reginam eorum quos liberos | Roma.
Christus reddidit? Quin tu ita sentis, successiones esse in | Successio in Apostolorum potestate.
Apostolorum potestate non alias quam quæ sunt ex vitæ similitudine: qua perspecta siquem contigerit ab Ecclesia evehi, is se meminerit non regibus succedere aut principibus, sed apostolis pastoribus, idque non in divi-
25 tias et potentiam, sed in gratiam a deo datam, in evangelicæ veritatis præ-
dicationem et fratrum ministerium. certe enim in onere est hæc succes- §. 12.
sio, non honore, in opere et labore, non potestate et tyrannide: nam potestas Christianorum non Romæ tantum, sed ubique Episco- | Episcopi Christiani.
porum debet esse virtus Apostolica; qua qui præditus est, is successor
30 Petri, etiamsi Romam non viderit, dici potest; atque ille quisquis erit,
non seculi regna moderabitur, sed apostolatus opera dispensabit. nam quæ dementia est eum qui (quod pessimo cuique et ambitiosis- | Episcopi tyranni.
simo proclive est, et ob id a Christi instituto summe alienum) regna invadat et ditiones subiiciat, apostolis datam interim gratiam ad se trahere et
35 in fastu ac purpura, in divitiis ac luxu, inter gladios et bipennes, inter
sagittas et bombardas, in bello et cæde, furiis et rabie Petri successorem et Christi vicarium haberi velle, cum interim nihil Christi agat, nihil Petri ne cogitet quidem? intelligis alia ratione in hæredes ambulare et quasi per §. 13.
manus tradi datam a Christo potestatem?

---

[2] queis 2. [11] Conapostoli 2. [14] Non hab.] Cf. Ecclesiastici XLV. 27.

MONITOR. Quid postulas intelligere me, qui videris ignorare ipse aliam fuisse primitivam illam Ecclesiam, in qua pro captu ætatis fuerunt ista, Triumphans Ecclesia. | aliam hanc triumphantem nunc, in qua splendida omnia et gloriæ plena esse convenit?

LVTHERVS. Una fuit semper, eritque posthac Christi Ecclesia. porro iniuriam pati vincere est apostolis, ut ne quid triumphare sit ignores; Episcoporum gloria. | gloria vero Episcoporum est ut illa Pauli, neminem lædere, neminem corrumpere, neminem circumvenire, et rursum quod ait 'Nos autem gloriari oportet in Cruce domini'.

§. 11. Pastoris officium. | MONITOR. Quid ais, optimi pastoris officium non est augere gregem, docere obedientiam, quæ plus est quam victima, affligere se curis et macerare sollicitudine, ut possit quam ultime provehere rem Ecclesiæ? Augere Christi gregem. | LVTHERVS. Est, si rite capias: nam augere Christi gregem in animis est ipsi lucrifaciendis. quod qui agit, is provehere fidei limites recte dicetur; siquis vero hoc prætexat quidem, id vero agat ut pecuniam conquirat et potentiam invadat, scias eum non Christi esse apo-
§. 15. stolum, sed Christianæ veritatis perversorem. de cuiusmodi recte Paulus præmonuit, 'Quod facio,' inquit 'idem et faciam, ut amputem occasionem iis, qui cupiunt occasionem, ut in eo de quo gloriantur, reperiantur quemadmodum et nos: siquidem istiusmodi Pseudapostoli operarii dolosi sunt, Obedientia. | sumpta persona Apostolorum Christi'. Obedientia vero quam dicis, non hæc est quæ Romano Pontifici præstatur hodie, sed de qua dicitur,
§. 16. 'quia obedire oportet magis deo quam hominibus'. Præterea summi pon- Summi Pont. Officium. | tificis, siquis esse debeat hoc tempore, officium est pascere oves Christi: hoc autem in eo situm est, ut exemplis præeat, factis ostendat, apud deum piis pro populo orationibus intercedat, doctrina erudiat, exhortatione permoveat, sedulo et diligenter advigilet nequid de grege sibi pereat, omnibus viis obsistat nequid usque aberret. sed neque hoc pa- Dilectio Dei. | scere illi, nisi tantum amet Christum, ut in dilectionis profes- Ro. Pon. quid profitetur. | sione ausit dicere 'Tu scis, domine, quia amo te', committitur, ut ne existimes eos qui pecuniam amant, rite Episcopos fieri.

§. 17. MONITOR. At hæc eadem agnoscit Romanus noster, neque impugnat puto quæ dicis, sed siquid inde aut sibi remittit aut aliis indulget, id se arbitratur ex potestate sibi permissa facere.

LVTHERVS. Atque hoc est quod nos qui veritatem tuemur, male habet, quod multa tacite agnoscit, aliquando verbis etiam probat, sed factis aversatur: nam si inspicias et Petrus ut vixerit et Episcopi ut vivant

---

[7] Ledere *1.* [7] Paul.] ep. II. ad Cor. VII. 2. [8] Nos autem] Pauli ep. ad Galat. VI. 14. „Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi". [17] Paul. II. ep. ad Corinth. XI. 12. 13. [23] Act. apost. V. 29. [30] Tu scis d.] Evang. sec. Ioann. XXI. 15. sqq. [31] Cf. supra p. 162.

hodie, nihil contrarium magis cognovisse dices: dic mihi enim, Evangelium prædicat Decimus Leo, et regnum dei inter gentes | Episcoporum praedicare Evang.
adnunciat?

MONITOR. Hoc faciat ipse, cum tot discurrant passim Fratrum milia, §. 18.
5 quorum ibi opera uti licet?

LVTHERVS. At nulla alia ratione aut his Fratribus aut quo- | Pont. Ro. quomodo max.
vis Christianorum maior iudicari debet, quam quod hoc magis quam quisque alius faciat; neque princeps esse Episcoporum inani nomine debet, re atque opere debet, ut qui attentius inspiciat, diligentius curet, sollicitius
10 advigilet; qui commissum sibi gregem anxius pastor vigiliis, cura, laboribus atque omni conatu servet et defendat. nam in mercenarios istos reiicere curam hanc non Episcopi est, sed eius qui Episcopatum deponat et ab hoc se abdicet officio.

MONITOR. Igitur non vis plus posse illum Summum, quam | Summus Pon. §. 19.
15 alios ubique Episcopos?

LVTHERVS. Siquidem summus esse debeat, plus velim; sed illud plus posse iuvandis fidelium animis, non gravando populo Christiano æstimatur, quinetiam quo est præcellentior Episcopus, hoc magis curam habere debet, cum sciat dispensatorem esse se rei alienæ, ut apte offi- | Episcopus dispensator.
20 cium faciat, redditurus apud severum iudicem gestorum rationem, qui laudabit quidem fidelem illum et magnifice habebit, eum vero qui offitio suo per segnitiem et luxum defuerit, dividet partemque eius ponet cum infidelibus. Audi vero, quia de Petri successoribus agitur, quales ille voluerit §. 20.
esse compresbiteros suos et successores: 'Pascite' inquit 'quantum in vobis
25 est gregem Christi, non coacte, sed volentes, non turpiter affe- | Petri praeceptum.
ctantes lucrum, sed propenso animo; neque ceu dominum exercentes adversus cleros, sed sic ut sitis exemplaria gregis'.

MONITOR. Recte fugio te, ut absurda monentem.

LVTHERVS. At non fugeres, si Christum sequi velles. Dic iterum mihi
30 autem, Decimus Leo cum et biennio ab hinc fratres suos Cardinales occiderit et Urbinensi bello, ut principem faceret nepotulum suum, multas perdiderit animas, servavitne vicissim aliquas? | Leo Decimus animas perdidit.

MONITOR. Imperite rerum omnium, qui non vides quam cottidie mul- §. 21.
tos beet dimissis in orbem indulgentiis. | Indulgentiae.

35 LVTHERVS. Video adsidue has illum mittere; sed qui coniectari licet ad animorum beationem facere aliquid hoc, quod ille non ob id ipsum, sed ut pecuniam colligat, instituit? quod si non esset etiam, neque lucrum ibi suum quæreret ipse, tamen censeri non deberet hoc posse eum prius quam factis dedisset ipse sanctimoniæ suæ documentum, ita ut in beatorum nu-

---

11 mercēnareos *1*. Cf. Ioann. X. 12. sq. 22 Luc. XII. 46. 24 inq.] Petr. I. ep. V. 2. 3. 30 occid. *etc.*] Cf. infra Pasquill. §. 15. et exhort. ne decimæ præst. §. 21.

§.22. merum futurus credatur. Libenter multa Leonis prætereo, ac illius vitæ quantum licet parco; homines vero miror qui salutis præsidium in con-
Praesidium indulgentiis. | donationibus, quæ bonorum operum cessationem inducunt, collocant, cum sciant fidem sine operibus mortuam esse: nam si venias a Pontifice emercari, id vero animas, quemadmodum qui nundinatum huc mittuntur prædicant, salvaret, nihil magnum esset amare deum et proxi-
Bona opera. | mum, nulli nocere, multis prodesse, non inferre iniuriam, etiam defendere, opem ferre afflictis, succurrere oppressis, iuvare inopes, impertire aliquid pauperibus, affligere corpus labore et vigiliis, macerare ieiunio, torquere abstinentia, denique vivere in totum abstinentissime; nihil magnum esset, quandoquidem liceret in otio et desidia, torpore et segni-
Male viventem agere. | tie, in crapula et ebrietate, luxu et delitiis, in ira et odio, superbia et fastu, furtis et rapina, furiis et cæde, breviter, incursu illo malorum operum beatum fieri, tantum emptis pecunia condonationibus.

§.23. et tunc Fuccheris primo loco proclive esset salvis fieri; nam abunde ha-
Pauperes. | berent ii, quo iterum atque iterum emerent: quo pacto per in-
Divites. | iuriam præriperetur pauperibus promissum a Christo regnum cœlorum, et ad divites ac voluptuarios, toties ab illo damnatos, invito ipso transferretur. atque has tam sordidas cauponationes, tam fraudulentas imposturas ad animorum salutem conferre aliquid existimas? quin potius fri-
volam hanc ab animo opinionem excute, teque reformandum præbe, ut intelligas inanem fucum esse hæc, veritati quo minus agnoscatur præten-
Bulla. | sum. id quod vel unum bullæ vocabulum admonere te debuit: cuius materia, cum sit inanis quidam flatus, primo quolibet levissimo etiam impulsu disperiturus, quid in bullis Romanis fidere liceat, cognoscendum dat.

§.24. Lutheri infensio. | MONITOR. Optimo iure persequuntur te infensissime multi: primum Romanus Pontifex, cui quod in eius potestate summum est adimis, deinde Cardinales et prothonotarii omnes, totumque illud Romanæ aulæ concilium, quod ab indulgentiis et iis quæ tu pariter colligi Romam vetas, alitur; postea inopes scribæ et notarii ac miseri copiistæ, qui nisi bullæ fabricandæ dentur, necessario tandem esurient.

§.25. LVTHERVS. Qua mea culpa? an possum dare hoc ego pontifici quod Christus non dedit, imo quod multa præmonens ne unquam in quæstum vertatur pietas, ademit etiam? Quæ iactura autem Christianæ reipublicæ,
Curia Romana. | imo quod non solatium et commodum, si tota ista curiæ illius colluvies non esuriat tantum, sed fame etiam intereat? Non licet mihi docere aliud quam a magistro meo Christo didici, aut ecclesiæ illius quam prodesse quod scio.

§.26. MONITOR. Tuo id periculo; sed bullas qui tam irreverenter accipis, quid

---

[4] Ep. Iacobi II. 17. [17] Matth. V. 3. Luc. VI. 20. [23] Cf. dial. Bull. §. 26.

§. 26.] Quod Lutherus d. 10. Dec. a. 1520. fecit, hic se facturum dicit.

decretalibus, quæ sunt et ipsæ conflatum ex bullis et Pontificum | Decretales.
rescriptis corpus, facies?

LVTHERVS. Magnum quiddam, si persuadeam principibus et populo Christiano, nempe ut exurantur et aboleantur penitus, non tam illæ, quam
5 universum ius pontificium.

MONITOR. Quod piaculum audio, ius pontificium tu abolebis? | Constitutiones Pont. Ro. §. 27.

LVTHERVS. Equidem si possum?

MONITOR. Dii prohibeant ut obtineas. sed quam ob caussam, tot piorum pontificum sanctiones, tot sanctorum virorum decreta?

10 LVTHERVS. Quia traditiones hominum cum sint, et sine iis vivere recte §. 28.
liceat, etiam beari, præterea si quis propius intueatur, lucrum quoque oleant et ambitionem sapiant, supra dei tamen mandata extulerunt se, et onus iniecerunt fidelium humeris importabile, et quæ Christus non levia tantum sed iucunda etiam proposuit, ad nauseam usque et odium aggra-
15 varunt. Sed tertium responde mihi, vel hoc Leoni curæ est pro grege §. 29.
ut excubet? et adsiduis precibus apud deum intercedit pro Ecclesia?

MONITOR. Vigilantissime studet ne quid suæ Romæ et sanctæ | Leonis Dec. Vigilantia.
illi curiæ desit: hoc enim proxime illum attingit. deinde quæ ipsius est bonitas, orbi quoque consultum vellet: orat autem noctes iam at- | Leonis X. orationes.
20 que dies, ut tu, qui tranquillum ipsi ovile, quietas caulas tumultu et seditione commoveas et perturbes, e medio tollaris repente et abolearis.

LVTHERVS. Neque recte vigilat, neque id quod petit unquam impe- §. 30.
trabit: nam et Christianorum omnium commodum suo præferre debet, neque tam oscitanter populo Christiano bene precari; et impium est ac a
25 Christi institutis valde alienum velle hominis, etiam qui male mereatur, interitum, quod pro persecutoribus quoque oraverit ipse, et orare nos iusserit. Quare omnibus his rite appensis et æstimatis illud tandem sta- | Pont. Ro. potestas.
tue, ut aut tunc demum credas accipere a Christo Pontificem ea quæ persuasus iam statim illi tribuis, cum tertio ut Petrus rogatus synceram et per-
30 fectam dei dilectionem profiteri ausus fuerit, aut longissime ab hac facultate esse cuius vita cum apostolorum moribus et conversatione non convenit, ducas.

MONITOR. Non te capio, tam sunt præter opinionem quæ in medium §. 31.
adfers.

35 LVTHERVS. At capies, si audire voles.

MONITOR. At quiddam timeo, quod futurum scio, ut si te magis audiam, magis in errorem me præcipitem.

LVTHERVS. Ah non errorem, ad salutem ducit via, qua tibi | Via ad salutem.
præeo.

40 MONITOR. Non sequor, nam et alia via quæ compendiosa magis est,

---

[26] Evang. sec. Matth. V. 44. [29] ut Petr.] Evang. sec. Ioann. XXI. 15. sqq.

et qua sanctissimi pontifices ac permagna orbis Christiani pars ingrediuntur, ad eandem salutem pervenire licet; tum si periclitandum est, cum multis iacitur rectius alea quam cum uno et altero.

§.32. LVTHERVS. Nolis etiam cum multis perire: iam hoc enim video facere te, ut in discrimen ultro te offeras. quod desine tandem, et mihi permitte hortari te atque etiam orare et per Christi viscera obtestari, ne te invertendum præbeas: iam permagnum feci meo alibi labore fructum; sine cum
Animas lucratur Lutherus. | tot milibus tuam quoque animulam elucrari me.

MONITOR. Non potes: iam alius habet enim tenetque.

LVTHERVS. Quis habet?

MONITOR. Romæ est, ibi tenetur.

LVTHERVS. Nobilem possessionem quam indigno deposuisti loco: perdetur.

MONITOR. At ipse melius spero.

§.33. LVTHERVS. De spe non reprehendo; sed ut cito quod speras adsequa-
Animabus periculum est Romae. | ris, repete ab urbe depositum: non tutum est animis versari Romæ: hoc illud est barathrum enim, quod cum semper voret, semper tamen esurit, neque unquam saturatur; hæc illa est vorago, illa Charybdis quæ absorbet nec revomit, atque ibi misere irretiuntur animæ et illa-
Lutheri affectio. | queantur æternæ perditionis nexibus. redde Christo animam, redde, amice!

§.34. MONITOR. Quoties dicam, idcirco Romæ deditum me, ut Christi sim?

LVTHERVS. Erras, hic te illi dabimus; hic in salutem vindicabimus: veni, me sequere; sequere me, sic te Christus amet et servet!

MONITOR. At iam hoc vetuit summus ille pastor, damnaturus hanc quam tu nescio quo lucrari voles animulam meam modis omnibus, si tibi unquam utcunque conversatus fuero. sed quid diutius detineri me patior, qui non ut hæc audirem, sed de me ut monerem et discessus hinc te mei certiorem facerem, adveneram?

§.35. LVTHERVS. Quem quia familiariter audivi, fas est te quoque vicissim audire me.

MONITOR. Audire adhuc quem tu tot verbis obtudisti diu iam? tamen si aliquando finem facias; quanquam vereor etiam, ne qui Romanum Pontificem facias inopem, me quoque persuasionibus istiusmodi tuis ad paupertatem aliquando redigas.

§.36. LVTHERVS. A me quidem non eris tu pauper, quem ego virtutibus locupletare quoque proposui; neque illum inopem reddidi aut egentem:
Christum sequi opulentia. | quod ut intelligas, qui possit inops dici aut egenus, si ex iis quæ ego moneo formet se, cum totus in Christo futurus tunc sit, qui nunquam passus est egere suos? an non audisti eum qui dicit 'Iunior fui et senui, et non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem'?

---

[15] dopofitum *1.* [18] irretiantur *edd.* [32] quanq; *1.* [39] dicit] Psalm. XXXVI. 25.

MONITOR. Et tamen pecuniam noles habere illum? §. 37.

LVTHERVS. Neque etiam cupere.

MONITOR. Et aurum ut non habeat vis, et vestes et gemmas et huiusmodi?

5 LVTHERVS. Nam quid opus est his illi, qui cum maiora multo possideat, sic debet esse addictus iis, ut pedibus calcet hæc, et multum esse infra se arbitretur?

MONITOR. Quæ sunt illa autem quæ meliora his possidet?

LVTHERVS. Virtutes possidebit, et divinorum illam comtempla- | Pontificum divitiae.
10 tionem putabit occupationem suam.

MONITOR. Quas tu virtutes, quæ divina refers? Pecunia opus est ad §. 38.
usum, his quæ paulo ante dixi, ad splendorem.

LVTHERVS. Si rem introspicias, dices non esse, sed ut supervacanea habebis huiusmodi penes eum qui perfectus esse velit.

15 MONITOR. Et sine comitatu induces mihi Papam, sine stipa- | Comitatus Pont.
toribus? neque voles equitum et peditum cingi ut ante præsidio?

LVTHERVS. Primum quid opus est armatorum hominum præ- | Arma pont.
sidio ei qui non tantum vim inferre ex se nulli debet, sed ne propugnare quidem, si aliunde sibi inferatur: nam contra hostem illum animorum,
20 diabolum, virtutibus communiri oportet, non lorica et clypeo, verbo dei, non gladiis et lanceis; porro incomitatus non erit qui dato virtutum suarum documento consectantes se habebit satis semper multos.

MONITOR. Et tales esse voles hic etiam Episcopos? §. 39.

LVTHERVS. Etiam hic.

25 MONITOR. Impudens, ut tam sordidos ferat nobilitas Germanica dominos.

LVTHERVS. At tunc domini non erunt Episcopi, sed pastores.

MONITOR. Vincam te uno verbo: regere enim licet quibuscunque datum est pascere. | Pascere.

LVTHERVS. Licet regere, ut ais, sed animos hominum, nequid | Regere.
30 a veritatis via aberrent; mundana vero ista imperia et tempo- | Episcopus Mundi Contemptor.
rariam omnem negotiationem ac rerum quæ mox perituræ sunt curam Episcopus Christianus ad se penitus nihil pertinere existimare debet: neque enim si hæc ageret, curare ista posset.

MONITOR. Igitur me quoque abiicere pecuniam voles, et dimittere §. 40.
35 equos ac famulos, ut nudus cœlum, quod in hoc errore ubi sit non facile scire licebit, quæram?

LVTHERVS. Minime: nam quæ dixi, perfectorum sunt: vobis etiam in mediocri illo statu salvari in promptu est; neque enim adeo | Mediocris Christianorum Status.
auguste conclusum a Christo est, ut exactissimas in omnibus esse virtutes
40 oporteat, sed moderatus est ipse hoc negotium, et post suprema illa atque cœlestia lenius quiddam et captu facilius proposuit. quæ vobis si ad consummata illa (quo tamen quantum potestis, intendere debetis) non perve-

§. 11. niatis, satis ad veram beatitudinem sint etiam ipsa. igitur et pecuniam habere multis licet, et servos et possessiones, et beari tamen proclive est, etiam Episcopis; verum ita his, ut quod habent, parati semper sint dividere pauperibus, pro se autem utantur necessariis tantum, citra fastum, citra pompam, maxime autem citra alienam iniuriam. prodigium 5

Episcopum studere pecuniae. | est autem Christianum Episcopum studio pecuniæ teneri eamque rapere per iniuriam, prodigere in luxu, quem alioqui neque superbire decet, neque voluptati apud se locum facere, neque carnis desyderia perficere, neque mundi illecebris præpeditum teneri; quanto minus pacem turbare, bella gerere, cædem facere aut cædis authorem unquam fieri, 10 imo non obsistere usquequaquam discordiis, seditionibus, bellis et cædibus?

§. 12. MONITOR. Sed huiusmodi Episcoporum pudebit hic me.

LVTHERVS. Non pudebit, ut primum adsueveris: cognosces enim ma-

Mundi principes. Ecclesiae pastores | gnum inter istos mundi principes et Christiani gregis pastores discrimen intercedere, et utrosque suo loco utque merebuntur coles. 15

MONITOR. Magnam rerum permutationem proponis, et cuius capacem esse Germaniam non credo.

LVTHERVS. Tam est quam salutis est capax.

§. 13. MONITOR. Tu tamen hoc scias secuturum me quod tutius est.

LVTHERVS. Quale id est? 20

Christianus Lutherus. | MONITOR. Huiusmodi: Christianus tu es?

LVTHERVS. Etiam iactanter: nam hanc solam et veram iudico gloriam meam.

MONITOR. Etiam Pontifex Romanus est: profitetur enim ut tu Evangelium, et hoc nomine summus est, quod Christi vicarius est, eiusque sequitur præscripta, cuius vicem gerit. 25

§. 14. P. Ro. quo praetextu fallant. | LVTHERVS. Quo prætextu mundum fallit tamdiu iam, et fidelium oculis fucum facit: an non Evangelio contraria statuerunt innumerabiles multis iam annis Pontifices?

MONITOR. Quod ego quale sit non valde scio; certe tamen in iis quæ statuerunt, video Christi professionem prætensamque eius omnibus autho- 30 ritatem, ad hunc scopum directa omnia.

§. 15. LVTHERVS. Ut siquis auro pingat plumbum vendatque pro auro tibi; imo vero exitiale venenum siquis eburnea inclusum theca mittat: nam quid

Pont. Rom. Constitutiones. | te movet quod hoc nomen, hanc prætexant suis constitutionibus authoritatem, cum hæ nihilominus pecuniæ caussam agant, lucrum 35 oleant ac omni ex parte quæstum et avaritiam sapiant? quod utique non videres, si Christi esset traditio.

§. 16. MONITOR. Hinc puto est, quod aiunt vulgo, alterius te impietatis reum

Largiri ecclesiis. | agentes, quod largiri multa ecclesiis vetes, authorque sis piæ in sacerdotes Christi liberalitati ut modus statuatur. 40

LVTHERVS. Recte aiunt: nam libenter hoc facio, neque tamen sine

21 Huiusmodi. Chr. tu es *1*. Huiusmodi C. tu es. *2*. §. 43.] Erasmum audi. 39 pie *1*.

caussa, cum videam quam pietatem isti vocant, duplicem esse | Impietas pro pietate. impietatem: primum enim liberos suos et legitimos hæredes fraudant re paterna et ipsis debita, ut locupletent alienos; deinde malis dant, ut sit quod ii luxui suppeditent, quo præsidio vitam male transigant.

5 MONITOR. Neque debent qui altari serviunt, cum altari partem accipere? §. 17.

LVTHERVS. Debent, sed quantum ad vitam honeste toleran- | Sacerdotum. dam satis est, non quo immodice se locupletent; Ecclesiæ vero non est opus auro, nisi forte quod in pauperes dispertiat: tu autem quid voles in ecclesias profundere, quo partim luxuriæ suæ consulant ociosi Canonici 10 et fratres, partim speciosos parietes extruant, domus ac villas, rem paulo post deperituram, ædificent? Pauperibus dandum: hæc est enim vera, viva et immortalis Christi Ecclesia. | Vera Christi ecclesia.

MONITOR. Quale quidque sit, non iudico, neque ista ego disputo, et §. 18. neutram hic ago caussam; Romanos vero istos ob id factioni tuæ præ- 15 fero, quod sequuntur ea quæ tolerabiliora sunt et a communi vita minus abhorrent: nempe ut divitias habere liceat atque iis uti, et voluptate frui, ac in luxu degere et oblectari modis omnibus; quod si quod severius præ- §. 19. ceptum est, ipse ille pastor lenit, ipse remittit, aliquando | Indulgentiae Summorum Pont. universum etiam tollit: neque non hoc potest cui posse Christus dedit: 20 sic enim accipi vulgo ac passim video sæpe, si scelus perpetrare libet, facit ut liceat bonus et mitis pater, omnia indulgens et ignoscens, nequis unquam ut durum Christi iugum et insuave onus detrectare possit, quod abs te non obtineremus.

LVTHERVS. Quomodo enim darem tibi quod non habeo, quod dare §. 50. 25 meum non est? aut quomodo recte permitterem tibi quod in nemine ferri licet? Illi vero quid necesse fuit legem Christi ut aggravarent ipsi pri- | Pont. Ro. mum, et postea levarent, nisi quod hoc ipsis lucro futurum erat? promitterem vero cælum tibi utcunque viventi, cum præstare non possim, neque in hominum potestate sit, etiam eorum qui maxime hoc apud vos iactant? 30 boni autem viri, si in eorum manu etiam situm esset, malorum | Boni viri. licentiam irrogare tibi, amore boni ac dilectione Dei facere id nollent; neque tu si bonus esse velis, unquam petes.

MONITOR. Tamen si petam, habeo qui det, ut illius culpa, si inest §. 51. culpa, peccare mihi liceat.

35 LVTHERVS. Quam non debes velle ut liceat: existimas autem, si aliorum culpa sic delinquas, aliquid tuæ interim culpæ decedere, | Aliorum culpa peccare. et te iuvat aliorum uti iudicio ibi, cum ex conscientia vivendum | Conscientia cuiusque. tibi sit? Quin futurum scias, ut omnium tuorum verborum, nedum operum, reddas in illo ultimo iudicio rationem, ubi arbitraris pro te soluturum 40 quicquam eum qui tam impudenter nunc omnia tibi promittit?

[1] pietatent *1*. [5] Paul. ep. I. Cor. IX. 13. §. 48.] Ecce iterum Roterodamus. [39] Matth. XII. 36.

MONITOR. Equidem arbitror.

§. 52. LVTHERVS. Atqui satis erit unus, ut respondeat pro tot milibus? nam et pro aliis agere idem illi necesse erit, quibus eadem aliquando pollicitus est.

Summi Pontificis pro omnibus satisfactio. | MONITOR. Neque non faciet, uno quopiam verbulo omnes liberans.

LVTHERVS. Quam multa igitur frustra loquutus est Christus, tot doctissimi et sanctissimi homines literis mandarunt, si unum istud quodquod est

Attende. | verbulum solvere omnem valet scrupum, omne discrimen tollere.

§. 53. quare tot præceptionibus quid tenemur occupati, si mens Christi fuit, unum quempiam post se vicarium relinquere, a quo pendere omnium facta oporteat? ut quemadmodum de Paracleto olim dixit 'Ille vos docebit omnia', sic de vicario illo dicere eum oportuerit in cælum conscendentem 'Ille vestra reget omnia, qui quod iubebit facite, quod vetabit fugite'. Vides quid sequaris?

MONITOR. Errorem, ut tu existimas; sed hoc ille viderit.

LVTHERVS. Imo tu videris, nam tibi ludetur.

§. 54. MONITOR. Nihil moveor: nam præterea valde arridet mihi negotium

Splendor episcoporum hodie. | istiusmodi Episcoporum, et honorificum videtur esse Christo suum vicarium sic vestiri, sic cingi, sic ornari, sic affluere divitiis et potentia præditum esse. qui quomodo dici posset Christum non colere, cum asinos quoque, familiare illi iumentum, quando in terris degebat, auro frenet ac purpura integat? quale est hoc autem, si (quod speramus eum

Claves Sum. Pontificis. | posse certo) istis suis clavibus reserabit cœlum nosque ex delitiis et opibus purpuratos et coronatos secum introducet, cum vos sordide acta interim vita contempti hic et despecti erumnis et miseriæ relinquemini?

§. 55. LVTHERVS. Tota via erras, et vellem corrigere si monitionem acciperes.

MONITOR. Iam audivi satis multa quæ docuisti, et tibi quidem ero ut prius amicus, sed a Pontifice Romano, si liceat etiam, tamen dissentire haud quaquam tutum est; neque tu postulare debes ab amico, ut meo incommodo morem tibi geram et tua caussa ut malum ultro mihi accersam.

§. 56. Lutherus quid postulet. | LVTHERVS. Neque postulo, et beneficium accipere non debeo, quod tibi qui dederis nociturum sciam: nam sic amicitiam tuam volo, ut ea nullius boni excitet inimicitiam tibi, ne dum eius quem tu et beatum existimas et omnia posse arbitraris; neque hæc mea est, quam ago, sed Christi caussa, huius omne hinc lucrum, omne dispendium erit. cui vide an possis esse amicus simul et ista sequi. Verum hæc satis abunde dixi, quanquam et posthac non deero, siquidem audire voles.

§. 57. Bulla Leo. X. | MONITOR. Non potero: revocat me enim Leonis Bulla, qua damnantur qui tecum utcunque versati fuerint, nisi statim deserant. sed

---

[16] Ille v. d. o.] Ev. sec. Ioann. XIV. 26. [17] Cf. Luc. VII. 32. [29-34] Erasmi verba.

tu age, cum tam æqua moneas, quid est quod plures adhuc | Cur pauciores adhuc Lutherici.
sunt qui doctrinam tuam cognitam non acceperunt quam qui Lutherici
facti sunt?

LVTHERVS. Scio illam sectam amare crassos omnes tenerosque et de-
5 licatos, nec turba moveor et multitudine, sed rerum existimationem sequor.
tu quoque, si me audies, non dubitabis declinare tritam illam | Via ad verum beatitudinem.
multis et planam viam, atque angusta hac, ardua et haud dum ita cognita
ingredi.

MONITOR. Non audio, atque hinc iam migro, ne si diutius maneam, §. 58.
10 illum mihi clavigerum vicarium male propitium reddam.

LVTHERVS. Migra, quando ita videtur: tui autem misereor, qui sic in-
versus mihi es, ut quæ non sunt splendida ducas, et derelictis veris illis
ac solidis inanem fumum et meras sequare nugas.

MONITOR. Tamen migro. vale. §. 59.

15 LVTHERVS. Et tu vale, cui maxime opus est.

MONITOR. Sed heus tu, Luthere, scis quid futurum est?

LVTHERVS. De me coniicio, de te autem qui sciam?

MONITOR. Proxime Cardinalem videbis me. §. 60.

LVTHERVS. Habeo tandem: hoc precio rem inæstimabilem | Attende corruptores Ro.
20 vendidisti, animam; o miserias! Itaque migra, nobis curandum est in-
terim, ut pro te perdito alios statim duos aut tres lucrifaciamus Christo.

FINIS.

MONITOR SECVNDVS

DIALOGVS HVTTENICVS.

Interloquutores MONITOR et FRANCISCVS.

§. 1 MONITOR. Nuper idem faciebam, sed animi caussa, nunc in re necessaria ut commonefaciam, accessi: neque enim ab inita primum nobis amicitia passus sum, quantum in me fuit, existimationem laborare tuam.

FRANCISCVS. Quid? illa enim laborat? aut quid tam necessario commovebis?

MONITOR. Certe profecto laborat, atque igitur permoniturus adsum, hanc ne tu negligas: iam aliquot menses enim sunt quod passim male audis.

FRANCISCVS. Ego male vero, dic ubi autem, et quam ob caussam?

§. 2. Haereseos rumor. | MONITOR. In isto maximo concilio, ob hæreseos rumorem: aiunt enim Lutheri partium esse te, et istum fovere domi Huttenum, maxi- Francisci propositum. | morum aliquando malorum caussam futurum. quinetiam impetum aiunt cœpisse te cogendi in ordinem sacerdotes et episcopos, neque vereri Leonis contra bullam, et tot priorum Pontificum sanctiones, ne cui liceat reclamare Romanorum episcoporum placitis, quantumcunque videantur iniqua etiam.

§. 3. FRANCISCVS. Neque tamen video, istiusmodi omnium conscius mihi, cur Sordida sacerdotum damnatio. | debeam traduci vulgo; atque ita censeo contra sordidam sacerdotum dominationem optimo cuique strenue obluctandum esse hoc tem- Lutherus. | pore totisque iugo isti viribus pertinacissime resistendum. Luthero autem favere quæ culpa est, evangelium prædicanti et a periculosissimis Huttenus. | erroribus hominum conscientias vindicanti? nam Huttenum pro iis quæ scripsit, nondum audio neque accusatum a quoquam neque condemnatum. quodsi Luthero caussam dicere permittant isti, fore putas ut ullis legibus damnari possit?

§. 4. Pontificum sanctiones. | MONITOR. Isti quidem posse putant, nempe sacris pontificum sanctionibus.

---

[4] caussa nunc *1*. [9] ad sumthanc *1*.

FRANCISCVS. Id est propriis: nam hoc olim providerunt, ut in rem suam quicquid esset, legis loco haberent, imitandumque id, etiam obnoxie tenendum proponerent: fuit enim tempus, cum ferre leges iis licebat; quas iniquas esse si tunc homines cognovissent, non hi nunc demum motus inciperent.

MONITOR. Atqui illos, reverenter qui paruerunt, bonos homines et recte Christianos fuisse, vos religionis tedio nova moliri dicunt.

FRANCISCVS. Nova molimur vero, quorum omne in hoc | Antiquitate leges Christi. §.5. studium est, ut antiquum referamus morem, et vitio perditorum hominum collabefactam Christi pietatem instauremus? immo nova moliuntur ipsi, nos cum Christo permanemus: quod quam invisum illis est, tam esse gratum huic credimus, qui diutius non feret adulteratas sibi leges, infirmatam fidem.

MONITOR. Quod ut sit etiam, tamen Christo permittendum aiunt, ut corrigat, hoc in ordine si quid devium est. §.6.

FRANCISCVS. Et permittemus; sed consuevit Deus hominum | Deus quomodo punit nocentes. uti ministerio, quoties punienda malorum scelera sunt. nos prompti ipsi quidem, sed illius proculdubio instinctu offerimus.

MONITOR. Quod te minime decet: nam ecclesiasticos homi- | Ecclesiastici. nes inspicere suum statum, et curare si quid laborat ibi, æquum est; te laicum fas non est sacra contrectare. | Laici.

FRANCISCVS. Me quidem nihil movet quo ab illis vocer nomine: quam- §.7. quam aliquando rationem puto reddent in parteis divisi ab | Divisus populus Christianus. se populi Christiani: valde autem despero fore ut inspiciant se isti vel emendent, cum quod ob priora scelera credendum est non facturum iis gratiam Christum iam ut cognoscant se, verum magis multo permissurum nescientes in sua ista incogitantia, supinitate et cæcutientia ut pereant; tum quod raro videmus periculosissimis qui tenentur morbis, medicinam ipsos sibi facere. quare hunc opinor inditum nobis a deo spiri- | Francisci spiritus. tum, ut rei pene deploratæ ministris nobis consulat. neque enim spectamus ibi quæ nostra sunt, sed quæ Christi, quærimus.

MONITOR. Ubi utinam videas, qua te ultro difficultate impeditum reddas. §.8

FRANCISCVS. Difficultas est, sed obluctabor. | Difficultas.

MONITOR. Et periculum est. | Periculum.

FRANCISCVS. Perrumpam.

MONITOR. Siquidem possis et integrum hoc tibi maneat: nam mihi permagnus in re metus est.

FRANCISCVS. Mihi summa contra fiducia, quod Christi caus- | Francisci fiducia. sam me agere scio.

---

11 cun *1.* 15.16 Liv. V. 11. Nunquam deos ipsos admovere nocentibus manus; satis esse si occasione ulciscendi læsos arment. 16 H. Nos *1. quasi ipse Huttenus hæc diceret.* 26 , ne scientes *edd.* 30 Paul. ep. ad Phil. II. 21.

MONITOR SECVNDVS

DIALOGVS HVTTENICVS.

Interloquutores MONITOR et FRANCISCVS.

§. 1 MONITOR. Nuper idem faciebam, sed animi caussa, nunc in re necessaria ut commonefaciam, accessi: neque enim ab inita primum nobis amicitia passus sum, quantum in me fuit, existimationem laborare tuam.

FRANCISCVS. Quid? illa enim laborat? aut quid tam necessario commovebis?

MONITOR. Certe profecto laborat, atque igitur permoniturus adsum, hanc ne tu negligas: iam aliquot menses enim sunt quod passim male audis.

FRANCISCVS. Ego male vero, dic ubi autem, et quam ob caussam?

§. 2. Haereseos rumor. | MONITOR. In isto maximo concilio, ob hæreseos rumorem: aiunt enim Lutheri partium esse te, et istum fovere domi Huttenum, maxi-
Francisci propositum. | morum aliquando malorum caussam futurum. quinetiam impetum aiunt cœpisse te cogendi in ordinem sacerdotes et episcopos, neque vereri Leonis contra bullam, et tot priorum Pontificum sanctiones, ne cui liceat reclamare Romanorum episcoporum placitis, quantumcunque videantur iniqua etiam.

§. 3. FRANCISCVS. Neque tamen video, istiusmodi omnium conscius mihi, cur
Sordida sacerdotum damnatio. | debeam traduci vulgo; atque ita censeo contra sordidam sacerdotum dominationem optimo cuique strenue obluctandum esse hoc tem-
Lutherus. | pore totisque iugo isti viribus pertinacissime resistendum. Luthero autem favere quæ culpa est, evangelium prædicanti et a periculosissimis
Huttenus. | erroribus hominum conscientias vindicanti? nam Huttenum pro iis quæ scripsit, nondum audio neque accusatum a quoquam neque condemnatum. quodsi Luthero caussam dicere permittant isti, fore putas ut ullis legibus damnari possit?

§. 4. Pontificum sanctiones. | MONITOR. Isti quidem posse putant, nempe sacris pontificum sanctionibus.

---

[4] caussa nunc *1*. [9] ad sumthanc *1*.

FRANCISCVS. Id est propriis: nam hoc olim providerunt, ut in rem suam quicquid esset, legis loco haberent, imitandumque id, etiam obnoxie tenendum proponerent: fuit enim tempus, cum ferre leges iis licebat; quas iniquas esse si tunc homines cognovissent, non hi nunc demum mo-
5 tus inciperent.

MONITOR. Atqui illos, reverenter qui paruerunt, bonos homines et recte Christianos fuisse, vos religionis tedio nova moliri dicunt.

FRANCISCVS. Nova molimur vero, quorum omne in hoc | Antiquitate leges Christi. §.5.
studium est, ut antiquum referamus morem, et vitio perditorum hominum
10 collabefactam Christi pietatem instauremus? immo nova moliuntur ipsi, nos cum Christo permanemus: quod quam invisum illis est, tam esse gratum huic credimus, qui diutius non feret adulteratas sibi leges, infirmatam fidem.

MONITOR. Quod ut sit etiam, tamen Christo permittendum aiunt, ut cor- §.6.
rigat, hoc in ordine si quid devium est.

15 FRANCISCVS. Et permittemus; sed consuevit Deus hominum | Deus quomodo punit nocentes.
uti ministerio, quoties punienda malorum scelera sunt. nos prompti ipsi quidem, sed illius proculdubio instinctu offerimus.

MONITOR. Quod te minime decet: nam ecclesiasticos homi- | Ecclesiastici.
nes inspicere suum statum, et curare si quid laborat ibi, æquum est; te
20 laicum fas non est sacra contrectare. | Laici.

FRANCISCVS. Me quidem nihil movet quo ab illis vocer nomine: quam- §.7.
quam aliquando rationem puto reddent in parteis divisi ab | Divisus populus Christianus.
se populi Christiani: valde autem despero fore ut inspiciant se isti vel emendent, cum quod ob priora scelera credendum est non facturum iis
25 gratiam Christum iam ut cognoscant se, verum magis multo permissurum nescientes in sua ista incogitantia, supinitate et cæcutientia ut pereant; tum quod raro videmus periculosissimis qui tenentur morbis, medicinam ipsos sibi facere. quare hunc opinor inditum nobis a deo spiri- | Francisci spiritus.
tum, ut rei pene deploratæ ministris nobis consulat. neque enim specta-
30 mus ibi quæ nostra sunt, sed quæ Christi, quærimus.

MONITOR. Ubi utinam videas, qua te ultro difficultate impeditum reddas. §.8

FRANCISCVS. Difficultas est, sed obluctabor. | Difficultas

MONITOR. Et periculum est. | Periculum.

FRANCISCVS. Perrumpam.

35 MONITOR. Siquidem possis et integrum hoc tibi maneat: nam mihi permagnus in re metus est.

FRANCISCVS. Mihi summa contra fiducia, quod Christi caus- | Francisci fiducia.
sam me agere scio.

---

11 cun *1.* 15.16 Liv. V. 11. Nunquam deos ipsos admovere nocentibus manus; satis esse si occasione ulciscendi læsos arment. 16 H. Nos *1. quasi ipse Huttenus hæc diceret.* 26 , ne scientes *edd.* 30 Paul. ep. ad Phil. II. 21.

MONITOR. Atque ages certe, et verum est quod aiunt ope te atque opibus omnique vi Lutheri salutem, a quocunque petatur, propugnaturum.

FRANCISCVS. Verum ut vix aliquid.

§. 9. MONITOR. Quam pro te solicitus igitur sum, ne omne libertatis exemplum supergressus summis te periculis obiicias et misere pessum eas. 5

FRANCISCVS. Ego vero solicitus non sum, sed curandum valde existimo,

Christi in nobis gratia. | ne Christi in me gratiam, ubi caussa hæc agenda fuerit, negligam:

Publica libertas. | iam enim magis ac magis incipit curæ esse mihi publica et Christiana libertas, et animi ardeo, cum multa pessimi exempli video admittere istos, neque usquam facere modum omnia in deterius mutandi et per- 10

§. 10. Caussæ motus huius. | vertendi. An quiescendum ei arbitraris cuicunque Deus istam cogitationem immisit, ut hæc repetat secum? et me inter hos curarum fluctus securum esse vis, cum animo undique incursant quæ nefandissima perpetrant isti, ut patiar communem depravari statum, imperatoris dignitatem ludibrio haberi, immo ipsam Christi doctrinam corrumpi et aboleri, 15

Sacerdotes ut vivant nunc. | ipsum esse deum vulgo desinere? sic enim vivunt Sacerdotes nunc,

§. 11. ut qui hos vocari electos Dei audiat, Christianus ipse nolit esse. Quis enim liber ac suus ad eam se religionem conferre velit, ubi pro optimis habentur pessimi ac perniciosissimi homines, iique ius et imperium pro libito in alios exercent? Ecce autem orbi Christiano gravem hanc immodicam 20

Pont. potestas. | Romanorum Pontificum potestatem, qui cum iussi sint oves Christi

Pont. fastus. | pascere, tantum deglubunt, lacerant et perimunt. Atque hi quo fa-

Contempti principes Christiani. | stus evaserunt? nonne sic despiciunt principes Christianos, ut a pedibus suis tyaram imperialem indui quibusdam patiantur, omnibus vero

§. 12. Violentia Ro. Pontificum. | osculandos pedes porrigant? Quæ vis ac violentia vero, qua ur- 25 bes, regna, ditiones et imperia ab aliis ad se trahunt, et Romanis quidem principibus ademerunt urbem prius Romam, post Italiam quoque et ipsum adeo occidentis imperium, quandam quasi delatam sibi hæreditariam suc-

§. 13. Querendi materia. | cessionem vendicant? Quodsi queri de omnibus velim, quæ satis

Urbs Roma. | lingua fuerit ad explicandum de perversissimo nunc urbis Romæ 30 statu, unde ea manant exempla quæ Christianorum mores omni errore et

Cardinales. | perversitate depravatos reddunt? de iniquitate cardinalitii illius cœtus, et tot galeritis Romæ proceribus, qui debitum populo Christiano ius

Pont. electio. | eligendi pontificem (si modo eligi unus aliquis ab omnibus de-

§. 14. Curtisani. | beat) ad solos se violenter trahunt? de Curtisanorum improbitate, 35 qui cum sint pontificum procuratores, sic officium faciunt, ut nisi ipsi essent, nihil forte indignitatis ab urbe Roma pateremur? de fœdo sacerdo-

Sacerdotum luxus et avaritia. | tum luxu, deque inexplebili ordinis eius avaritia, furacitate vero et rapiendi licentia plus omni tyrannide superba et violenta, quibus

---

[24] Cf. picturam Alexandri III. pede calcantis Friderici imp. caput coronamque, in Papſttrew Hadriani iiij. Wittenb. 1545. 4°. [24] unius 1. unus ac aliq. 2.

ea modis quamque infinite hanc gravent nationem? utque miris ad eam
rem excogitatis Romæ artibus non in pecunias tantum nostras, in posses-
siones et patrimonia, quod satis superque, pene etiam misere dolendum
erat, impetus isthic fiat, sed et (quod ferendum nequaquam est, modo
5 Christiani esse velimus et viri esse velimus) in mores hic no- | Morum contagio.
stros fœdissima serpat a depravatis Romanæ civitatis vivendi ritibus conta-
gio? de indulgentiarum nundinis, gratiarum, dispensationum, relaxationum §. 15.
et absolutionum mercatura, ac omni nunc exercito bullarum ge- | Romanae cauponationes.
nere, de dolis, fraudibus, technis, versutiis, fuco, decipulis, calliditate, | Bullae
10 sycophantiis, perfidia, infidelitate, periuriis, sacrilegiis, fictionibus, | Ro. artes.
fallatiis, calumniis, contumeliis, malitia, audacia, ludis, ludibriis, ludifica-
tionibus, tricis, fascinationibus, insidiis, terroribus, minis, præstigiis, fur-
tis, rapinis, harpagationibus, astutiis, quibus humano generi imponunt ii qui
ecclesiæ nunc tenent gubernacula? deinde quemadmodum stu- | Ecclesiae praesides nunc. §. 16.
15 deant illi, non ut nos doceant, quod episcoporum utique et sacerdotum
erat officium, sed ut diripiant et compilent, quod a tyrannis metui solet;
nec ut meliores nos faciant erudiendo, sed ut rapiendo tenuiores? et ut
omnia Romæ ad quæstum comparentur hodie, pietati locus non | Quaestus Ro.
sit? utque ibi, quoties novi adoptantur Cardinales, toties recentes | Cardinalium creatio.
20 adornatos sibi spoliatores et prædones Germania intelligat? ut episcopos §. 17.
habere Germanis non liceat, nisi qui Romæ pallia emerint, quo- | Pallia Episcopalia.
rum tamen venditio auctiori indies precio proponatur? ut patronorum tol-
lantur iura, antiquis consuetudinibus intercessio fiat, nationis | Germanae Libertatis oppressio.
huius libertas conculcetur, principum authoritas ludibrio habeatur, et ut
25 sacerdotia hic maiorum nostrorum liberalitate instituta iis qui in Italia sunt
habere liceat, nobiscum nihil commune usquam ipsi habeant? utque viis §. 18.
omnibus occurratur publicæ libertati, et ea toties iam repullulans contrita
sit, respirans præfocata, remergens depressa, renitens conquas- | Ro. nundinationes.
sata? ut mira et inaudita omnibusque incognita sæculis impudentia venia-
30 rum et condonationum mercatus hic habeatur, tam creber tantaque copia,
ut is veluti quoddam hodie diluvium totam inundet passim Germaniam,
nulla quidem animarum nostrarum cura, sed insatianda pecuniarum siti,
neque tamen largius hæ sub prætextu benignitatis profundantur, quam
crudeliter excommunicationis fulmen conspergitur? utque ea | Dirae et execrationes Pont.
35 pœna in tantum iam abusum venerit, ut non solum ab innocentibus, ve-
rumetiam a nocentissimis infligatur? Ad ultimum de studio Romanistarum, §. 19.
quod eo tendit omne, ut a fidelium animis aboleatur evangelica | Evangelicae veritatis abolitio.
veritas, inque eius locum callidæ fictiones, hominum traditiunculæ, turpis
lucri affectatione concinnatæ, supponantur? et quemadmodum non id quæ-
40 runt ecclesiæ antistites nunc, quomodo ex Christi instituto vivere discant
homines, sed ut perdita sua avaritia expleatur, suæ nullis terminis cir-
cumscriptæ, nullis finibus designatæ ambitioni mos geratur? De his, in- §. 20.

quam et huiusmodi si plenius queri velim, nulla satis lingua fuerit, nullus spiritus, nulla latera ad explicandam rei atrocitatem: neque enim ulla facultate poterit æquari omnium fidem excedens magnitudo hæc. Quare etiam

Nostrates rerum scriptores.

| scriptoribus nostri temporis duram proponi conditionem video, quod cum eloquentia nihil inibi adsequantur, fide tamen apud posteros, utcunque ea pertractarint, carituri sint, quod nemo credet talem tam deformem fuisse hunc rerum statum.

§.21. MONITOR. Quantum mihi scrupum obiicis, quam gravi cogitatus meos hæsitatione impeditos reddis: igitur qui te monitum accessi, hoc mihi contingere video, ipse abs te ut monear; etsi unum non patiar ignorare te, quod palam fertur et pro recepto pene est, neminem unquam feliciter vi-

Sacerdotum persequutores.

| tam finisse qui sacerdotum ordini infensus fuerit, etiam qui vitia insectatus.

§.22. FRANCISCVS. Ipse melius ominare nobis; illos autem facile patior dilatis ab se rumusculis statum tueri suum; atque utinam non possent alia re, neque aliud haberent præsidium! me vero nihil movent nugæ, quinetiam magno fabulanteis hæc illos animo contemno: novi hominum ingenia, novi artes: sed posthac male fident iis: aperta sunt enim operta quæ fuerant prius, detectæ fraudes, proditi doli, præstigia patent. sic aliquando reli-

Sacerdotum nuper doctrina.

| gionem corruperunt populum Christianum docendo scelerati homines, ut non Christi sacerdotes, sed exoticæ cuiuspiam ac detestandæ

§.23. superstitionis sacrificuli viderentur. Nunc illuminatæ hominum mentes sunt

Lutherus lucem invexit mundo.

| abstersis nebulis; quam nobis maxime lucem instinguente Christo Lutherus accendit, quem qui odit, Christum non amat. quare hunc sequamur quotquot sumus quos religionis et fidei casus permovet; impostores vero istos mundo exigamus et abiecto gravi ac importabili iugo in

§.24. libertatem nos vere Christianam adseramus. Ubi bene iubeo sperare te: nam ut intelligas non penitus infeliciter egisse omneis qui sacerdotibus ini-

Io. Ziscа Boiemus.

| mici fuerunt, e multis unum tibi propone, Boiemum Ziscam, tanti tamdiu belli contra sacerdotes ducem invictissimum: cui quid deest ad consummatam summi imperatoris gloriam? nonne hanc post se laudem reliquit a tyrannide patriam quod liberaverit, tota Boiemia homines nihili, ociosos sacrificos et inertes monachos eiecerit? bona illorum partim eorum qui contulerant hæredibus, partim reipublicæ distribuerit? Romanis infe-

§.25. stationibus et Pontificum rapinis terram clauserit? miserabilem sancti ho-

---

19 præstygia *1.* 21 testandæ *edd.* 29 Ioannes a Trocznow, postea Zizka (Tzizka) Hussitarum dux, a. 1419. post Wenceslai regis mortem rusticos totumque Bohemiæ populum contra Germanos ut fidei Christianæ persecutores ad arma concitavit. Similia de Ziska habebis infra in dialogo Neukarsthans. In Pauli Langi chronic. (ap. Mencken. Serr. rer. Germ. II. p. 66.) legitur „Eodem anno [1523.] Franciscus de Sechingen, Teutonicus Zischa et fortissimus Lutherane secte defensor per tres principes ... in suo castro Naustal [*l.* Nanstal] obsessus ... ceciderat ..."

minis Hussi interitum strenue ultus sit? in his omnibus prædam | Io. Hus.
non quæsierit, nec se ipse unquam locupletaverit, et tamen in hoc nunquam interrupto felicitatis cursu ex summo popularium desyderio, quos salutaribus paulo ante mortem admonitionibus erudiit, supre- | Ziscae exitus.
5 mum vitæ diem clausit?

MONITOR. Ego vero semper audivi Ziscæ res gestas sceleris | Ziscae res.
et impietatis esse plenissimas.

FRANCISCVS. Atque ego audivi, sed vel ab illius inimicis, vel ab iis §. 26
qui historiam non recte noverant, sed ex rumore vulgari proferebant: ve-
10 rum quale scelus est punire nocentissimos? aut quæ impietas ho- | Ziscae apologia.
mines superbos, crudeleis, avaros, libidinosos, infidos, iuventutis corruptores, legum publicarum perversores, qui nemini prosint, multis noceant, cum tantis interim criminibus honestissimam prætendant appellationem, spoliare rebus quas non recte, egentibus interim bonis et frugi civibus, otiosi
15 ac inertes ipsi possideant, et patria, in qua ob multitudinem annonam gravent, exigere?

MONITOR. Fuit hoc utile Boiemis putas? §. 27.

FRANCISCVS. Quantum eventu postea patuit, fuit.

MONITOR. Videris velle imitari factum illius, si possis hic | Franciscus.
20 quoque.

FRANCISCVS. Non omnino nolim, siquidem propositum hoc illis sit, neque parere monitis neque cedere obiurgationi: tunc enim cogi eos necesse erit.

MONITOR. Si te execrationibus vero Pontifex et diris impetat?

FRANCISCVS. Nihil egerit, iam hoc pectus habet enim quo mu- | Francisci pectus.
25 niatur contra inania istiusmodi terricula: qua fiducia absolvi a Deo me, cum ab istis damnor, puto.

MONITOR. Nihil dabis consuetudini vero, cui penitus inoleverunt ista? §. 28.

FRANCISCVS. Quid darem non bonæ? an malam consuetudi- | Mala consuetudo.
nem non decuit immutari semper et aboleri.

30 MONITOR. Etiam nunc decere arbitror, sed hanc isti malam putant minime; quare multis etiam ex prophanis placere vides istam episcoporum pompam, istos magnificos apparatus, regium splendorem. | Episcoporum pompa.

FRANCISCVS. Video, et pœnam interpretor, qualiter Cretenses olim §. 29.
adversos quos maxima execratione uti volebant, iis optabant, | Cretensium execratio.
35 ut mala consuetudine delectarentur. Quem errorem quia misere satis luimus diutissime iam, credo misertum tandem credentium in se Christum extergere velle nunc ab animis hominum, et ex funesta nebula salutarem lucem inducere: id quod mox facturum cum tanta in promptu initia do-

---

19 imitare *edd.* 34 Cretenses] Cf. Valer. Max. VII. 2, 18. „Cretes cum acerbissima execratione adversus eos quos vehementer oderunt, uti volunt, *ut mala consuetudine delectentur* optant ..."

cumento sunt. quem nos eventum urgere decet ac provocare quantum pos-
§.30. Exhortatio. | sumus; præsertim siquis sit cui hanc mentem deus indidit, ut
ægerrime ferat pro pia religione maleficam regnare superstitionem, istos
male moratos homines, glabra cute, vulso corpore, exporrecto ventre,
Sacerdotum mollities. | patrantibus oculis, unguento delibutos, aliquos male viros etiam, 5
quibus ante temperantiam libido est, ante innocentiam fraus, ante probi-
tatem malitia, breviter inhonestos homines rerum gubernaculis impudentis-
sime ingerere se ac virgini Ecclesiæ habitum impurissimæ meretricis indu-
§.31. cere; interim gravitatem simulanteis, tamen multos post anteambulones,
Caerimoniae sacerdotum hodie. | prementibus se magnis stipatorum gregibus ac numeroso ter- 10
gis inhærente satellitio cæremonias inferre nobis plusquam Iudaicas, ac
peregrinum quiddam inter sacra gesticulari, aliquando novas ferias indi-
cere, aut obsecrationes quas Persico cum apparatu præeant, sæpe quod
per somnum imaginati sunt quasi divinitus revelatum magnis cum clamori-
bus prædicare, ac prodigia fingere ipsos, et oracula instituere, quæstus 15
§.32. Sacerdotes mentiuntur quaestus gratia. | ac lucri gratia facere et docere omnia. Hæc inquam si co-
gnoscat quis et vero pietatis zelo indignetur, debet profecto
Francisci consilium. | quantum poterit ut aboleatur mala consuetudo, ipsi authores
exigantur adniti, et operam dare suam ut in melius hæc restituantur: da
mihi quenquam de Imperio melius qui sit meritus, quam hoc qui faciat nunc. 20
§.33. MONITOR. Honestissima video conari te, video, sic me ille servet Ser-
vator Christus: neque est iam ultra, cur verbo velim dehortari te, nisi
Carolus .V. | quod diversa sentit Carolus, cui obsequi decet te, neque adversari
usquam.

FRANCISCVS. At me vero omnium minime istud a proposito detinet. 25
cuius ut pateat ratio tibi, vides qui ædificium moliuntur, sæpe diligenter
multo ante futuri operis sumptus putare secum?

§.34. MONITOR. Video.

FRANCISCVS. Nec ille, si me audiat, secus hanc rem consyderabit, ap-
pensisque exacte quæ possunt evenire, hoc faciet, non quod facere nunc 30
Principibus quomodo consulendum. | vult, sed quod fecisse olim volet. ego vero officii duco con-
sulere illi non quod in præsens placeat, sed perpetuo quod prosit, ac uti-
litatem consyderare eius cui obsequium præsto, cuius usui vitam quoque
impendere velim: dic mihi enim, si febricitaret Cæsar, et frigidam posce-
ret, dandam illi, quia vellet, putares? 35

§.35. MONITOR. Non putarem, sciens noxiam.

FRANCISCVS. Neque nunc persuadebis mihi, ut author sim rei, nunc

---

[4] Quint. Inst. or. VIII. proœm. 19. „Corpora .. siquis vulsa atque fucata muliebriter comat, fœdissima sunt .." Cf. Plaut. Aul. II. 8, 6. [5] patr. oc.] Pers. sat. 1, 18. [13] Pers. app.] Cf. Hor. Od. I. 38, 1. [21] H. video, conari te v. 2. [23] Carolus] Caro. 1. Cæsar 2. [26] m. sæpe, d. *edd.*

quidem, ut aliena ingessit commonitio, arridentis, verum summæ aliquando perturbationis caussam futuram.

MONITOR. Ipse quidem pertinacius non suadebo; sed hoc ille sequitur, et diversam factionem edictis percursurus videtur, interminatus | Carolus contra Lutherum.
5 iam ne quis deinde post Lutherum videat, manuque ac ore, si nescis, protestatus est a Romani Pontificis partibus staturum se perpetuo, quemcumque in eventum, eo regna, opes et potentiam omnem suam impensurum, neque passurum se Imperatore vel tantillum de authoritate illius ac Romanæ Ecclesiæ potestate inminutum iri. Quod videndum tibi existimo, ne iram §. 36.
10 in te et indignationem provoces eius cuius gratulari tibi gratiam debes.

FRANCISCVS. Mihi alia longe ratio est: videndum enim puto, ne quod nunc obsequor, ad iniuriam aliquando illi redeat; et diutis- | Principibus quomodo obsequendum.
sime perseverabo non facere quod nociturum illi certo scio: nam pro mea §. 37.
in eum fide non est in ipsius damnum obsequi ei. fac irascatur mihi au-
15 tem, (quanquam facturum id eum ne suspicor quidem) irascatur tamen, aliquando amabit tanto magis quod iracundiam tulerim, a proposito non deflectens; tunc puto cum se isti cognoscendos dabunt, cum non | Attende.
quid dixerint sed quid voluerint emerget; ubi consilia etiam eorum tempus prodet, ipse vero manifeste iam sciet quibus aliquando pædagogis quam
20 non utiliter gubernandum se præbuerit. quare sic mihi propono, | Francisci fiducia. §. 38.
simpliciter et bona fide gerere omnia; et iam exspecto, ut mecum expostulet ille, cur parteis has foveam: quod cum fiet, tum perbelle reddam consilii mei rationem: certe profecto aliquando non obsequi summum est obsequium. quod si tam ille sciret nunc quid iubere debeat, quam ego quid
25 utile futurum sit, video, non imperaret iam quæ magno aliquando | Quomodo erret Karolus.
illi incommodo casura sunt: itaque ipse impulsus est, ego despexi; ipsum præsentia movent, me futurorum sollicitudo tenet. Quare non sequar in §. 39.
errorem eum, sed errare volenti resistam, daboque operam et | Francisci fides.
sublevabo sedulo, neque unquam perire eum patiar, donec a tutela salu-
30 tis eius vi amotum me videro. et nunc quidem fas omne Christumque deum ac cœlestis spiritus scientiam contestabor optime voluisse me ipsi, atque integerrima consuluisse fide; neque pigebit in paucissimis numerari, §. 40.
cum illos videbo valde multos, quorum quotus quisque est qui consilium hoc adstrueret, nisi accepisset aliquid de pecunia quam Pon- | Pon Ro. pecunia corrupit Lutheromastygas.
35 tificis nomine divisam istic ferunt?

MONITOR. Aliquam ferunt.

FRANCISCVS. Neque non factum arbitror: nam quis nisi sic corruptus §. 41.

---

[1] . Verū *1.* [4] Cf. vol. II. p. 13. adnott. [5] videat] conveniat conversandi causa. [9] videndumi *1.* [19] Hadrianus insequenti anno Pont. Max. factus Caroli V. præceptorem fuisse satis notum est. [23] Cic. Læl. 24, 89. „Molesta veritas, siquidem ex ea nascitur odium, .. sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit". [32] Pauci boni, multi mali.

probare voluisset istam insectandi Lutherum rabiem, et in manifestum adeo errorem, atrox facinus præceps ire?

Francisci conatus. | MONITOR. Video nihil ab optima ratione alienum conari te: itaque non pudebit me consilium, cuius tibi author esse volui, improbare posthac et diversa sequi. 5

§ 42. FRANCISCVS. Hoc tu videris, mihi ille vehementer curæ est, qui, cum tot res tamque necessariæ gerendæ iam sint, nequissimis hominibus ad negotia nullius bonæ frugis abutendum se præbet: quam sunt multa enim agenda

Quae sint inprimis agenda Carolo. | prius illi quam inociosorum sacrificulorum sollicitationum aliquid curæ partiatur? nam et latrocinia inhibenda ac monopolia auferenda, 10 et recognoscenda infinita sacerdotum collegia magnaque ex parte dissolvenda, et causidicorum compescenda rabies, ac publica luxuria severissimis

§. 43. coercenda legibus, multa perperam ab antiquis sancita retractanda. hoc vero

Fratres et monachi. | quam necesse fuerit, affluentem fratrum et monachorum numerum ad summam raritudinem et paucitatem longe extremam redigere, aut 15

Corrigenda vitia. | etiam ex toto ordines qui vocantur abolere et omnem semel auferre hypocrisim? præterea libido passim invaluit, constringatur; munditiis homines student plus quam muliebribus, intercedat ad laborem et du-

§. 44. Ornandae virtutes. | ritiem coactio. decebat etiam valentissimum quemque et primæ virtutis, senem aut iuvenem, honoribus ac præmiis adficere, quemadmo- 20 dum et iis, quorum perspecta egregia belli facinora sunt, decernenda or-

§. 45. namenta; contra notandi qui se sceleribus obstrinxerunt. Nam ad rem

Res numaria. | nummariam quod pertinet, procurandam eam existimo hic retento quod Romano Pontifici deferunt Curtisani, et quodcunque per illam beneficiorum negotiationem eo redit, quodque pro nugacissimis mercibus ad ex- 25

§. 46. Fuccheri. | ternas nationes Fuccheri deportant. Hæc et huiusmodi infinita siquando executus ille fuerit, tunc poterit in ocio quæ ad se non pertinent

Prudentia. | cognoscere: certe enim parum utiliter imperium administrabit, si

Curiositas. | se statim ab altissimis cogitationibus ad infimam curiositatem abduci permittet. 30

MONITOR. Et tamen curare, nequo periculosius evadant hi tumultus, non inutile penitus fuerit.

§. 47. Quomodo tractandus fuisset Lutherus | FRANCISCVS. At tumultus non essent, nisi ille se immiscuisset negotio, ad quod per omnia connivendum potius erat quam vel verbo interturbandum. putas enim subnascentem in Germania nunc evan- 35 gelicæ doctrinæ, Luthero dispensante cognitionem, si non audisset Karo-

---

[6] „Cum tot sustineas et tanta negotia solus" Hor. epist. II. 1, 1. (ab Augusto expetita.) [9] illi, quam inociosum (inotiosum 2.) sacrificulorum sollicitationem, aliq. c. p. *edd.* Mihi Franciscus dicere visus est multa Caroli curas et labores ardentius efflagitare quam ut indefatigatis clericorum ipsos sese ubique ingerentium [inociosorum] sollicitationibus aures præbere eisque satis facere liceret. *Minus etiam placet* inociosam sacr. sollicitationem aliquid cur*are* patiatur. Cf. §. 46. [25] Curtisini *edd.*

lus reclamanteis certatim sacerdotes, non effecturam paucos intra | Lutheri doctrina.
menses fuisse, ut et melius viverent hic homines, et sua Imperatori dignitas restitueretur, mali ac perniciosi de occupato ab se statu deiicerentur? At nunc ab iis quæ gerenda maxime et primum erant, ipse ces- | Quibus occupetur Caro. nunc.
5 sans Pontificum caussæ, ob decedens lucrum sibi laborare iam incipienti, suffamulatur.

MONITOR. Equidem vidi tot mensibus nihil agi circa se aliud passum, §. 48.
et in Lutheri negotio tempus extraxisse illos, omnibus interim alia esse gerenda nunc vociferantibus, ut etiam hic tecum sentiam, suo potius cur-
10 sui relinquendam hanc rem, præsertim ad bonos et salubreis tendere exitus cum videatur, fuisse quam summa interposita authoritate exacerbare partium studia. | Exacerbatae factiones

FRANCISCVS. Nostras quidem valde exacerbavit, visus iuvare adversas. Atque hæc omnis culpa, quantacunque est, in istos cadit eius con- | Consiliarii Karoli. §. 49.
15 sultores, homines pro se lucroque suo facile quidpiam suadenteis illi. quod me summi adulescentis, optima indole prædíti, miseret; neque non, si possem, maximo etiam cum periculo, circumsessum a pessimo hominum genere vi ac violentia liberarem: video enim misere inludi eius innocentiæ ab iis quibus plurimum ipse fidit. qui putasne in re nefaria tam §. 50.
20 nequiter supparasitarent nunc Romano Pontifici et caussam ex conscientia nemini homini probabilem defenderent, nisi hoc esset quod | Aulici Caroli pecunia corrupti
passim dico mussitari, permagnam auri vim a Romanistis in corruptionem Germaniæ dispertitam?

MONITOR. Facile credi debet quosdam per largitionem in diversum ab-
25 ductos; et iam in fabulis hoc est. præterea quosdam novi aulæ | Quidam circa Carolum. §. 51.
huius, fluxa fide et pecuniæ studio plus nimio deditos, semper ad suum quæstum callidos, neque unquam fere, ut illius consulatur rebus, ingenio utenteis, quosdam etiam eorum quæ agunt omnium falsiloquos: atque his inter tot ac tanta scelera fraudem miscere innocentia est. Qui quidem ut
30 sementem faciunt nunc, ita aliquando metent arbitror.

FRANCISCVS. Quos tu non putas ab auribus bene instituendi iam principis §. 52.
abstrahendos, et ne has suo veneno inficiant, lege ac legionibus effugandos?

MONITOR. Posthac putabo semper, neque unquam lingua | Francisci consilium.
erit, qua tibi suadeam, a Lutheri tuitione vel tantillum discedas.

35 FRANCISCVS. Neque discedam. imo ut scias quæ mens sit, magis ac §. 53.
magis ad conandum hæc æstuo: peracuunt enim pectus mihi | Franciscum quid moveat.
cottidianæ istorum machinationes, quibus scelerati nebulones convellere sancti viri statum ac publicum impedire bonum conantur; quare nihil omittam quod quidem ad rem facturum existimabo, quo fieri possit ut ali-
40 quando bonis perniciem qui moliuntur, male ipsi pereant.

---

[30] Cic. de or. II. 65, 261. „Ut sementem feceris, ita metes". [40] Cf. Tac. Ann. XI. 37.

MONITOR. Utinam fiat.

§. 54. FRANCISCVS. Sperat quidem animus; quo eveniat, diis in manu est.
Fran. quomodo velit prodesse Carolo. | Carolo autem magis obsequar ut prosim quam ut placeam, id est libenter invito prodero, nolenti consulam, ac nescienti bonum dedero: nam mea sic fert ratio, ut existimem, si plane haud scirem quid prosit illi, divinari oportuisse, cum id pateat nullam fore olim excusationem quod nocuerim cum prodesse possem: quare decretum est, si quid
Franciscus quid proponat sibi. | acerbius hac in re iusserit, vehementer abnuere; si pertinacius imperaverit, palam detrectare: nam multo magis spectandum arbitror deus quid velit quam hominibus quid in mentem veniat, præsertim veritas
§. 55. In malos Caroli consultores. | cum agatur hic et Evangelium. In istos vero præposteros consultores inimicissimis ero semper factis et animo, neque unquam fiet ut in societate turpis consilii inveniar: quo enim abducitis mihi, quo, perditi homines, divinum ingenium? quem finem facietis corrumpendi mentem sa-
Quid praevideat hic. | nissimam, optimam indolem? Credite mihi, futurum est pro talibus factis ut condignas persolvatis toti Germaniæ pœnas: futurum est: rationem enim exiget a vobis seducti sibi domini et perversi Imperatoris.
§. 56. Francisci denunciatio. | hæc mihi permagna incumbit spes; quædam etiam certa quasi scientia est: quare obfirmatissime semper vobis resistam; etiam siquo perditionis illum mihi abduxeritis, ultionem propono; atque igitur amicitiam vobis renunciabo statim post.

MONITOR. Illum exhortare potius, ne pergat paucos homines ita suspicere, ut illorum compendio, nutu ac libidine omnia faciat.

§. 57. Quomodo monendus Carolus. | FRANCISCVS. Et exhortabor interim; neque sinam, quantum in me est, tantæ obnoxium esse humilitati, ut submittat se Romano episcopo: nam quid principe indignum magis quam quibus imperare debet, horum iussa facere, iis ministrare?

MONITOR. Nihil per Christum, nihil: videtur mihi enim timidi esse ac sui diffidentis hæc obsecundatio.

FRANCISCVS. Quodsi in fatis hoc illi est, tam facile malis ut cedat consiliis, etiam paulo post, facile ut pereat, esse puto.

§. 58. Mali consultores Caroli. | MONITOR. At illi omnes interim honores apud hunc percurrunt, solique sunt quos in oculis habet et utiliter evehit: quem, ut video, Ulyssis cuiusdam exemplum imitari oportuit, ut cera obturatis auribus inter hos sederet talia suadenteis.

Quomodo instruendus nunc Carolus. | FRANCISCVS. Ut ais, oportuit: iam enim militaribus ille curis acuendus erat, et consiliis multo magis se dignis imbuendus: nam acri nobis tempestate hac et vehementi imperatore opus est, neque un-
§. 59. quam minus decuit seguiter agi imperium. Quod si non esset etiam, ta-
Quid cavendum adulescenti Principi. | men excitanda hæc ætas fuit, ne ex ignava societate et con-

[10] Cf. Acto. Ap. V. 29. [13] Cf. Paul. ep. II. ad Cor. XII. 20. [11] div. ing.] imperatoris. [34] cæra *1.* Cf. Homer. Od. XII. 172. sqq.

suetudine inertissimorum hominum corruptionem traheret, neque (id quod debet) eo aliquando tenderet, quo non per ludum et negligentiam, sed curam et sollicitudinem, laborem et vigilias pervenitur. Quia igitur nun- §.60.
quam reversura abeunt tempora, neque optimum quod est, cum venerit,
5 diu manet, dandum illi consilium ut se curet, neuquid per desi- | Necessaria commonitio.
diam negligat, quo ne, siquam bene oblatam sibi occasionem præterierit, frustra quod abiit postea desyderet; omnia vero sic instituat, nequid pœnitendum admittatur, ut unquam contingat hoc quod in re militari turpe duxit Scipio Africanus dicere, 'Non putaram': nam quid in caussa | Non putaram.
10 esse putas, quare continens iam biennium in auribus illi accubant tot episcopi, nisi quod sibi metuunt, suoque statui commutationem | Pseudoepiscoporum consilium.
prævident, et cognoscunt se passim odio esse, nec ferri diutius posse? Quapropter cum eligendus esset Imperator, primum valde co- | Leonis X. P. M. machinationes. §.61.
natus est Leo X. impedire hunc, suspecta eius proculdubio indole et po-
15 tentia animadversa; deinde ubi se invito electum vidit, ad alias continuo arteis convertit animum, nempe summissis his qui, quod faciunt, perniciosa suaderent, ut quem prævenire non potuisset euntem, ei consistenti iam, incauto et improviso malum daret ac per speciem amicitiæ inopinantem opprimeret.

20 MONITOR. Non me ille servet Christus, si non videtur esse hoc quod §.62.
isti conantur.

FRANCISCVS. Atque est: quare hoc iam obtinuerunt apud | Quomodo insinuaverint se Carolo.
hunc, ut nemo tempestivius accedat, nemo in auribus magis sit atque oculis, neminem ille evehat citius, nemini honorem facilius conferat, quam
25 illarum siquis est partium. Pudet me dicere, sed tamen est, totus regitur illorum arbitrio, neque aliquid est quod non patiatur ab se impetrare eos; etiam innocentis Lutheri damnationem negare cum vellet, | Lutheri damnatio. §.63.
haud potuit, cum erratum satis fuisset, imo dedecus quoque nimio amplius admissum, quod non audiendum paulo ante iniquissimo eorum suasu
30 adductus decrevit et edixit. Itaque non video quid restet ad summam indignitatem nobis: ita omnis modus exceditur. Nam ad me privatim quod §.64.
attinet, clam me non est hunc pervagari passim rumorem; ne- | Rumor de Francisco.
que inlibenter a malis male audio: hoc enim est quo se produnt et quales sint ostendunt, cum de bonis loquuntur male. quibus cum inlustri
35 propheta dico 'Væ qui malum dicitis bonum, et bonum malum, | Esaiae 5. [v. 20.]
ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum'. Vides quam non metuam vulgi rumusculos?

MONITOR. Video: sed esse spes restitutionis in melius istius- | Spes restitutionis in melius. §.65.
modi rerum ulla potest?

---

[4] Sed fugit interea, fugit inreparabile tempus. Verg. Georg. III. 284. Cf. Aen. X. 467. sqq. [9] Non put.] Cf. vol. I. p. 400, 12. [13.14] Cf. vol. I. p. 379. [30] Cf. vol. II. p. 13.

FRANCISCVS. Tu non esse putabas, ego unam propono,

MONITOR. Quam illam?

Attende | FRANCISCVS. Ut in oscitantia ille hac deceptus resipiscat et missis pessime animatis consultoribus, ac amicitia quæ cum pseudoepiscopis ipsi intercedit abrupta fortissimum quemque ac optime cordatum adsciscat sibi, ut stipatus caterva bonorum circa se virorum consilium ineat detrahendi his nimiam potentiam, et abolita superstitione veram inducendi religionem, fidei lucem, Germaniæ libertatem restituendi.

§. 66. MONITOR. Teque ministro utatur ibi multum apto?

Franciscus. | FRANCISCVS. Sive me sive quemcunque idoneum maxime perspexerit, cuius ductu res tanta geratur. nam alioqui decretum ipsi mihi est, si nolit huc ille animum advertere, neque spes iam ultra sit fore ut ipsius auspiciis communi patriæ consulatur, audere aliquid meo cum periculo, utcunque cedat hoc etiam.

§. 67. MONITOR. Qua in re monitorem habes acrem et vehementem, Hutte-

Huttenus. | num istum, impatientem omnis, ut video, moræ, ac omnem iam lapidem, ut malum concilietur istis, emoventem.

FRANCISCVS. Et libenter utor: nam et ipsi spiritus est huic rei idoneus.

MONITOR. Quem illi servet Christus, teque confirmet optima conantem ac summe necessaria.

§. 68. FRANCISCVS. Et te servet melius opinantem iam ac rectius monentem quam cum adveniebas.

MONITOR. Quam tibi gratiam habeo, quo erudiente melior sum factus. Vale.

FRANCISCVS. Et tu fœliciter vale.

---

10 quencunq; *1.* 11 aqq. Cf. Prædon. §. 17. 14 cedet *2.* 17 *Πάντα λίθον κινεῖν.* Zenob. V. 63. c. interpp.

PRÆDONES

DIALOGVS HVTTENICVS.

Interloquutores HVTTENVS, MERCATOR et FRANCISCVS.

HVTTENVS. Si non hanc tibi ego scelestam compressero linguam, ma- §. 1.
5 ligno, maledico.

MERCATOR. Hic quidem non facies vim mihi, in libera Civitate, loco etiam sacro.

HVTTENVS. Hic non, ut ais, sed quocunque foras pedem tuleris: nam quid calumniare bonos viros, homo nequiter petulans, furcifer, latro, quid?

10 MERCATOR. Quiesce, prædonule, atque hic memineris solutas continere manus, ni alibi vinctas cogi mavelis.

HVTTENVS. Tu manus vincies mihi, dic, scelerate, aut aliquid coges §. 2.
facere me quod nolim?

MERCATOR. Facere quidem nihil cogam, cessare autem cogam statim
15 iam delato ad urbis præfectum tuo nomine: nam quid vim minaris mihi?

HVTTENVS. Sciet mundus et tu quid loqui et ego facere quid ausus fuerim: direptus enim unquam a me es tu? aut alicui homini, qui quidem vivat nunc aut in vita aliquando fuerit, suum ego rapui?

MERCATOR. At rapies olim: ita novi mores Equitum. | Equites prædones. §. 3.

20 HVTTENVS. Malevolentissime, sic patiar maledici temere abs te mihi?

MERCATOR. Dico etiam nunc, a vestro ordine turbari Germaniam, et ex vobis, etiam solis, prædones esse qui vias obsideant, itinerantes infestent ac publice passim degrassentur, neque te exclusi, quem video equestri præditum ut quenquam animo. huius ergo dirumperis confestim? | Equester animus.

25 HVTTENVS. Ego quidem non dirumpor, sed te rumpam, si vixero, pro §. 4.
tua ista petulantia, qui ob unius aut paucorum scelus contumeliam facis ordini clarissimo toti, neque satis habes queri de iis siqui damnum dederunt aut malum tibi, in universum proscindis etiam non male meritos, bis mentiens ibi, et quia ex solis Equitibus prædones non sunt, et quia
30 non omnes prædantur Equites.

---

[4] Cf. Plaut. Glor. II. 6, 88. [9] colùniare *1*.

§.5. MERCATOR. Aude vel digitum admoliri hic mihi, aude.

HVTTENVS. Audebo actutum iam, si perges male loqui; atque heus tu neque hanc liberam civitatem neque sacrum locum senties, si verbum posthac tale quodpiam.

MERCATOR. Ne feroci. 5

HVTTENVS. Etiam me rides, vappa, nebulo, minimi pretii?

MERCATOR. Quia nondum ut lachrymem per te factum est.

§.6. HVTTENVS. At fiet statim modo: nam tibi ego dico vere, veridice, certe, nisi hanc temperas petulantiam resipiscens, contundam istas primum malas tibi atque os totum, deinde excutiam dentes, uno omnes ordine, pugnorum impetu meorum, post latera pulsabo, costarum magno cum fragore, donec defectis viribus provolutum hic in luto relinquam semimortuum, excacantem solidas piperis libras et croci semunciam. 10

§.7. FRANCISCVS. Vos hic state, aut quocunque abite, adeundus iste mihi Huttenus est et commovendus ne, quod fieri videò, superatus iracundia quicquam admittat se indignum: ita fervet animo, quicquid est quod movit hominem. Quid tu, mi Huttene? tantum iræ dabis, ut rationi locum esse Ratio. Decor. | non sinas et decoris tui obliviscaris, neque virum esse te memineris? 15

HVTTENVS. Non meminero, hospes, si hunc feram diutius ea loquentem quæ nemo qui quidem vir sit, ferre unquam debeat. 20

FRANCISCVS. Quale hoc est, aut iste qui homo, si forte cognoscam

§.8. te non iniuria commoto esse animo neque indecore irasci?

HVTTENVS. Certe cognosces: hic Mercator est, Fuccherorum minister; Conventus Germa. apud Vormaciam. | quia autem sermo inciderat nobis de iis quæ in hoc concilio acta, decreta et edicta sunt, atque inter cætera quispiam attulit iurasse Carolum inhibiturum grassationes se et pacaturum Germaniam ac submoturum omnes uno impetu prædones, statim incepit nostro ordini maledicere ac prædones Germaniæ vocare Equites Germanos, victurum se vero, cum e Res gestas Francisci. | medio sublatus fuerit equester ordo totus. quinetiam res tuas gestas merum vocat latrocinium, atque eo iam petulantiæ effertur, ut neque a malis discernat bonos, neque aut rerum aut hominum rationem ullam habeat. 25 30

§.9. FRANCISCVS. Inmodeste nimis, si vera hæc sunt, et inique abs te factum: nam ut ad me quod pertinet, pluribus non excusem, scit Germania, sciunt finitimi, et in fastis iam est atque annalibus, nemini unquam Bella Equitum German. | nocuisse me, cui non ante bellum indixerim. 35

MERCATOR. Dico etiam non licere vobis cuiquam indicere bellum, ut ne putes optime excusatum te, si hoc prætextu rapias.

FRANCISCVS. Quid tu? hoc dicis, neque licere bellum gerere nobis, neque indicere?

MERCATOR. Equidem dico, sine principum authoritate non licere vobis. 40

---

13 Cf. Aristoph. eq. 70. 34 Cf. Liv. IX. 18. Seq. 18 Quante *1*. Quantæ *2*.

FRANCISCVS. Igitur ex te quæro, licet esse nobiles? | Nobiles in Germania. §. 10.

MERCATOR. Licere puto.

FRANCISCVS. Tum pro nobilibus soli habendi sunt Principes?

MERCATOR. Non soli: nam et inferioris gradus Comites voco nobiles, neque non vocandos vos puto, sed eatenus quatenus cum virtute vivitis: nam hæc infixa iampridem opinio mihi est, neque puto eximetur unquam, ex virtute nobilitatem cœpisse, desinere cum a virtute discedit. | Nobilitas ex virtute.

FRANCISCVS. Recte ais: sic enim censeo, virtutem hæreditario non relinqui, et ut maximi quisquam flagitii conscius sibi fit, ita habendum extra nobilitatem remotissime, etiam Princeps si fuerit: neque nego excidere a maiorum suorum præstantia quisquis facta quæ illos nobilitaverant, non imitatur, ac valde istos detestor vulgo nobiles, quorum vetus | Vulgo nobiles. est prosapia sed recens vita, qui multarum sunt imaginum sed nullius stipendii. Tum scias, siquis reperiatur in nostra familia qui | Quia maioribus degenerant. ad genus hoc originem suam referat, vita vero infimas quasque sordes exprimat, eum non habiturum pro cognato me aut gentili, etiam non pro nobili, neque futurum commune illi mecum aliquid unquam. §. 11.

MERCATOR. Quam te frugi facis qui tot diripuisti, quosdam occidisti etiam, frivola de caussa et cum deceret minime. §. 12.

FRANCISCVS. Ubi iniquiorem habeo iudicem te quam pro merito; sed libenter patior hanc mihi fieri abs te iniuriam, dum in communibus redarguam: neque tu unquam effugies hodie, quin convincare, postquam semel fassus es ex virtute nobilitatem descendere: quamobrem liceat scire ex te quam virtutem esse censes, ex qua potissimum nobilitas contingat?

MERCATOR. Bellicam aiunt.

FRANCISCVS. Fortitudinem censes? | Fortitudo.

MERCATOR. Ipsam.

FRANCISCVS. Etiam hoc sentis mecum: fortitudo vero quæ est? §. 13.

MERCATOR. Virtus, existimo, pugnans pro æquitate.

FRANCISCVS. Sic est profecto. neque unquam non sanissimæ mentis iudicabo sic statuere, naturam quidem unam esse et communem omnium, sed fortissimum quemque generosissimum.

MERCATOR. Non inficior.

FRANCISCVS. Et hoc mihi concedis tanto nobiliorem esse quemquam quanto magis pugnet pro æquitate?

MERCATOR. Etiam.

FRANCISCVS. Quid hoc autem? concedis maxime decere pro æquitate pugnare Principes, non solis tamen licere, cum ante obtinuerim | Principes. non solos esse nobiles, licet imprimis sint?

MERCATOR. Concedo, verum hac condicione, ut illorum iussu vos pugnetis, neque pro vestra libidine sumatis arma. §. 14.

FRANCISCVS. Quod si nunquam iubeant illi, ut raro iubent nunc (nam

Germaniae Principes hodie. | quales hodie sunt in Germania Principes, suam quemque et privatam rem plerumque videmus respicere, publicum vero curare paucissimos) tunc sines iniussu illorum pro æquitate nos quoque depugnare?

MERCATOR. Tunc sinam.

FRANCISCVS. Et siquis te affligat nunc iniuria, æquum putas vim eam abs te ut defendam, si nemo Princeps iubeat etiam?

§. 15. MERCATOR. Quid ni? æquum.

FRANCISCVS. Vides igitur quam non conveniat hoc adimere nobis, quo solo nobiles sumus, ut vi armorum æquitatem tueamur; præsertim lex no-

Nobilitatis Germa. lex. | bilitatis cum sit auxilio levare oppressos, opem ferre miseris, adflictis succurrere, agnoscere derelictos, ulcisci iniqua perpessos, resistere improbis, ab innocentia propulsare vim, tueri viduas et orphanos, ut te convictum toties iam negare haud possis.

MERCATOR. Neque valde nego, et post hac probabo hac lege bellum et indicere vos libere et gerere fortiter.

§. 16. FRANCISCVS. Quo magis cognosces iniquum esse tuum de meis rebus iudicium, si audias quibus testibus bellorum meorum caussas probare sciam.

MERCATOR. Ut scias atque hoc etiam convincar, tamen principibus sub-

Equites sub Principibus. | esse vos decet et rerum gubernacula iis concedere, neque penitus ita confundere omnia.

FRANCISCVS. Neque subesse loco illis dedignamur, et servire etiam liberaliter possumus, ut liberi, tunc puta cum nos aliquibus ultro devin-

Caesar. | xerimus: nam alioqui unum agnoscimus dominum Cæsarem, eumque vocamus Libertatis publicæ conservatorem, ob id quod si is per iniuriam nos opprimat aut contra quam æquum est cogat, negemus parendum

§. 17. Caesaris officium. | et ipsi. atque is, si perconteris ab eo nunc, quod officium sustineat, non licere iniustum quidpiam imperare sibi aut prohibere iustum fatebitur; tanto minus reliquos per Germaniam principes, quorum in suos quisque imperium habet honestum et liberale, id posse censendum est.

MERCATOR. Censeo non posse.

HVTTENVS. Atque ego flagris censeo hanc ob caussam te conscindendum.

FRANCISCVS. Concede istuc tu, et me patere cum hoc agere nunc.

HVTTENVS. Concedam et patiar: tu vero ne obliviscere quid hic mereatur ob maledicentiam plus nimio procacem.

§. 18. FRANCISCVS. Audi me amplius, Mercator: istud censes non posse Principes, igitur hoc dabis etiam mihi, omnibus facere quod æquum est licere semper et cuiusvis iniussu.

MERCATOR. Licere.

FRANCISCVS. Quid aliud facis igitur quam quod pauloante adseruisti, id iam negas?

MERCATOR. Tamen prædones sunt in Equitibus valde multi.

FRANCISCVS. Et in aliis sunt ordinibus multo plures longeque perniciosiores.

MERCATOR. Non video ubi sint. §. 19.

FRANCISCVS. Ostendam: primum autem fatearis necesse est, qui in sylvis
5 et agris latrocinantur, non omnes esse equites: nam ut profliga- | Raptores in Germania.
tissimus quisque est et summe desperatus, ita facillime flagitio sese accingit.

MERCATOR. At prima de vobis et maxima, quoties tale quidpiam fit, suspicio est, et nos prædones vocamus Equites. | Praedones Equites.

FRANCISCVS. Qui vos?

10 MERCATOR. Qui maxime diripimur, Mercatores.

FRANCISCVS. Nunquam ego quidem sic loquutum præter te quempiam vestri ordinis audivi. verumtamen dic mihi, unquam aliquis te prædatus § 20.
est Eques?

MERCATOR. Nunquam aliquis, sed timui semper, et infestos habeo quod
15 vidi exspoliatos a vobis multos, et fama est hoc vos solere facere.

FRANCISCVS. Quod equidem miror his talibus maledictis ordinem hunc incessere te, neque passum inde mali quidpiam neque sumpto nisi ex fama argumento: nam quid non vereris tam nulla de caussa ordini clarissimo contumeliam facere, teque ultro odiosum reddere ac infestum? quin
20 potius non adeo temere verba posthac effundis, atque istam temperas præposteram tuam loquendi libertatem: semper enim et in omni- | Praeposterа loquendi libertas.
bus graviter punienda fuit levium verborum procacitas. Sed iam osten- §. 21.
dam, qui sint alibi prædones.

MERCATOR. Prius da veniam, Imperator, mihi, quod peccaverim in te
25 hic: nam resipisco iam, errore agnito.

FRANCISCVS. Equidem do, atque is etiam redibit in gratiam tecum Huttenus, si me audit.

HVTTENVS. Audio, et sic agendum nobis puto, siquidem posthac temperabit iste sibi.

30 MERCATOR. Temperabo.

FRANCISCVS. Igitur quatuor sunt in Germania Prædo- | Praedonum in Germ. §. 22.
num genera. | iiii genera.

MERCATOR. Audire gestio.

HVTTENVS. Quorum, hospes, primum et perniciosissimum est Sacer-
35 dotum illud.

FRANCISCVS. At ego levissimum positurus eram primo loco, deinde quosdam quasi per gradus ad gravissimum illud et summe noxium conscendere volebam, ita ut qui minus raperent, prius de iis, post qui magis ac magis, referrem.

---

7 quispiam *edd.* 9 *i. e.* prædonibus damus equitum nomen. *Cf. voc. Buschklepper.* 28 et] es *1.* 38 ii?, poſt *1.*

§. 23. HVTTENVS. Iam hoc magis placet: incipe.

Latrones. I. | FRANCISCVS. Primi sunt qui latrones vocantur, et vias obsident ac in agris passim et sylvis rapiunt.

MERCATOR. Atque hi prædonum minimi videntur tibi, et magis quam alios ferendos existimas?

FRANCISCVS. Sic profecto arbitror: nam et minus nocent, et rarius, quod neque possunt quoties volunt, quandoquidem resistere illis facile licet ab jis qui cavere volunt; et flagitii pudor est, si fama differatur, ac supplicii metu a scelere plerumque abstinent sese: nam solis omnium in
§. 24. Germania Prædonum his pœna est constituta. quare victus gratia qui sic periclitantur, quid aliud faciunt quam e flamma cibum qui petunt? certe pe-
Periculosissime rapiunt latrones. | riculo vacant nunquam. et alii quidem homines qui vel boni aliquid vel mali adgrediuntur, eis consilium adhibere facto licet; hi audacia feruntur tantum et periculum habent propositum semper.

MERCATOR. Verum est deprehensos quosdam affici supplitio, sed pusillos puto istos et ignobiles; verum ubi et magnis illis et generosis quispiam inciderit, vis legi fit, pervadit.

§. 25. Nobiles latrones puniti. | FRANCISCVS. At possem nobiles quosdam et bono loco natos referre tibi, qui ob scelus pœnam dederunt, neque illorum cognationes et amici iniquissime hoc tulerunt: sciebant enim meruisse quod evenerat: ob idque siqua se primo statim commotio dederat, facile post re perpensa conquievit, atque ita tandem oblivione res damnata est.

Latrocinia inter nobiles. | MERCATOR. Non est magnum vero dedecus inveniri hominem nobilem qui latrocinium fecerit?

FRANCISCVS. Ita magnum, ut primi nos, qui tam suspecti sumus facti tibi, ferendum non putemus: persequimur enim odio qui tale quid consciverunt, ut nemo alius infenso, atque ordine emovemus et affinitatem talium fugimus.

§. 26. MERCATOR. Utinam perpetuo faciatis hoc. verum sunt, quod ais, prædones item alii? et quos neque pudet flagitii neque pœna coercet?

FRANCISCVS. Trium generum sunt: nempe alii in Germania prædones omnes, præter latrunculos hos quorum fecimus mentionem, neque patenter rapiunt neque timide, sed quadam utuntur ibi licentia confidenter, quasique deceat hoc quod faciunt, nihil verentur, neminem curant. etiam male non audiunt ob malefactum, sed honor est hominibus, et divitias habent quibus voluptatem sibi comparant.

MERCATOR. Ergo flagitium non est, neque scelus est quod faciunt: nam si esset, nunquam puto sic assentirentur omnes, neque ista esset vulgo patientia.

---

11 e *addidi ex* Ter. Eun. III. 2, 38. cf. Catull. 59 [57]. 15 sqq. *Kleine Diebe henkt man, große läßt man laufen.* 20 aliis? *1.*

FRANCISCVS. Hactenus fuit, ut re haud dum intellecta; nunc passim, ut audies, reclamatur.

MERCATOR. Quæso dic, huiusmodi qui sunt? §. 27.

FRANCISCVS. Vos primum Mercatores.

5 MERCATOR. Quid? Mercatores? | Mercat. II.

FRANCISCVS. Vos inquam, nam ubi sunt alii qui sic multa, sic iniuste possideant?

MERCATOR. Atque inter prædones habendos censes etiam Mercatores, et rapere eos in Germania dicis?

10 FRANCISCVS. Equidem dico esse prædonum hoc alterum genus, et §. 28. rapere eos damnose satis, sed non omneis: quoddam est enim honestum Mercatorum genus: neque ego ob paucos quosdam universo statim ordini, ut tu paulo ante, maledixerim, etsi habebam quod in Mercatores quoque dici posset odiose plus satis.

15 HVTTENVS. Etiam ego habeo.

MERCATOR. Quid habetis tandem?

FRANCISCVS. Nihil habemus.

MERCATOR. Quæso vos, siquid habetis, edicite.

FRANCISCVS. Non edicemus: nam in gratiam redimus iam tecum.

20 MERCATOR. At non putabo violatam his dictis gratiam eam, neque accipiam ægre aut inique feram: putabo enim non in invidiam loqui vos.

FRANCISCVS. Neque loquemur, ita nos servet Christus; verum syncere et §. 29. citra invidiam geremus morem tibi, quandoquidem fieri id a nobis tu postulas.

MERCATOR. Certe postulo petoque, et audiendi studio teneor, quicquid

25 id est quod dicetis, permagno: nam nos sic putare solemus, ordine nostro vix esse sanctiorem alium, neque aliquid in nos dici posse arbitramur.

FRANCISCVS. Ostendam posse: et primum quidem censes | Mercatores quomodo praedentur. §. 30. ne vocandos 'Prædones' qui immensa quotannis pecunia Germaniam spoliant?

MERCATOR. Maxime.

30 FRANCISCVS. Vos facitis.

MERCATOR. Nos? ubi?

FRANCISCVS. Vos, aio, cum invectis nugacissimis huc mer- | Aurum e Germ. ad exteros. cibus auri a nobis ad exteros refertis quantum æstimari non potest.

MERCATOR. Illæ autem scire cupio quæ sint nugacissimæ merces. | Nugaces merces.

35 FRANCISCVS. An non meræ sunt nugæ piper istud, gingiber, | Exotica. §. 31. cynamomum, crocus, gariophylli et huiusmodi radices, plantæ, fructus et semina, sine quibus et vivi poterat, et sanius vivi poterat? incredibile enim est ut conveniant his corporibus quæ hic nata non sunt: si convenirent enim, natura factum esset ut hic quoque nascerentur: itaque non usui hæc,

40 sed deliciis quæruntur, nec ut serventur corpora, sed ut oblectentur utenda

11 omnes 2. §. 31.] Cf. e. gr. Rec. imp. a. 1512. §§. 16. sq. a. 1530. §§. 135. sq. a. 1577. tit. 18.

datis; unde mira est corruptio et proclivis in omne genus morborum
§.32. Peregrinae vestes. | lapsus. Præterea sericum intulistis et infinita peregrini vestitus genera, quibus genuinum illud Germaniæ robur emollitur, et optimi corrumpuntur mores ad muliebrem lauticiam, et infamem per vos mollitiem deducta
Res novae in Germaniam. | hominum vita: nam ea quid commemorem quæ neque bona neque mala, quicquid ubique novi est, quicquid rari, maxime quoties ridiculi aliquid et inanem quandam sui admirationem quod contineat, ut siquid a fœminis forte aut pueris spectari cupide possit, sive ad ludum quod per-
§.33. tineat et concinnandis iocis aptum sit, adportatis statim? neque enim quicquam ubique est sive natum sive aptum, quod ignorare nos patimini:
Mercatorum studium. | omnia loca, omnes regiones, maria, terras atque omneis mundi angulos exploratis, ut inveniatur quod adversum nobis pecuniam hinc avertat, ita ut credibile sit coniurasse vos ne aurum vel argentum sinatis in Germania reliquum esse ullum.

MERCATOR. Et tamen negare non potes pulchrum esse peregrina ista hic haberi.

§.34. Peregrina importari. | FRANCISCVS. Imo contra naturam dico adportari quæ hic non nascuntur. atque utinam non docuissetis flagitia amare Germaniam, lu-
Incommoda a Mercatoribus. | xum, convivia, epulas et popinationes, resque nihili, peregrinas vestes, aurum, gemmas, purpuram: neque enim mores primum corrupti essent, deinde pecunia quoque maneret hic; præterea non faceremus quæ fiunt horum gratia, cædes, bella, vim et iniuriam, atque istis careremus vitæ illecebris, neque tot libidinum irritamentis obnoxie viveremus, sed ut
Veteres Germani. | maiores olim nostri, fortes viri, æmulatione virtutis teneremur
§.35. et pro gloria contenderemus. etiam in mensis uteremur fictilibus arbitror, nisi vos primum advecta peregre aurea et argentea monstrassetis vasa. certe vestiremur ferarum pellibus, nisi vos sericum prætulissetis. Quali igitur sapientia fuerunt maiores nostri qui accedere ad se Mercatores prohibuerunt, quodam reor divino instinctu præsentientes fore ab his quod
§.36. mores depravaret olim hic. atque illorum quidem laus summa fuit gen-
Simplicitas Germanorum. | tem censeri neque astutam neque callidam: vos hæc quoque advertistis paulatim vitia: nostri maiores fingere nescierunt, vobis mentiri
Vitia a Mercatoribus inducta. | peculiare est; commendatissima fuit omnibus circum nationibus fides nostra, vos fraudando et fallendo etiam hanc infamastis; fœnus non agitabant illi neque usuras noverant, vos hæc primo colitis loco. O
§.37. peregrinitatem! Tu vero ferri unquam posse existimasti, ut tales cum sitis ipsi vos, alios tamen calumnia tentetis? Verum quod testatus iam ante sum, ita velim accipias hæc, non ut quæ dicantur nunc in vos a me, sed quæ dici possent, siquando ad verborum contentionem res perveniret.

MERCATOR. Ita accipio quidem ex pacto, quanquam sentire tu videris improbius et noxium magis non esse in Germania Prædonum genus aliud quam hoc nostrum.

FRANCISCVS. Minime gentium: nam alios describam paulo post, præ §. 38.
quibus hi quos dixi modo, Prædones non videntur; quanquam et ipsa hæc
quæ dicta sunt, nequaquam in omnes universum accipi velim, tanquam qui
existimem omnes Germaniæ damnosos esse Mercatores: quosdam enim uti-
5 les quoque dico: sed in malis et perniciosis censeo summe divites illos, qui
inita societate monopolium exercent, quorum nequissimi sunt | Monopolia apud Germa.
heri tui Fuccheri: quos, si suffragiis agatur res hæc, quotum quem- | Fuccheri. §. 39.
que futurum in Germania bonum virum, etiam vestro de ordine, existi-
mas qui non primos omnium pellendos Germania et extreme relegandos
10 censeat, quod cum perditis nugis impleant patriam hanc, aurum hinc ob-
vertunt exteris immensum, infinitum, mores vero reddunt quales dixi. quod
tu 'prædari' non vocas?

MERCATOR. Non voco, quia vis non est hæc.

FRANCISCVS. Non vis? at rapina est per iniuriam facta: an non iniuria §. 40.
15 fit per fraudem etiam et artem, atque hæc odiosissima omnium est? | Duplex Iniuria.
nam quid refert, vi auferas meum mihi, an arte circumvenias | Mercatores Praedones.
ut ultro tibi id concedam? quodsi pernegare voles rapinam esse nisi vi
quæ fiat, probare tibi alios esse per Germaniam prædones nunc præter
illos parum admodum nocenteis latrunculos haud possim.

20 MERCATOR. Non pernego; sed huiusmodi in Mercatores dici nunquam
audivi prius.

FRANCISCVS. Neque ego audivi quæ tu in Equestrem modo ordinem:
in quem si habes plura adhuc, patienter audiam et ipse, quemadmodum
tu me.

25 MERCATOR. Non habeo quod sciam nunc.

HVTTENVS. At nos in Mercatores habemus plura adhuc. §. 41.

MERCATOR. Etiam tu dic.

HVTTENVS. Primum malis ab initiis proficiscitur vestrum in- | Mercatorum institutum.
stitutum.

30 MERCATOR. Unde enim?

HVTTENVS. A cupiditate malorum omnium radice, ut sanctissimus scri-
ptor sentit et omnibus probabile est: nam ex avaritia et quæstu omnia de-
pendent vitia. deinde ea concupiscitis vos quæ alii, ut boni esse possint,
quidam ut sapientes tantum, prodigunt et abiiciunt.

35 MERCATOR. Et tamen non video aurum qui abiiciant hodie. §. 42.

HVTTENVS. Sed qui contemnant multi sunt, forte etiam qui abiiciant:
nam non videmus omnia omnes, et dubitari non debet esse adhuc qui
Cratetis vel Anaxagoræ exemplum imitari dignum ducant. | Crates. Anaxagoras.

---

[7] Fuggeri 2. [19] hadd passim 1. passim *habet etiam* 2. [31] sanctiss. scriptor] Paul. I. Timoth. VI. 10. „Radix enim omnium malorum est cupiditas." [38] Cratetis vel Anax.] De Anaxagora Clazomenio Suidas (v. *Ἀναξαγόρας*) ex Apollonio

FRANCISCVS. Quod ut non sit, tamen semper honestum, semper magni-
Contemnere pecuniam. | ficum fuit contemnere pecuniam, quod ea animos effœminet ac
magnis et infinitis plerumque malis caussa sit, et ex divitiarum abundan-
Lucro studere. | tia proclivis fiat in desidiam et luxuriam abitus; contra lucro de-
§.43. tineri semper et apud omnes turpe. at vestra tota ad quæstum adornatur 5
vita, neque aliud quam ditescere propositum vobis est; ubi vero divitias
estis adsecuti, quomodo utimini iis?

MERCATOR. Aliter alii.

FRANCISCVS. Melior pars, quod non negabis, ad ambitionem, libidinem
et gulam. 10

Vendere et emere. | MERCATOR. Esto: vendere vero quod tua ante pecunia com-
paraveris, inhonestum hoc est?

FRANCISCVS. Non est; quanquam omnia video supra sortem vendere
vos, et tanto meliorem quemque mercatorem censeri, quanto lucratur ma-
gis: sed ut honestum sit negotiari, tamen divitias qui quærunt, necesse 15
est illarum studio turpia nonnunquam admittant. tum exprompta ut pluri-
Fraus et astutia Mercatorum. | mum fraude estis et astutia: nam, ut uno dicam verbo, vestræ
fraudes sunt, vestrique doli.

§.44. HVTTENVS. Nihil, o hospes, relinquis in Curtisanos meos quod dicatur
postea. 20

FRANCISCVS. Ego hic sum, de illis tu videris, audiant se digna. Dic
mihi tu vero, ubi et quando male apud vos audiunt callidi isti et improbe
lucro dediti?

MERCATOR. Quia enim proclive non est nobis iudicare de aliis.

FRANCISCVS. Non est, cum callidissimum quemque fraudatorem ad cœ- 25
lum usque feratis, nos extreme detestemini?

MERCATOR. Semel factum hoc est ab imprudente: nam illud non video
fraudem qui commendet.

Fuccheri. | FRANCISCVS. Ostendam qui faciat; tuos Fuccheros bonos esse
viros negas? 30

§.45. MERCATOR. Bonos esse dico.

FRANCISCVS. Ii vero quam artem exercent? nonne fraudant et defrau-
dant quibuscum negotiantur?

MERCATOR. Minime.

FRANCISCVS. Vincam te testibus huic caussæ idoneis mercatoribus, quo- 35
Querela de Fuccheris. | rum uno auditur hæc toto orbe querela, esse Fuccheros qui lucrari
alios non sinant, qui soli negotiari apud exteras nationes velint, et quadam
quasi instituta tyrannide ibi emendo præveniant omnes; si non possint præ-

Tyanæo gregibus et camelis agros suos depascendos reliquisse, Cratetem vero Thebanum bona sua in mare abiecisse rettulit. Cf. etiam Diog. Laert. in Anax. et Crat. [9] Melior] i. e. maior.

venire, pecunia tamen vincant, ut exaucto precio depulsis ab emptione tenuibus illis, pro suo ipsi libito quod soli emerunt soli vendant postea quam velint maximi. quoties vero audivi conquerentes delicatos illos carum esse piper, carumque crocum, quod aliis hic mercatoribus Indiam
5 clausissent Fuccheri, dum putridas suas merces plurimi venderent. Mo- §. 16.
neta autem Fuccherorum qualis est? nonne quindenarii illi quos | Fuccherorum moneta.
cudunt et quibus universam impleverunt Germaniam, reperti nuper sunt viginti aureo non valere? non est hæc fraus odio digna?

MERCATOR. Est, siquis inveniatur qui conscius sibi sit.

10 FRANCISCVS. Illi sunt, tuam appello conscientiam.

MERCATOR. Si vera essent hæc, non videremus sic honoratos eos, etiam a Maximiliano insignitos nobilitate.

FRANCISCVS. Ah nobilitas, quam non hastæ, non vexilla, | Fuccheri nobilitas.
non phaleræ, neque cicatrices pepererunt, sed infamis pecuniarum posses-
15 sio conciliavit, ut vacuis virtute saltem divitiæ opitularentur!

MERCATOR. Quæso te nobilitatem qui adimis Fuccherorum domui, de §. 17.
Leonis Decimi maioribus quid sentis tandem, qui ex mercatoribus facti sunt potentissimi nuper principes?

FRANCISCVS. Idem quod de istis Maximiliani scribis, quos et ipsos red-
20 didit insignitos ille, rectius facturus si cruci adfixisset quosdam.

MERCATOR. Et nobiles non sunt Medices? | Medicum Florentiae familia.

FRANCISCVS. Nobiles mercatores, ut Fuccheri, generosi vero | Mercatores Medices.
non sunt.

HVTTENVS. Certe profecto verum est quod probus author Seneca ait, §. 18.
25 ex quo in honore cœperit esse pecunia, verum cecidisse rerum honorem.

MERCATOR. Invidere istas nobis opes videmini qui huiusmodi iactatis.

FRANCISCVS. Invidemus; ipsos vos odimus potius qui ex re omnium sordidissima honorem captetis, cum dedecus pepereritis.

MERCATOR. Quomodo dedecus? iam est hoc enim asperius in nos di-
30 ctum quam in bonos viros conveniat.

FRANCISCVS. Dicam quomodo, sed ut dici posset, siquis vellet non con- §. 19.
viciandi studio: cum res minime liberalis sit mendacium, vos mendacio gaudetis, mendacio vivitis.

---

[13] Similiter in nummo maximo qui a. 1518. in honorem Francisci Sickingi cusus est, eidem ex ore exeuntia hæc verba adscribuntur: ARMIS · MERCVRIVM · SI · NON · PRÆPONAS · MAXIME · CAESAR · SEMPER · ERIS · VICTOR · FAVSTAQVE · REGNA · TENENS · Anticæ eiusdem nummi parti, in qua Maximiliani imp. sceptrum læva, dextera manu gladium tenentis effigies expressa est, circumscriptum est COLE · DEVM · EXIN · PVBLICA · AMA · IVSTVMQVE · TVERE M. D. XVIII. [24] Senec. epist. 115. (XIX. 6, 10.) „.. ex quo in honore cœpit esse pecunia, verus rerum honor cecidit, mercatoresque et venales invicem facti quærimus non quale sit quidque sed quanti ..." [25] ceperit *1*. [29] nos] uos *1*. [32] mendacium] Apollonius ap. Stob. floril. XI. 20. „Mentiri illiberale, veritas liberalis est".

MERCATOR. Nos unquam?

FRANCISCVS. Vos semper: mentiri enim, peierare, fraudare et imponere proprium est hoc Mercatorum; an non proverbio quoque iactatur vulgo Ius-
Mercatorum ius urandum. | iurandum Mercatorum?

MERCATOR. Iactatur, sed nostra cum iniuria, puto. 5

FRANCISCVS. Qui vos norunt, haud putant.

HVTTENVS. Atque hinc est arbitror, quod furum et impostorum deus
Mercurius. | Mercurius horum quoque est hisque præest et nomina dedit mercibus, mercaturæ, mercimoniis, mercatui, mercatoribus et commerciis.

§. 50. MERCATOR. Utinam non dixissem quæ volui, ut ne audirem nunc quæ 10 nolo; et tamen non negabitis esse adhuc bonos viros Mercatores.

Lucrum vix sine Iniuria. | FRANCISCVS. Prius esse dixi; sed vix quemquam videmus lucrum accipere qui non irroget damnum. quanquam ut liceat honestissime lucrari vobis, tamen divitiarum possessio si excedat, inimicitias et seditionem parit, si deficiat, servitutem; neque fere quemquam videmus divitiis 15
Divitiarum studium. | studere simul et probata esse vita: avertit enim ab honestatis studio illarum cura: ut videas in vitæ instituto versari vos multum periculoso.

§. 51. HVTTENVS. Dicam ex literis aliquid etiam, si non ægre fers.

MERCATOR. Dic: iam enim male audiendi patientia percallui. 20

Mechanicum lucrum. | HVTTENVS. Apud Platonem mechanicum omne lucrum infame est, quod generosos inquinet mores. audis hoc?

MERCATOR. Audio, et in illius civitate ut sit hoc, nihil impedio.

§. 52. HVTTENVS. Ubique est; nam et Aristoteles, civilior puto philosophus,
Mercatores. | mercatores vituperat, quod ii semper in civitate manentes fora 25 vexent primique sint qui tumultus excitent et serant discordias. idem, si sint necessarii etiam, ex civibus tamen esse vetat. Vides, ut civitatem vo-
Aristoteles. | bis claudat Aristoteles quoque?

FRANCISCVS. Et tamen soli pene habitant civitates isti nunc.

MERCATOR. Ut dicis: tantum obtinuit præcipiendo nugator ille. 30

---

[2] imponere] „in pretio emptionis et venditionis" Pomponius ait „naturaliter licere contrahentibus se circumvenire". Ulp. L. 16. §. 4. D. de minoribus IV. 4. Quod male interpretantur non solum ii quos Franciscus h. l. accusat. [3] ius iur.] Ut de lenonum æmulis Plaut. Pseudul. 1. 2, 63. „qui ... iurando iure malo rem quærunt". Ceterum proverbium quo Franciscus utitur, apud veteres me legere non memini, apud nostrates de tabernariis hodieque eiusmodi dicteria audiuntur, ut '*An der Krämer Schwören soll niemand sich kehren; Schwören muß des Krämers Gut verkaufen; Krämer schwören ums Geld Wie's ihnen gefällt. Hundehinken, Frauenweinen, Krämerschwören, Do sal sich kein wets man an keren.* [19] Cf. Cic. pro Mil. 28, 76. [21] Plat.] de legib. V. p. 741. e. „... *μηδὲ δεῖν μηδ' ἐξεῖναι χρηματίζεσθαι τῶν ἀνελευθέρων χρηματισμῶν μηδενὶ μηδένα, καθ' ὅσον ἐπονείδιστος λεγομένη βαναυσία ἦθος ἀποτρέπει ἐλεύθερον* ..". [24] Aristot.] de virtutib. 7. cf. Politic. I. 9. Bekk. Plat. de rep. VIII. p. 556. [26] Idem] Aristot. Politic. III. 5. med. VII. 3. 4. Bekk.

HVTTENVS. Ille nugator? quem theologi nunc et mendici fratres pro §.53.
deo habent. Socrates autem quid censet cum dicit ita a divitiis virtutem
discrepare quasi utraque in lance stateræ sint posita hæc, semperque in
contrarias a se partes nitantur? Idem in Civitate quandocunque divitiæ et
5 divites honorentur, virtutem probosque viros despici recte ait et | Divitiae et virtus.
vere: nam ita passim fit. Plato quoque valde divites bonos viros | Valde Divites
non esse. Bion autem, ex Sapientibus unus, ridiculos esse homines | Bion.
putat, qui divitiis student quas fortuna præbeat, illiberalitas custodiat, pro-
bitas auferat. et Diogenes neque in civitate, neque in domo di- | Diogenes.
10 vite virtutem posse habitare.

MERCATOR. Quorsum hæc? quasi soli divites sint Mercatores. §.54.

HVTTENVS. Non quod soli sint, sed quod maxime omnium esse stu-
deant, quoniamque unum hoc illis proponitur, ut ditescant. negas autem
odiosam esse illam nimis exquisitam vitæ munditiem? | Exquisita vitae mundities.

15 MERCATOR. Haud nego: nam in sacerdotibus detestor ipse, nec in no-
bis probo.

HVTTENVS. Et fortiter dictum iudicas a Romano illo, mundi- | C. Marius.
ciem mulieribus, laborem viris convenire?

MERCATOR. Iudico.

20 HVTTENVS. Igitur non quemadmodum ante pecuniam admiraris, | Pecunia. §.55
malorum omnis generis incitamentum? neque gemmas aut vestes, vanissi-
mum oculorum pastum suspicis?

MERCATOR. Etiam contemno.

FRANCISCVS. Satis nobilis es, si talis esse pergis.

25 HVTTENVS. Ob idque vides peius instituere vitam vos quam in nostro
agitur ordine, quem tu maledictis insectans modo deterrimum faciebas.

MERCATOR. Nondum satis video: nam ut quæ dixistis, vera omnia sint §.56.
et in nos recte conveniant, tamen et vestra vobis vitia sunt non inferiora
his, quorum nonnulla redeunt in memoriam tandem mihi, delapsa ante.

30 FRANCISCVS. Dic age quicquid est quod succurrit.

MERCATOR. Primum fera quædam et aspera vobis natura est, | Feritas Equitum.
neque humanitatem, ut in urbibus fit, colitis. deinde quod a tuo olim
magistro, Huttene, audire memini, duobus peculiariter vitiis la- | Duo Nobilitatis Ger. vitia.
borat nobilitas Germana, superbia et ignorantia: hac seipsam ignorat, illa
35 contemnit alios: neque fere usquam gentium reperiuntur qui verbis nobi-

---

[2] Socr.] Plat. de rep. VIII. p. 550 E. ap. Stob. floril. XCIII. 29. [6] Plato] de legib. V. p. 742. sq. apud Stob. floril. XCIII. 26. Vide supra p. 296. §. 62. [7] Bion] ap. Stob. l. c. 34. [9] Diog.] ap. Stob. l. c. 35. [17] Romano illo] Mario ap. Sallust. Iug. 90. „munditias mulieribus, viris laborem convenire". [17] C. Metrius *I.* [21] Cf. Ovid. med. I. 140. [33] magistro] Rhagio Aesticampiano? s. Hermanno Trebelio? Equidem de Eitelwolfo a Lapide cogito. nemini *I.*

Iactantia nobilitatis Ger. | litatem magis iacteut, cum re ipsa non perinde exhibeant.
§.57. itaque imaginibus semper plenæ sunt domus vestræ, omnesque inscribitis quocunque perveneritis parietes; bonas vero arteis colere vos haud multum
Nobilium Germa. vanitas. | video. cumque generis prærogativa et inani nobilitatis ut plurimum appellatione efferatis vos et contenti facile sitis, præclara interim
Nobil. Germ. fastus. | edere facinora cui cura sit, quotus tandem quisque vestrum est? nonne quiescitis facile ibi, et nomina mordicus tenentes virtutis æmu-
§.58. lationem deseritis? vidi ex vestro ordine qui ut iniuriam expostularent cum
Nota Indignitatem. | iis qui se magnifice minus appellaverant. alii cogunt nos honorem habere sibi, nullo neque iure neque merito quam quod tali sint genere; inventus etiam est qui bellum indiceret honestæ civitati, in qua honorifice satis (ut ipse ferebat) tractatus non esset; ex qua tam nihili caussa miseræ sequebantur statim rapinæ, cædes etiam et incendia; neque deerant amici et cognati qui ut in re mire honesta bellatorem illum ope atque opibus iuvarent, et quasi pro patria, pro religione et legibus bellum esset, ita sæviebatur. Est hoc egregium vitæ institutum? aut bono genere digni sunt hi mores?

§.59. FRANCISCVS. Dixi prius tibi de iis quid sentiam qui tales sunt, et
Nobilitatis proditores. | quemadmodum existimem nobilitatem prodere omnes qui ab officio sic discedunt, ac in infimis habendos; sed tu quæ vitia connumerasti modo, ea sic impinges nobis, ut communia vobiscum esse omnia sinas: nam et in urbibus iactatis qualecunque genus et alios alii contemnitis;
Luxus in Civitatibus. | luxu vero vincitis nos longo intervallo, ac in vino et crapula ætatem degitis admodum indecore.

§.60. Bibacitas nobilium. | MERCATOR. Vos autem quid? nonne insanitis bibendo sæpe?

FRANCISCVS. Utinam quidem dicere possem non esse insitum huic ordini vitium hoc: est enim, sed rarius; ut plurimum vero est penes nos agrestis quædam et inculta negligentia, quam tu feritatem interpretaris et inhumanitatem vocas; certe simplicius vivimus quam vos, et antiquius, etiam continentius, et puto sobrie magis ac severius; atque in agrorum cultu
Studia nobilitatis. | et militari disciplina versati omneis præterea lucrandi modos fu-
§.61. gimus, et ab istis vestris sordibus absumus longissime. Tum liberalitas nostra est et pecuniam contemnimus; nam vos ad rem estis avidiores: nobis præterea maior infamiæ metus, flagitii fuga, dedecoris pudor; nam vos ut locupletemini, per omnia itis plerumque. est hic etiam proba
Ingenuitas nobilium. | quædam ingenuitas, cum vos de fraude et dolo inter vos ipsos etiam suspecti semper sitis. consentaneum vero maxime est, meliores esse naturas in bono genere quam ignobili. Age autem, non pulcherri-

---

11 inv. e.] Non licuit ipsius Francisci cum Wormaciensibus faidam increpare mercatori. 25 Bibacitas *1.* De vinolentiæ vitio satis inter se disputaverant Inspicientes §§. 11. sqq. 30. sqq. 75.

mam virtutum omnium, fortitudinem, præstamus nos, iustitiam | Fortitudo penes nobilitatem. §. 62.
alimus, innocentiam tuemur?

MERCATOR. Cogeres me odisse ordinem hunc, equestrem vero vitam summis efferre laudibus, si et vos ex instituto viveretis, et nos quæ in
5 quibusdam reprehendi possunt, omnes faceremus: nunc libet, ut tu ante faciebas, postulare abs te, ne quorumdam vitia in omnes sic transfundas, quo ne fiat ut invisi omnes simus propter paucos, qui faciunt ut omnes digni malo videamur.

FRANCISCVS. Ante hoc egi ut exciperem bonos quos in vobis esse non
10 negavi, cum tu in omnes simul Equites citra discrimen invehereris: tamen scias quod reliquum est, vere hoc (undeunde sumptum est) dici, quanto quidque divinius sit, tanto ab urbibus longius abesse. Quod ad rapina- §. 63.
tiones vero istas pertinet, non video quid sæpe contingat cur hæc sit vulgo de nobis suspitio, siquidem est ut dicis, nisi quod dum bella | Opinio de Equitibus Ger.
15 gerimus, aliquid fit nonnunquam licentia ista militari, quod odi- | Licentia Militaris.
biles faciat; sed ea neque a nobis neque ab ullis aliis frenari abstinet: quanquam minus nihil studeo quam vitiis patrocinari, et siquis huiusmodi sit ut in clarum genus deformem vitam et malos indicat mores, accusatorem me illi profiteor: tantum abest ut defensor esse velim. itaque nescit
20 quantum oneris sustineat qui maiores suos rebus præclare gestis | Nobilitas onerat.
illustres iactat: nisi talis enim est ipse ut ab illis non multum absit, nihil quam instrumentum aliis percellendi se ministrat ac vituperandi argumentum suggerit. Quodsi rectissime viveretur utrobique, non posses profecto §. 64.
negare ex vitæ instituto meliores esse nos, quod plus labora- | Equestris Ordinis institutum.
25 mus ac innocentius alimur et desidiæ minus corrumpendos nos damus: nam otium nostrum venatio est, quæ habet ipsa laboris eximie | Venatio.
multum; insuper rem militarem tractamus, qua magnificentius | Res militaris.
nihil est nihilque ad conservandam omnium inter se et rem et dignitatem utilius aut necessarium magis: pertinet enim ad tuendam innocentiam et iniu-
30 riam propulsandam, ac sola omnium semper a summis et optimis culta fuit.

HVTTENVS. Atque igitur Cyrus, sanctissimus inter ethnicos rex, | Cyrus. §. 65.
in pulcherrimis et summe necessariis studiis agriculturam et mili- | Agricultura et Militia.
tiam posuit, quæ duo tota a nobis vita aguntur; Plato autem pueros discere armorum peritiam iubet et adultos statim militiæ tradi præcipit.

35 MERCATOR. Potest tandem finis esse horum, ut ad alios quoque prædones deveniamus?

---

[4] inftitituto *1.* [11] sumpt.] E Tac. Germ. 9. („nec cohibere parietibus deos" *etc.*)? [18] iudicat *edd.* [26] labores *edd.* [20] *Noblesse oblige.* [31] Cyrus] Xenoph. Oeconomic. 4, 4. „*Ἐκεῖνον [Κῦρον] γάρ φησιν ἐν τοῖς καλλίστοις τὲ καὶ ἀναγκαιοτάτοις ἡγούμενον εἶναι ἐπιμελήμασι γεωργίαν τὲ καὶ τὴν πολεμικὴν τέχνην, τούτων ἀμφοτέρων ἰσχυρῶς ἐπιμελεῖσθαι.* [33] Plato] de re p. II. 374. [34] militæ *1.*

FRANCISCVS. Finis esto.

MERCATOR. Et firmari inter nos gratia potest?

FRANCISCVS. Firmetur.

§. 66. MERCATOR. Et sic libet concludere sermonem hunc, ut si uterque ordo constanter in officio maneat, nobiles sitis vos ac generosi, nos fieri possimus: nihil præterea intersit?

FRANCISCVS. Ita censeo: nam et nostra nobis initia fuerunt.

MERCATOR. Quale esset hoc autem, si tolli e medio simultates possent, quæ nos dirimunt communiter?

FRANCISCVS. Credo posse: nam ego quidem id aliquando facere co-
Vide quo instiget Hutt. | gito quo iste me Huttenus sedulo instigat, ut quantum in me sit, author fiam ordini nostro perpetuæ componendæ cum liberis civitatibus gratiæ.

§. 67. MERCATOR. Quod tu utinam incipias quamprimum, et inceptum persequaris constantissime, teque obfirmes ibi.

FRANCISCVS. Certe meditor.

HVTTENVS. Iubeo sperare te, faciet.

MERCATOR. Gratum audio: nam videre videor quæ huic bona Germaniæ accessura sint, quam aucta quamque florens ea, si contingat hoc, futura sit.

FRANCISCVS. Atque ego video, ob idque studium mihi iampridem incessit siquid consilio possim et exhortatione, vel authoritate etiam, concordiam hanc inducendi. Sed alios persequamur prædones.

§. 68. MERCATOR. Sic videtur: et qui sunt tertio loco qui prædantur in Germania?

Scribae et iureconsulti. III. | FRANCISCVS. Scribæ sunt et Iureconsulti, eo utrique nocentiores quo latius eorum patet rapina: nam ubique sunt, neque usquam non prædantur, in principum aulis, in civitatum senatibus et decuriis, in publicis conventibus et privatis consultationibus, militiæ, domi, in bello et in pace; denique rerum capita sunt hi, habenturque ut promi et condi legum ac iuris, neque sine his gubernatio est. constituunt autem imperia ipsi, et mutandis rerum statibus, cum volunt, authores fiunt.

§. 69. Scribae Maximiliani. | HVTTENVS. Quorum scribæ totum regebant Maximilianum nobis, solique apud eum potentes erant et abutebantur simplici principe, ut volebant. a quo quicquid gratis impetrabant, aliis ipsi pro pecunia ven-
§. 70. debant; atque horum erat illius pecunia, nam ipsius non erat. quæ siquando etiam necessario danda erat iis quibus debebatur, tamen scribis
Maximiliani Bella. | licebat præcipere. etiam bella cum gerebat quantacumque difficultate, his dabat, militibus non dabat; patiebaturque dum satisfaceret im-

[5] manent *edd.* [7] *Als Adam grub und Eva spann, Wer war da der edelmann?* [28] Principium *1.* [34] finplici *1.*

probissimorum illorum cupiditati, cui tamen satisfaciebat nunquam, sed dum petiti compotes fierent ipsi, obsidiones solvi, pugnas aut detrectari aut male pugnari, exercitus diffluere, socios auxilio destitui, urbes expugnari, in summa optimas occasiones præterire sinebat. neque fere ulla §. 71.
5 erat tanta necessitas, cui non præferret horum libidinem: amicos autem et inimicos habebat ex eorum plerumque voluntate, contemnebat præ his principes viros ac nobilitati præferebat eos pertinacissime; quanquam et nobiles faciebat eos ac principes, imprimis episcopum istum, | De quodam Episcopo. quem ego audere vidi publico Germaniæ concilio cum summis principibus
10 pugnare de loco, novum hominem, et in aulam pedibus qui venerat albis.

MERCATOR. Cuius pater lac vendebat Augustæ, deformi invectus bestia, suspensis hincinde lagenis, sed qui ita delicate vivit nunc, ut quæ delitiæ aliis sunt, labores ipsi videantur, cœnatque ita laute, ut Fuccheros | O perditos Mores. accuset nonnunquam, qui non satis novarum rerum ab exteris deportent huc.

15 FRANCISCVS. Quam ego publicam infelicitatem solebam interpretari ac §. 72.
miserum illud vocabam tempus: nam quando se vidit dedeco- | Miserum Maximil. tempus. ratam magis Germania, quam istis circa rerum gubernationem præsidentibus nihili hominibus, ac ius, leges, fas, æquum et honestum libidinosissime profanantibus? Quanquam et huic hodie Carolo subnasci | Subnascentes Carolo scribae.
20 video qui conentur ob eadem abuti illo.

HVTTENVS. Et ego video ac vicem publicam doleo: certe nollem his §. 73.
initiis consecrasse imperium suum.

FRANCISCVS. Quibus?

HVTTENVS. Quibuscunque. sed non placuit quod illud passus est contra
25 Lutherum extorqueri edictum sibi. | Edictum contra M. Lutherum.

FRANCISCVS. At eius ipse author non est, scribæ sunt et scelesti quidam in aula, pontificis pecunia ad id corrupti.

HVTTENVS. Scio: at illius nomine propositum est, neque revocat ipse, et bonum virum deque patria ac Imperio meritum optime sceleratissimo-
30 rum hominum iniuriæ permittit.

FRANCISCVS. Quo eum abducunt illi nunc, sed spe optima | Spes de Carolo Imperatore. §. 74.
ducor fore ut cum tutissime consistere arbitrentur sese, calamitosissime collabantur et decumbant: ita videor adolescentis nosse indo- | Caroli indoles. lem, neque non quasdam iam dedit mihi voluntatis suæ significationes ille,
35 quid proponat siquando rerum habenas ad ipsum se collegerit.

HVTTENVS. Quo de nunquam non iubes bene sperare me, quanquam et ipse alioqui bona quadam in illum affectione sum. sed iam tempus erat

---

[8] episc. ist.] Matthæum Lang, episc. Gurcensis ecclesiæ, Salisb. archiep. et cardinalem, in concilio Augustensi, a. 1518. habito. Cf. vol. I. p. 224. [10] ped. alb.] Iuv. sat. I. 111. [11] Cuius *etc.*] Immo, ex patricia familia Augustensi oriundus fuit. [16] miserunt *edd.* [35] arbitrectur *l.*

emergendi ab improborum oppressione eum, nec permittere ut in re mali adeo exempli nomen suum, manum atque signum vendant improbi.

§. 75. FRANCISCVS. Emerget, confide, atque istud excutiet ab se iugum, et amplius non sinet in aures obrepere cum volent istos sibi, neque abutendum ita se præbebit. 5

HVTTENVS. Quod si faciat, ut facturum spero, non dubito quin imitaturi eum sint alii, ut vilescat tandem scribarum authoritas.

Resipiscentia Caroli. | FRANCISCVS. Certe faciet: iam enim magis ac magis innotescunt illi malæ artes ac displicere prava incipiunt.

§. 76. HVTTENVS. Quam consolationem verbis promissam nunc ubi re aliquando exhibebis, tum fiet proculdubio ut apud summos principes bonis viris locus sit, non isti et possint et audeant omnia infimi homines, qui 10

Scribarum detestatio. | nulla regendarum rerum aut ratione aut scientia, nulla antiquitatis memoria, rerum experientia, animi industria, denique haud ulla innocentiæ conscientia præditi, verum sola temeritate et impudentia ac pes- 15

§. 77. simis freti artibus ad publicum morum legumque regimen accedunt. Rebus profecto sic stantibus nusquam bonis esse licebit principibus per Cancel-

Cancellarii. | larios istos, e quorum scriniis tanquam a divino quodam oraculo petuntur quæ ad res et publice et privatim constituendas pertinent; a quibus regum diplomata nundinari oportet et principum rescripta emer- 20

Regum oculi. | cari; qui sunt quasi quidam regum oculi, sine quibus nihil illi vident, nihil agnoscunt: quare etiam ducunt eos quo volunt; volunt autem

Scribarum consilia. | quo sibi expedit: quorum quotus quisque est, cuius consilia siquando in lucem prodeant, non pessimi animi argumentum futura sint?

§. 78. FRANCISCVS. Pessimi, ut ais: nam cuius non improbitatis conscii sibi 25 sint qui venalia habent omnia principum iussa ac vetita, omnes nutus, dicta et cogitata?

HVTTENVS. Aliquando præterea cum lucrum est, falsum subscribunt ac Principum signa suffurantur. Iam et hoc in fumivendis his miserrimum longe, quod non bonis artibus aut honestis disciplinis excoluerunt animos, 30 sed corpora vestimentis exornant sumptuosissime: ob idque infensius ne-

Doctos viros oderunt scribae. | minem oderunt quam doctos et literatos; suspicantur enim de his quasi qui ignorantiam aliquando et crassitudinem sibi exprobraturi sint; quare etiam minime patiuntur principibus innotescere eos, ac ab aulis detrudunt odiosissime. 35

§. 79. Misaulus Huttenii. | FRANCISCVS. Sic fit ut ais; sed tu in Misaulo tuo, cum omnia aulæ vitia copiose satis, ut mihi videtur, depinxeris, in solos secretarios acerbe minus invectus es. an haud dum cognoveras, cum ab illorum commentariis petantur omnia, quicquid suo scelere fit, bonis etiam adscribi Principibus, atque inde fieri ut male audiant optimi nonnunquam? præ- 40

---

18 oraculi *edd.* Seq. pag. v. 32. Barth.] cf. vol. I. p. 177. v. 36. infel. lol.] Verg. Georg. I. 154.

terea accipere munera eos semper, et ab omnibus; contra eos | Scribarum rapacitas.
vero qui munera non offerunt, supercilia distringere atque omnem obvertere
malam operam? etiam eos, siquando offensi sunt, (offenduntur autem probi- §.80.
tate, innocentia, eruditione et id genus virtutibus, sed impri- | Virtutibus infensi scribae.
5 mis egestate) tum vero demitigari nisi oblatis muneribus haud quaquam
posse? aut non videbas neminem in aula agere minus candide minusque syn-
cere, sed tunc maxime fraudem intendere eos, cum benignissime | Scribarum fraus.
respondent, et aulicas salutationes ac magnificos illos suos crepant fumos?

HVTTENVS. Cognoveram et videbam, sed ob id brevius perstrinxi, quia §.81.
10 proponebam factis aliquando implere quod scriptis minus nocuissem: nam
futurum etiam nunc spe ducor vehementi, ut exigantur hi et tanquam im-
portabilia quædam onera a Principum tergis detrahantur; quibus tu non
putas utiliores esse ridiculos illos et moriones, quam damnosissimum scri-
barum vulgus?

15 FRANCISCVS. Esse reor, ob id maxime quod verum aliquando dicunt
nullo personarum respectu, cum fœdissime adulentur hi quoties | Scribae adulatores.
lucrum conspicantur, ad quod omnia adornant et componunt. verum opti- § 82.
mos illos Iureconsultos dicemus segnius vexare quam Scribas | Iureconsulti.
Germaniam?

20 HVTTENVS. Nequaquam dicemus, verum hoc peiores etiam iudicabimus,
quod indoctissimi cum sint, docti tamen putantur vulgo ac se | Opinio de Iureconsultis vulgo.
tales ipsi iactant, et ex scientia omnium quæ sunt tenuissima, ac ad omnem
rerum conversionem et unamquamque communis status mutationem inter-
polabili, odiosissime superbiunt: qualis enim fastus est leguleo- | Fastus leguleorum. §.83.
25 rum passim nunc?

FRANCISCVS. Quali nulla hominum secta tumet.

HVTTENVS. Et qualem ferre dii atque homines possint diutius?

FRANCISCVS. Quem, ut mihi quidem videtur, non possint: nam præter
mensuram est.

30 HVTTENVS. Et ex re nihili est: nam siquando cognoscant Principes
Germani quæ nugæ qua gravitatis specie apud hos fucatæ te- | Iureconsult. nugacitas.
neantur, actum de universa Bartholistarum schola fuerit; et tamen ab-
ductis in errorem mundi opinionibus axiomata sua honestissimis quibusque
artibus præferunt: quinetiam omneis reliquas disciplinas ut | Bonas artes contemnunt Iurec.
35 inanis operæ ac studii adspernantur et reiiciunt, ab se frugem colligi, ab
aliis paleam ac infelix lolium peti dictitantes; homines adeo crassi, ut crassi-
tie sua corrumpant optima nonnunquam ingenia, ubi conversantur. | Crassities Iurecons.

FRANCISCVS. Ita fit, quantum audio, ut qui prudentes soli putantur, ii §.84.
prudentiæ omnis inanissimi sint.

40 HVTTENVS. Ut ais: nam quæ ars est, ubi verbosissima disci- | Ars Iurec.
plina, si disciplina vocari meretur, infantissima loquacitate nitatur? aut
quæ prudentia, ubi dolo circumveniuntur simplices, et callida | Studium Iurec.

iuris interpretatione in diversissimam quamque sententiam a legislatoris mente derivantur leges, et æquitas corrumpitur? ubi qui optimi esse vo-
Optimi nunc Iurec. | lunt, fraude ac versutiis plurimum valeant necesse est?

FRANCISCVS. Id quod nos ignoramus vulgo: certe enim quam docti aut indocti sint hi, nondum scitur ideotis; quam mali ac nocentes sint, ubi-
Laus Saxonum. | que omnes sciunt. Itaque Saxones, ebrietati deditos alioqui homines, laudo tecum, quod mihi dicis eos non vivere quidem sine legibus, verum sine iureconsultis gubernare res suas tranquillissime.

HVTTENVS. Recte laudas: nam optime sibi consulunt qui ab atroci et contagiosa multum peste liberos præstant se ac immunes.

FRANCISCVS. Quod audire a senibus hoc tempore soleo, avorum adhuc
Incogniti iamprideum doctores. | nostrorum memoria incogniti passim apud nos fuerunt doctorculi: ita dudum invaserunt cum rubris suis pileolis qui pro libito Germaniam quadam quasi immissa tempestate devastarent; neque repertus statim est qui tam pestilenti se novitati opponeret; ac diutissime iam inultum
Iniuria Iurec. | abiit iis quicquid ausi perperam sunt. sed non abibit spero diutius: video enim intelligi passim qua iniuria regnent in iudiciis nunc,
Iudicium Vormatien. | quos vidi cum essem ex auditoribus Vormaciæ unus, semper 'quid
Vanias. Iurec. studium. | iuris?' quærere, nunquam tandem invenire, et in rebus plerunque frivolis quarumque facillima videbatur mihi cognitio, summas ultro difficultates nectere et sepultos sub librorum montibus totos nonnunquam
Perversitas Iurec. | dies totasque desudare noctes, unde cum pallentes et exhausti studio prodibant, ea loquebantur sæpissime quæ nos probare quidem verbis cogebamur, nam librorum opprimebant testimoniis, at vero sententiis iudicabamus ineptissima.

HVTTENVS. Tantus labor est æquum et iniquum pervertere: nam quod istorum aliud est studium, quæ laus, quam posse caussam etiam iniquissimam quasi æqua sit defendere, et unamquamque bonam reddere pessimam?

FRANCISCVS. Aliud non est, ut manifeste patet: nam id agunt præci-
Captiones in verbulis. | pue atque ibi summa ars est, ut siquis unico labatur verbulo, caussa statim excidisse eum clament. ita non est tuta per hos conscientia: in verbis situm est damnetur quis an absolvatur; neque student æqui-
Litigiosa Iurec. loquacitas. | tati tales, verum in litigiosa loquacitate consumunt operam,
Publicae discordiae authores Iurec. | ex rebus plerumque ficticiis et inanibus ingens bellum concinnantes. Et quanta dic oro pax esset publice, quanta animorum plerunque coniunctio, si non quæ optime instituta sunt, iniquissime depra-
Malitiosa Iurec. Prudentia. | varent isti, neque liceret eis malitiosa ista sapientia alias atque alias rebus species inducere?

Infiniti iurec. Libri. | HVTTENVS. Ubi quid potest infinita ista librorum strues?

FRANCISCVS. Permultum credo potest: nam inde video excipere eos quo optimum quemque ex iudicibus fascinant et occæcant; a quibus in hominum cœtus quoties instructi veniunt cum casibus suis, quasi Palladis

muniti clypeo, ita videntur sibi pugnare contra adversarium | Quomodo pugnent Iurec.
posse: pugnare est autem illis ad omnem voluntatem uti scire legibus.
quæ laus est enim, aiunt, legisperitum bonam facile obtinere caus- | Laus iurec. hodie. §. 90.
sam? is demum aliquis censeri debet qui mala quoque vincere potis est: quippe
5 ut cera tractatur artificis manibus, ita formant ius hi ac leges | Quomodo tractent leges.
torquent et retorquent quo volunt et quo ex re sua est. Igitur sub quibus tyrannis miserius viveretur, si bello victa esset Germania, | Tyrannis Iure cons.
quam sub iniquissimis nunc agimus iustitiæ dispensatoribus? aut quæ arma possent acerbius vi affligere respublicas, quam fraude isti fas et æquum,
10 iura ac leges dilacerant? Mihi profecto sic videtur, melius longe guberna- § 91.
tam fuisse Germaniam tunc cum in armis ius positum erat, quam | Ius in armis olim.
nunc cum isti regnant publice docti Iureconsulti, qui cum maxime iusti esse volunt, iniuriam maxime faciunt: illo enim tempore, quia simplicius adhuc vivebant homines, neque ita fraus invaluerat, defen- | Veterum Germ. iudicia.
15 debant ab innocentibus vim et iniuriam gladii; nunc qua vi obruatur æquitas, e libris petitur; quibuscum præclare ageretur existimo, si uno omnes die quotquot sunt exurerentur, ut abolito scelerum instrumento | Exurendi Iurecon. Libri.
minus ab æquitate avocarentur homines.

HVTTENVS. Præclare, ut ais; ipsi vero formularii et perverse pruden- §. 92.
20 tes isti atque indocti docti in Platonis civitatem aut illam nu- | Iurec. a Germania relegandi.
per auditam Utopiam deportarentur: quanta enim, quanta proh Iuppiter patiuntur sub his passim docti viri! imo ipsas quantum affli- | Iure c. doctos viros affligunt.
git literas tyrannis hæc! quia enim eruditionis inanes, ne contemnantur inter eruditos, timent, non desinunt ubique persequi doctos; ac illud co-
25 nantur, ne quis usquam aut ingenio præditus aut doctrina clarus vir floreat aut emergat: ita opponunt se et machinas contra intentant. Quo fit §. 93.
ut rarissime honor habeatur Virtutibus; inania tantum nomina | Nomina doctorculorum.
venerationem accipiunt: iam enim fere nusquam conventus celebrantur aut concilia coeunt, ubi non ex rubricariis ampullose inflatum quem- | Arrogantia Iurec.
30 piam producant qui primo ibi loco sedeat, doctissimis quibusque et melioribus longe in imo recumbentibus, quibus tamen si præ stupore cerebro uti posset fatuus ille, pati mallet omnia quam indigne sic anteferri.

FRANCISCVS. Quam ubique pompam optimates alunt nunc et | Iurec. apud Optimates. §. 91.
ductant ipsi; neque vident miseri per nebulones hosce fieri ut | Quid desit Principibus.
35 Principes non sint Principes: nam si essent, non e scripto accerseretur æquitas, sed in ipsorum prudentia, bonitate, iustitia et clementia situm esset quid cui tribueretur, quæ bonis præmia, quam malis pœnam irrogare conveniret. at nunc quoties aguntur apud Principes controversiæ, hi statim accersuntur Sapientes qui diiudicent, occupantque Principum aulas

---

5 cæra *1*. 21 Utopiam] Thomæ Mori. primum prodierat Lovanii ap. Theod. Martinum a. 1516. 4°. §§. 91. sqq.] Similia habet Agrippa a Nettesheim de inc. et van. scient. c. 93. 95.

Quomodo gravent nos Iureconsulti. | ipsi, eiecta nobilitate, soli; et patrimonia nostra partiuntur inter nos, neque habere quicquam nobis licet, nisi prius concedant isti.
§. 95. Certe enim his authoribus quæ nostra cuiusque sunt, communia fiunt ple-
Quomodo pervertant leges Iurec. | rumque, certa omnia in dubium vocantur: ita flexibilibus utuntur legibus: non absque ingenti suo commodo; ubi enim lucrum non
Lucro intenti Iurecon. | est his? aut quid faciunt lucri spe remota? qui se vero alii copiosius opulentant nunc?

HVTTENVS. Nulli profecto: nam indies cumulatius et avarissime iam statuunt precium suæ professioni, ita ut natos eos accipiendæ pecuniæ pro-
§. 96. Proverb. | verbii vice vulgus iactitet. compilant autem Principes maxime,
Infatuati a Iurec. Principes. | sic infatuatos ab se, ut regnare plane desperent absque his consultoribus: quamobrem quicquid agunt, horum quasi quodam impelluntur flatu; neque audent resistere, sed ex horum formulis et actionibus di-
§. 97. cunt et faciunt omnia obsequentissime. quam Principum dementiam vulgi
Pub. oppressio a Iureconsul. | oppressio sequitur necessario: neque ullum est hominum genus
Iurec. Oracula. | quod non religiose oporteat Iureconsultorum oracula consulere; adeuntur ab omnibus, magna cum miseria publica: profecto enim multi ab his impediti, dum noctes atque dies meditantur caussas suas, ad insaniam
o Miserrima. | usque afflixerunt sese, quidam vitæ tædio vim intulerunt ipsi sibi.
§. 98. Frons Iurec. | FRANCISCVS. Frons porro Iureconsultorum qualis est, Huttene!

HVTTENVS. Philosophica est, cum interim meri lenones ipsi sint.

FRANCISCVS. Ita est: cum enim nulla sit morum gravitas, vultus truculentia metuendos se potius quam venerabiles faciunt, coegeruntque ficta
Ficta haec gravitas. | gravitate iam orbis pene ut intentus sibi sit nostra culpa: cur ita enim diffidimus probitati nostræ, ut ad horum edicta remittamus publi-
Germ. ibi stultitia. | cas et privatas stolidi actiones? cur quod optimis vix committendum erat, pessimis concreditur?
§. 99. Fataliter misera Germania. | HVTTENVS. Quia miseram oportet esse Germaniam necessario: nam quomodo adduci potuisset, ut corruptioni summe obnoxiis ho-
Omnia pecuniae gratia faciunt Iur. | minibus et qui nihil non pecuniæ gratia faciunt, maximam habeat fidem, nisi in fatis hoc esset, ut a Superis infligeretur pœna hæc? Ubi sæpe molestus sum equitibus nostris, dum adclamo iugiter 'non videtis, miseri, non videtis, quos consiliis adhibetis nunc, eosdem, si detur pecunia, adversariis quoque consulturos?' et subinde exempla inculco, quorum archana quam perfide ab his detecta et prodita sint. neque unquam
§. 100. Hutt. consilium. | author esse desino Germaniæ, ut male mulctet improbos. mira
Morum ab his corruptio. | est enim ab his morum ubique contagio, summa vitæ depravatio, maxima flagitia: nam quisquis in animum inducit calumniam struere

---

[3] plærunque *1.* [9] proverb.] mihi ignoti. contrarium fere hoc est *Dat Galenus opes, dat Iustinianus honores.* Cf. Agr. a Nettesheim c. 93. cit. [18] doctes *1.* [20] FRANCISCVS] *omis. 1.*

alteri, horum consilio animatur ad facinus. ipsi lites sequi suadent et 'non desistere a calumnia' ius persequi vocant, speque indita, fore ut pervincat cui veniunt, miseros lactant clientes; quos siquando parum ani- | Quo seducant lurecon.
matos vident, magnifice statim confirmant, se enim posse quod æquum
5 est, iniquum ut fiat efficere, contra nequissima omnia ut summæ æquitatis speciem induant, in se quoque situm esse commonentes; atque hæc omnia faciunt, quo caussæ producantur sibi, quæ nisi perpetuo | Ultro caussas producunt lu.
essent, ipsi non haberent quod ederent.

HVTTENVS. Qualem Franckofurdiæ vidi quendam vetulum rabulam, qui §.101.
10 cum adversario contra amicum meum patrocinaretur, et caussæ | Ar. Gl.
quam defendebat diffideret, 'Non promitto' inquit, 'quod fieri non potest, pervicturum, sed, quod adversarium franget, caussæ dilationem | Vide malitiam.
promitto in decimum usque annum'.

FRANCISCVS. Non est iniquum hoc prædonum genus, non est perni-
15 ciosum? aut gravibus satis damnis non onerant Germaniam hi?

MERCATOR. Satis gravibus. quo æquiori tandem animo fio, cum video §.102.
esse adhuc alios qui plus incommodi publico quam prædones Mercatores dent; ac istos venit in mentem mihi laudare Nurenbergenses, | Nurenbergensium laus.
qui senatum suum claudunt prudentibus his arcentque a publicis eos con-
20 siliis, tanquam innocentes esse qui nequeant.

HVTTENVS. Et ego laudare soleo ut optime rem intuenteis, ac ubi cæcuciunt civitates aliæ, solos acutissime utentes oculis. Quod si in ex- §.103.
emplum ab illis veniat, ut ubique per Germaniam missos faciant advocatos et a rerum gubernaculis relegent indoctam hanc doctri- | Quomodo restitui possint iuditia.
25 nam, patrimoniorum nostrorum pestem exitiabilem, exusto etiam, ut hic suadet Franciscus, cum tot scribentibus Accursio, dubitabis restitutum iri iudicia hic sibi, et quæ nunc ob desertam priscam vivendi consuetudinem male audit ac optima æquitatis et Iustitiæ apud exteros opinione excidit, patriam hanc antiquum recepturam decus et ad gloriam rediturum suam?
30 MERCATOR. Non dubito.

HVTTENVS. Itaque maxime perniciosi sunt hi in Germania prædones. §.104.

MERCATOR. Sunt profecto: nam alii res abstulerunt tantum, hi pessundato iure et ademptis legibus sanguinem miserorum exugunt, omnem animorum quietudinem perturbantes; cogitationibus enim excru- | Quae animorum ab his perturb.
35 ciant sævissime, tristitia et mœrore affligunt immisericorditer, et quasi lenta quadam tabe vitas consumunt.

HVTTENVS. Possumus itaque ferre, pessimi qui sunt, perpe- | Exhortatio. §.105.
tuo ut sint? quin maiores imitamur nostros, fortes viros, qui conciso Ro-

---

[9] i. e. Arnoldum Glaubergerum. [10] patrocinaretue, & cauffa *1.* causa *etiam 2.* Immo, uno tamen oculo videntes. [25] exusto] Igne neque librorum neque opinionum venena extingui sed exacerbari multi adhuc nesciunt. [35] excrutiant *1.*

manorum exercitu et in libertatem adserta patria, cum cædes passim fieret,
Causidici a Germanis olim. | in solos causidicos singulari quadam ferocitate sæviendum duxerunt: videbant enim a quibus quam indignissime passi iniuriam et adflicti essent, optimo in hos iure sævissime animadvertendum: quamobrem excisis rabularum ubicunque inventi essent, linguis et consutis ita labris 5 tale quidpiam adfremuerunt, 'tandem' inquientes 'sibilare, vipera, desine.'

§.106. MERCATOR. Quod monentem te utinam æquanimiter audiant Germani
Summum ius summa iniuria. | omnes, et quorum summum ius summa est iniuria, universum eos aboleant et extirpent, ac misera patriam hanc oppressione liberent. 10

§.107. FRANCISCVS. Utinam quidem faciant! sed tamen minus adhuc noxia est improba scribarum et iurisconsultorum natio, quam sunt impii tandem Sa-
Sacerdotes praedones. (IV.) | cerdotes et qui se spirituales vocant et clericos, quos dixi quarto loco a nimis patientibus Germanis prædas agere.

MERCATOR. Iam expectabam, ut ad hos venires. 15

FRANCISCVS. Venio, sed hunc Huttenum necesse est et verba suggerere mihi et res, si loqui debeam, aut vero totam hanc fabulam agere potius ipsum, ut qui optime novit: nam Romæ fuit, et hic etiam conversatus illis eorum didicit omnia.

MERCATOR. Hoc fiat potius.

FRANCISCVS. Igitur sermonem incipe, Huttene, ac prædones Sacerdotes ostende nobis. 20

HVTTENVS. Minime omnium: sed tu quod nosti edissere; ubi locus erit, ego mea interiiciam.

§.108. Sacerdotum rapacitas. | FRANCISCVS. Ergo longe avarissime rapiunt Sacerdotes nunc, et quod nulli usquam latrones attingere audent, id isti, quasi aut solis sibi 25 liceat aut quædam sit sacra etiam rapina, invadunt: atque ita invadunt, ut abstinentiam præstent nusquam: et aliquando quidem pecuniam emendicabant ab iis quos vi ac violentia diripiunt nunc: ecce vobis enim bellatores
Episcopi in Germania. | in Germania Episcopos, a quibus pene nulli iam tutum satis suum est patrimonium; ita cupide ecclesiarum suarum res agunt, impia profe- 30 runt, possessiones accumulant. certe quidem maioribus hoc nostris per-
Ingratitudo Sacerdotum. | suadere nemo potuisset futurum post se ut quibuscunque mendicantibus tam liberaliter ipsi pecuniam elargiti essent, ii a posteris aliquando suis raperent tam violenter.

§.109. HVTTENVS. Quantis ego clamoribus egi rem hanc, diu iam, necdum 35

---

[3] quib. q.] quibusdam *edd.* [5] excisis] excitatis *edd.* Ex Floro Varianam cladem h. l. referri apertum est. is IV. 12,37. „Aliis oculos, aliis manus amputabant; unius os sutum recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus 'Tandem,' inquit 'vipera, sibilare desiste!' [8] Cic. de off. I. 10,33. [15] et] ut *1.* [29] uiolētiu *1.* [32] quiden *1.*

proficio aut hoc saltem adsequor ut ad primævos illos et vere Chri- | Primaeva Ecclesia.
stianos mystas respectus fiat: omnes ecclesiam esse putant, quæ nunc est, improbam istorum colluviem.

MERCATOR. At solebam audire paratum esse populum Germanum, et
5 velle imprimis civitates, ut censeatur ordo hic et exigantur qui se nomine sacerdotali hactenus tutati sunt; vos obstare nec permittere co- | Nobilitas pro Sacerdotibus.
gnatos ibi vestros in ordinem redigi.

HVTTENVS. Quasi vero ex solis nobilibus sacerdotes sint, et non ex §.110.
omnibus undique ordinibus in sentinam hanc aliquid confluxerit.

10 FRANCISCVS. Aut vero si essent etiam, non mallemus tamen communi patriæ consulere quam gratificare male gratis paucis hominibus: nam hoc persuasum habemus, atque ita passim cognosci datur, infidos plerumque fieri quotquot a nobis in ordinem illum concesserint, neque | Infidi ut plurimum Sacerdotes.
ulli magis graves quam affinibus et propinquis suis, a quibus nunquam sa-
15 tis detrahere se quod ecclesiis suis vendicent arbitrantur: adeo ut | Iniquitas Sacerd. §.111.
cum permulta prius coemendis Romæ sacerdotiis profuderint nonnulli, hæreditatem tamen paternam ex æquo postea nobiscum partiantur; neque ibi consideratio illis est quod successores nobis liberi, quibus prospi- | Impietas Sacerd.
ciendum necessario sit, relinquantur, ipsis unicum singulis scortum et per-
20 modica familia si alatur satis sit: trahunt ad se nullo misericordiæ affectu, nulla habita consanguinitatis ratione multum Canonici, plura adhuc Episcopi: unde non sine caussa dici vulgo solet, omneis cum primum fiunt sacerdotes, inducere avaritiam et ingratitudinem, vitam vero | Sac. avaritia et ingratitudo.
proponere molliter agendam.

25 MERCATOR. Ita fit profecto, ita fit.

FRANCISCVS. Non præstabat igitur non esse hos quam taleis esse? aut §.112.
quisquam male debet in publicum consulere ibi, quam miseri equites qui cum civitates contra rapinationem hanc munitæ aliquantum | Equitibus gravissimi Sacerdotes.
sint, soli indefensi sumus et iniuriæ patemus. Præterea quoniam et faci-
30 lius invasit semper et tenacius quam alibi hæsit in nobis super- | Equitum superstitio.
stitio, plura quam nemo ecclesiis contulimus, et adhuc etiam certatim ibi quod liberi nostri egeant profundimus. quanquam verum hoc est, quia §.113.
opulenti maxime sunt isti et luxuria diffluunt ac delicate et molliter vivunt, aliquos reddere obnoxios sibi, dum convivia liberaliter illis ex- | Sacerdotes obnoxii.
35 hibent: ubi homines stultissimi, ut convivari sic interdum sibi | Vide stultitiam.
liceat, multa de suo concedunt, multa obliti posteritatis suæ deserunt.

MERCATOR. Igitur resipiscite.

FRANCISCVS. Statim.

MERCATOR. At in medium consulite.

---

[2] mystus *edd.* [22] Non absimile proverbium est *Pfaffen Gierigkeit und Gottes Barmherzigkeit Währt in Ewigkeit.*

§.114. Principes pro Sacerdotibus. | FRANCISCVS. Consultum iam esset, nisi obstaret ordo principum, ex quo sunt qui episcopatus ambiunt et ipsi ac soli iam pene detrusis nobis contra leges occupant. hi ubi vos viderint pertinacius rem hanc agenteis, qua putas vi aggredientur vocatis in auxilium propinquis suis, qui ferre non possunt spoliari hos, ne ad patrimonia eis sua necesse sit reditum fieri? egentes enim ut plurimum sunt, atque igitur necessario de ecclesiis vivunt.

Attende. | MERCATOR. Tandem video quid moretur facinus pulchrum et necessarium.

§.115. FRANCISCVS. Hoc unum moratur.

MERCATOR. Verum Principes sunt huiusmodi, aut boni viri sunt qui rem suam aliquantum actam quam publicam ex toto restitutam sibi malunt?

FRANCISCVS. Qualescunque sunt, sed non obtinebunt perpetuo hoc; aliquando enim consuletur publico vel invitis ipsis.

MERCATOR. Consulatur tandem ac omnibus semel conveniat, ut quia

Publico graves Sacerdotes. | publico gravis est ordo iste, publico censeatur consilio.

FRANCISCVS. Conveniat.

§.116. HVTTENVS. Etiam per me: neque enim quales esse debent sacerdotes, nunc sunt, et ex Christi instituto vivunt: cum enim temporaria ista longissime ab se statuere deberent, ea totis animis occupant ac rebus summe

Sac. hodie vita. | frivolis operam dant; in præsenti enim dulcia quæ sunt, ea sectan-

Sacer. futurorum securi. | tur, ea complectuntur ac pro summis habent, in futurum non consulunt, neque huius faciunt illa venturæ vitæ bona, quæ esse tamen loquuntur tantum, non credunt etiam: nam si crederent, non sic luxui vacarent et officium desererent, homines nihil spiritu utentes, verum in-

Sacerdot. turpitudo. | tuitu carnis agentes omnia, etiam cogitantes, quos videmus unguenta alios et suavissimum quemque odorem molliter flagranteis, alios spurcissimum fornicis vaporem fœde perolenteis: et tamen Sacerdotes vocantur huiusmodi.

§.117. Sacerdotum divitiae. | FRANCISCVS. Et soli pene divitias quiete possident.

MERCATOR. Hic respiramus Mercatores, quos ob quæsitas cupidius opes extreme condemnasse videbamini.

FRANCISCVS. Dixin' vero superesse quibus præ alii prædones non viderentur?

MERCATOR. Dixisti, et iam esse ostendis.

FRANCISCVS. Igitur in hoc nequiores vobis sunt divites hi, quod ex instituto divitias cum debeant contemnere, solis his per fas et nefas inhiant, adsequutas in luxu et lascivia prodigunt.

---

[4] agentes 2. [8] Tandem *1.* [14] consulitur *edd.* [19] et] i. e. neque. [20] ea totis] in solis *edd.* [21 sqq.] *'Pfaffen, Mönche und Begheinen Sind nicht so heilig als sie scheinen'.*

MERCATOR. Ita video. §.118.

FRANCISCVS. Neque est qui avarius quærat nunc: vidisti autem qui sacerdotium ambiret hoc tempore alium in finem quam ut locu- | Sacerdotum ambitio.
pletaretur, quiesceret ac volupe ageret?

5 MERCATOR. Non vidi.

HVTTENVS. Et tamen omnia hæc debent ab illo ordine esse alienissima, ut olim fuerunt, tunc cum Sacerdotes vere erant, neque sub honesto nomine summa turpitudo contegebatur. Iam igitur quales esse possunt qui non leguntur in ordinem hunc nisi ad censum prius perve- | Qui legantur Sacerdotes hodie.
10 nerint? quo fit ut crassissimus quisque et analphabetus, modo pecuniosus sit, facillime huc evadat, docti homines et bene morati quique contemptissime negligantur. Quare etiam optimarum artium studia, sa- | Studia et sacrae literae. §.119.
crarum in primis literarum scientia ad summam raritudinem et pauculos quosdam eosque afflictos ob id et miseros professores reciderunt, cum hi
15 domini salutantur interim, et canonici sunt ac præpositi et episcopi, habentque aurum et honores percurrunt, ac in ἀπαιδίᾳ illa sua regnant et se curant bene quidem, pastoris vero egentem gregem et com- | Sacerd. ut pascunt nunc.
missam sibi plebem Christianam non curant: nam quis illorum pascit Chri- §.120.
sti oves nunc?

20 FRANCISCVS. Non video quis nisi quod Lutherus incœpit nu- | Lutherus.
per, et qui cum illo sentiunt pauci quidam, coniecti in summam idcirco infensionem, quasi qui novis rebus studeant et sacra non rite tractent; alii seipsos locupletant omnes, et nostris ditescunt spoliis, miseros vero greges devorant: tantum abest, ut pascendo curent. | Gregem devorant Pastores.

25 HVTTENVS. Ita est; ostende autem mihi prædicatorem in Ger- | German. episcopi. §.121.
mania episcopum?

FRANCISCVS. Non possum, robustos venatores possum, et strenue bellatores, quosdam etiam impudicos cynædos, et scortatores valde exercitos. utplurimum vero splendorem omnes quærunt, laborem fugiunt; sed
30 præcipue ut ditescant (quod tamen nunquam satis faciunt, nam pecuniæ insatiabiles sunt) omnia experiuntur. nec faciunt tantum lucri caussa male §.122.
ipsi, sed et facere alios patiuntur, nonnunquam iubent etiam: | Malorum facin. authores Sacerd.
nam cui non licet impune rapere nunc, si modo partem prædæ in sacrum aliquod conferat, maxime fratrum cœnobiis si quid lar- | Aliena scelera lucro Sac.
35 giatur? itaque furari licet et imponere ac fraudare, etiam occidere, modo illis demus: tunc enim obvii procurrunt absolutionem adferentes, quibus alioqui manum non imponerent, nisi Romam depulsis prius, aut in ultimis Hispaniarum fines, vel in Syriam et Iudæam, aut vero nisi ante plagis affectos (quod et ipsum usurpare audent) ante crucem nudos | Ante crucem plagas agunt.

---

[3] finem] furem *edd.* [16] ἀπαιδιία *edd.* orbitate, sine liberis statu. [30] '*Pfaffensäcke haben keinen Boden*'. [38] Hispan.] ad S. Iacobum Compostellanum.

egissent: breviter, omnia pollicentur nobis, ad omnia connivent, et pessimorum quorumcunque scelerum condonationem facillime irrogant, dum pecuniam hinc emulgeant.

§.123. Sac. contra Christum. | HVTTENVS. Invito Christo omnia: nam ille peccatores quidem, sed quos pœnituisset tantum, perire noluit, non venales proposuit cœlos. 5

FRANCISCVS. Scilicet omnem divitiam atque humanam legem contemne-

Lucri causa perdunt omnia. | rant isti, neque sinunt quicquam imperversum, dum lucrum advertant sibi, quod sitienter adeo quærunt, ut ab omnibus nostris actibus,

§.124. etiam consiliis et cogitationibus accedere sibi velint. atque igitur invene-

Confessio. | runt confessionem nobis, quod est longe fertilissimum iis aucu- 10 pium; ubi satis impie habent se, quos extreme odisti tu, Huttene, sacri-

Quaestores et mendici fratres. | fici quæstores et mendici fratres.

HVTTENVS. Illi ipsi: nam probe instructi ad perniciem scite demulcent ut emulgeant. ad quod aptant etiam conciones suas, et si demus quidem, adulantur amicissime; sin autem, terrent horribiliter et conviciis proscin- 15 dunt ac maledictis insectantur: profecto enim neminem hi divini sermonis

Perverse docent Sacerd. | prædicatione ad pietatem incitant, sed fabularum commentis ad superstitionem passim accendunt; neque nos sanctimonia vitæ ad melius vivendum inducunt, sed cæremoniarum ostentatione ad dissipandum inuti-

§.125. liter pecuniam adigunt. Quorum qui docent populum, rectius tacerent 20

Quid prædicent populo. | etiam: nam verba Dei non prædicant, nugas prædicant; atque ita factum est, ut cum ipso pene Christo Evangelium evanuerit.

MERCATOR. Ita est: nam passim video effictorum miraculorum narratione quæstum facere concionatores nunc longe uberrimum. qui ubi dare

Ad largiendum sibi hortantur. | nos vident, delicias quasdam cœlestes et vitam mire iucundam 25 pollicentur; ubi vero nihil elucrantur, ita futurorum suppliciorum metu terrent, ut parum absit quin ad laqueum nonnullos adigant.

§.126. HVTTENVS. Atque his authoribus ethnicorum circa divinum cultum

Quae ab his superstition. Divis adficta. | vanitatem non æquamus iam, sed longe exuperamus: quæ sperari bona quæque timeri mala possunt, singulos singula divos habent, 30 ille insaniam et mittit et adimit, hic lepra ut iratus premit, ita levat pro-

---

[5] noluit *edd.* Cf. e. gr. evang. sec. Luc. XIII. 3. [11] quos odisti] *i. e.* Dominicanos, contra quos Epistolas obscuror. viror. tu quoque conposuisti. [29.30] Quæ sperari *etc.*] Similiter Agrippa de Nettesheim lib. De incertit. scientiar. c. 57. „...nullum morbi genus est quod inter divos non habeat suum medicum"; sed statim addit „quæ causa est quo minus lucrantur medici quam causidici, cum nulla lis sit tam pusilla, tam iusta, quæ divum aliquem habeat patronum". Cf. Ioa. Meletii ad Georg. Sabinum missum commentariolum in Hauptii *Zeitschr. f. deutsch. Alterth.* I. p. 143. sq. et libellum 'Reformirte Kirchen-Apotheckc, Woraus vormahls Leibliche Kranckheiten zu curiren, dispensiret, ... von M. Christian. Heinr. Brömelu, Pastore in Marlitzhausen. Arnstadt, 1718. 8⁰. [31] ille insan.] S. Romanus sive S. Mathurinus Namnetensis. lepra] S. Hiob, (cf. de Guaiac. lib. c. 1.) præmit *1.*

pitius; quidam regio morbo, alius febre, nonnulli scabie et ulceribus ad sui cultum homines cogunt; est qui sacro igni medetur invocatus, et dolorem dentium quod mitiget inventum numen est. quis putavit autem morbo Gallico, omnibus retro sæculis incognito malo, peculiarem et veterem esse
5 deum? et tamen invenerunt isti. quinetiam tempestate nostra quosdam in divos retulerunt morbi. Talia sunt quærendo lucro sacerdotum | In divos relati quidam. §.127.
ingenia: etiam quæ fortunæ esse creduntur, a certis divis et petere religio est et deprecari, divitias, robur, formam, diuturniorem vitam, captivitatem, incendia, naufragium, mortem et subita omnia; soli Christo nihil
10 relictum est, solus is omnis opis atque auxilii inanis est. ita | Christus dimissus iam.
antiquari patiuntur eius memoriam, neque deum precantur nunc homines, sed ad nova illa minima passim concurrunt, quasi ita ille virtutes suas aliis elargitus sit, ut se penitus exhauserit. faciunt autem commentis fidem §.128
quæ semper contigisse narrantur miracula, nunquam contingen- | Ficta miracula.
15 tia ostenduntur; et tamen permagnam ibi segetem metunt artibus quas norunt, astutis quidem, sed quas facile intelligerent Germani, nisi plumbei essent vulgo intellectus.

MERCATOR. Iidem credo persuaserunt nobis ubique pompam | Pompa Sacerdotum.
agere, quod commodum sibi adferat.

20 HVTTENVS. Iidem: atque hinc illa sunt, cum baptizantur infantes, §.129.
magnifica convivia, illæ intolerabiles iam ultra funerum impensæ: vendunt terram sepulchris, atque eo propius mortuum quemque inferri | Sepulchra mortuorum.
apud se patiuntur, quo plus nummorum contulit; ubi tota nonnunquam prædia expiscantur, et agros ac villas ad se conquirunt.

25 FRANCISCVS. Quod quidem iste norit optime ex Fucheris | Fuccherorum Augustae sepulchr. §.130.
suis, quos reverentissime habent illi, quia ab eis donantur munificentissime. Illud, Huttene, vidisti Augustæ Fuccherorum aliquando sepulchrum?

HVTTENVS. Quis non vidit?

30 FRANCISCVS. Ut extructum est!

HVTTENVS. Regium in morem. sed bene Carmelitis cedit, atque igitur pio illud murmure et mire sonoris cottidie preculis circumstrepunt.

---

[1] reg. morb.] Ictero s. morbo arquato quis sanctus medeatur equidem nescio, fortasse tres reges. De comitiali morbo s. epilepsia S. Valentinum ei mederi notissima res est, quam ipsum vulgare morbi nomen attestatur. febri] S. Petronella et Salvator ab Horta, Franciscanus. scabie *etc.*] S. Symphorianus, item S. Rochus et SS. Cosmas et Damianus; item S. Hiob ac Martinus Turonensis. ulceribus] etiam S. Stephanus et S. Quirinus. [2] sacro igni] s. scapulis S. Laurentius. [2.3] dolor. dent.] S. Apollonia. [3.4] morbo Gall.] S. Symphorianus, S. Rochus, Iob et S. Fiacrius. cf. Hutten de Guaiac. lib. cap. 1. [4] veterem] S. Rochus † a. 1327., morbi Gallici nomen tempore Huttenianæ pueritiæ primum auditum est. [21] intollerabiles *1.*

MERCATOR. Mitte Fuccheros, odiose satis contactos prius, et de sacris prædonibus prosequere.

Fuccheri. | HVTTENVS. At in his Fuccheri sunt etiam ipsi, quod sacris quoque inmiscuerunt se, non contenti uno modo prædari miseram Germaniam. 5

MERCATOR. Quod ego nunquam audivi, in sacris negociari Fuccheros.

§.131. HVTTENVS. Audies, cum de Curtisanis dicam paulopost, et ecclesiasticis illis institoribus.

FRANCISCVS. Quid impedit, quo minus nunc dicas statim?

Quaestores et mendici fratres. | HVTTENVS. Hoc enim, quod de quæstoribus illis et monachis oportet loqui prius, qui sub gloria egestatis pecuniam acquirunt, iuxta comicum illud, 'omnia habentes, neque quicquam habentes; quibus nihil cum est, nihil defit tamen'. Quærunt autem avare adeo, ut pecora 10

Pecora docuerunt mendicare. | quoque docuerint mendicare secum iam.

§.132. MERCATOR. Ita faciunt, per fidem, ita: nam porci saginantur Antoniannis illis, dum cibum petunt domatim, in hoc ab illis assuefacti. 15

HVTTENVS. Quod idem scirent verveces Spiritui sancto sacri, nisi tardiore paulisper ingenio essent; quanquam proficiunt iam in illa schola.

MERCATOR. Certe docentur.

Monachorum ordines. | HVTTENVS. Monachorum vero cur tot sunt ordines nunc, nisi quia simpliciter mendicare atque unum in modum non lucrosum satis visum illis est? varie enim et multiformiter placuit. 20

§.133. FRANCISCVS. At quomodo adduci potuerunt Germani primum, ut in ludos hos consentirent et consuetudinem paterentur apud se innasci longe pessimam? 25

HVTTENVS. Quia semper facilius animis hominum inhæsit vana super-

Superstitio. Religio. | stitio quam persuasa fuit vera religio, et quia a minimis initiis cœperunt ista primum, deinde paulatim incesserunt ac se protulerunt lente admodum, donec ad regnum tandem pervenit sacrum mendicabulum. at iam emanantibus in vulgus pessimis suis artibus, non dubito quin ruitura 30

Praedones Sacerdotes damnosissimi. | sit perditissimorum prædonum factio: nego enim alios esse Germaniæ damnosiores, ubicunque sunt, qui utcunque rapiunt et compilant; ita et numero et rapiendi diligentia, studio ac pertinacia vincunt, omnibus passim viis occurrentes et in urbibus, pagis, villis et castris con-

§.134. fertim obambulantes. Quorum ut sint boni aliqui, tamen quia vivunt 35

Iudicium de omnibus communiter. | quæstu, credibile non est quin lucri studio animum in malas nonnunquam parteis deflectant facile: sane peritius nemo novit fucum fa-

Quomodo fucum faciunt. cere ac per fraudem homines capere. et mulierculas quidem

---

[3] Fucche. Cur. *ad marg. 1.* [8] institutoribus *edd.* [12] comicum] Terent. Eun. II. 2, 12. „Omnia habeo, neque quidquam habeo: nihil cum est, nihil defit tamen". [17] Sanctispirituales. [27] peritus *edd.*

dicto audientes habent, persuasas in confessione; itaque corradunt undique, ut his dent, a maritis, a liberis, undeunde possunt. atque hæc tandem pia rapina est, pium hoc furtum. | Pia rapina.

FRANCISCVS. Sed quæ mea sententia decies magis quam ulla impietas punienda sint.

HVTTENVS. Et tamen volebas lignipedibus Franciscianis | Franciscus coenobium voluit instit. §.135. novum nidum construere tu; qui iam staret credo, nisi intervenissem ego eximens opinionem tibi.

FRANCISCVS. Volebam, fateor, et staret: tunc enim captus ab illis tenebar, ut alii.

HVTTENVS. Igitur prima Germaniæ salus est nosse fraudes | Nosse fraud. Monachorum. horum et videre dolos: nam numerare haud facile est, quibus patrimonia nostra artibus irretiant, ut nos miris modis variisque captent viis, quam magnam lucri messem exerceant fœdissimi adulatores ac omnibus | Adulatores Monachi. parasitis magis adsentantes, cum divitum mensas sequuntur et ad optimatum fores defixi hærent. ubi cum quid accipiunt, vultu tristeis sese ad- §.136. simulant, animis alacres admodum discedunt. Sed pecuniam qui- | Hypocritae. dem non accipiunt per religionem aliqui, at quiddam longe | Pecuniae contactum fugiunt. maius atque amplius accipiunt, vinum, frumenta et ad victum quicquid est, copiosissime, in hoc prudentiores aliis omnibus: nam quæ non possunt illis viritim collectis stipibus comparare, a singulis nonnunquam solide consequuntur. Tale consilium est, talis ars; sic regnant Monachi, | Monachi non Monachi. qui monachi tamen non sunt, nam solitarie non vivunt, indignissimi omnium propter quos arctiore annona Germaniam esse oporteat, ut qui neque utiles nunc sunt, neque, ut essent frugi, instituti.

FRANCISCVS. Nam quomodo instituti primum sunt? §.137.

HVTTENVS. Dicam, ut sit quod Carolum doceas; sed prius scire te oportet non de monachis loquuturum me, qui septingentos ante | Monachi veteres optimi. annos fuerunt, bonis viris qui contemptis vitæ huius illecebris abnuncientes omnibus mundi negotiis, calcata etiam corporis voluptate, in solitudinem concesserunt, ubi libere contemplationibus vacarent, de quorum institutis et conversatione multi doctissimi pariter et sanctissimi homines scriptos reliquerunt libros: verum de his dicam, qui mundum implent nunc, §.138. diversas professi vitæ formas, quas a Romanis pontificibus ad- | Monachorum authores. probari oportuit, quorum etiam paucissimi ab iis instituti sunt, ad quos originem referunt: nam decipiendo vulgo professionis autho- | Mendicorum fratrum institu. rem mentiuntur bona pars. Inter quos Mendici quidem illi in Germano-

---

[2] moritis *1*. [6] ligniped.] ligneis sandaliis utentibus. Franciscianis *sic edd.* Non novum quidem monasterium Franciscanis fecit Franciscus Sickingus, sed de claustro Trumbach prope Ebernburgum ab ipso uxoreque Hedwige de Flörßheim denuo fundato documenta adhuc extant.

rum imperatorum invidiam tempore primum secundi Friderici, deinde paulatim sub principibus Germanis Romanos pontifices impugnantibus erupe-
§.139. Vide institutionis causam. | runt; nam cum non haberent hi quo tyrannidem suam adversus Imperatorum nostrorum potentiam tuerentur, consilium invenerunt ut hos emitterent hypocritas, qui favorem conciliarent sibi prædicata sua pas-
Raptus a Christo populus Christianus. | sim vi ac virtute, quam a Christo ut Petri successores acceperint, et persuasa plebe sanctissimos esse tamen qui vivant scelerate etiam. et tunc primum transverse raptus a Christo populus Christianus in leges antichristi pontificis concessit, cum ante tentatus potius quam persuasus esset: tantum effecerunt pseudoapostoli illi, doctores falsi, audientium aures titillare periti.

§.140. FRANCISCVS. Rem narras haud omnibus cognitam prius, sed quam innotescere precium operæ sit.

HVTTENVS. Plane est, atque igitur cura, ut sciat Carolus.

FRANCISCVS. Sciet: alii vero ut cœperunt?

A Diabolo Monachi. | HVTTENVS. Instinctu Sathanæ omnes, ut divideretur Christus, quod olim quo minus fieret, optimus Apostolorum Paulus acriter obstitit.

FRANCISCVS. Quid ais?

§.141. Hypocrisis. | HVTTENVS. Hoc enim quod revera est: nam nihil æque detestatus est Christus cum in terris ageret, ac pestilentem istam hypocri-
Cæremoniae Monachorum. | sim, quam hi vestibus, verbis, cæremoniis, denique tota vita præ se ferunt; et tunc quidem cum summe religiosi videri volunt, longissime discedunt a religione; omnibus enim suis factis novas istas et infinite varias cæremonias prætentant, easque ostendunt ubique vulgo, utilissimum falleudi instrumentum, quippe his tandem fucis in detestabiles humanum
§.142. genus errores abduxerunt. Age autem quis omnium, exceptis innocenti-
Qui fiant monachi. | bus pueris qui ante annos capiuntur, monachus fit nunc nisi qui aut fortunam omnem desperaverit, aut quem opus facere manibus pigeat, et ocium quærat? aut ventri deditus qui sit? aut infamiam qui ferre inter homines nequeat? aut qui sceleris conscius sibi pœnam metuat, aut huiusmodi? certe ut Christo serviat et fructum in illa sacra vinea faciat, nemo fit: nam siquis hoc quæreret, ubique posset facilius præstare quam in
§.143. Monachorum plantatio peribit. | devota hac vita. Quamobrem peribunt, peribunt profecto, atque omnis eradicabitur plantatio hæc, quia non plantavit eam pater deus, sed insidiator diabolus, qui turbare Christi ecclesiam cum non posset aliter, hac via adgressus est, et inducta diversitate conatus est disperso in sectas grege desolatum tandem reddere Christi ovile.

FRANCISCVS. Nunc demum incipio cognoscere minime ferendum esse
Non ferendos monachos sive bonos sive malos. | hoc hominum genus: nam sive boni sunt, non opus est

[3] cun *1.* [7] plæbe *1.* [16] Paul.] Cf. I. Corinth. I. 13. [23] Ominibus *1.* [33] Matth. XV. 13. „Omnis plantatio quam non plantavit pater meus cælestis, eradicabitur".

ut nove se vestiant, cum mentes hominum et cogitationes sciat deus, nec oporteat aliam fieri inter homines ostensionem, quam ex bonis operibus, quæ est nulla cum affectatione facta, sed ut in exemplum illa cedant; sive mali, quanta est pernicies sic conversari hominibus, et optimus censeatur qui vivit pessime?

HVTTENVS. Rem tenes. sed cum alioqui diversissime vivant tot ordines §.144. teneanturque æmulatione invicem acerrima ac odiis se et simultatibus collacerent, scis quid tandem conveniat simul omnibus?

FRANCISCVS. Haud quaquam scio, neque convenire aliquid existimo: ita ubique discrepant, data singulis opera ne quid commune | Monachorum inter se diversitas. cum aliis habeant aut faciant, vestes, ædificia, conciones, sacra, preces, concentum, cæremonias et gesticulationes, omneis breviter actus et ritus.

HVTTENVS. In aliis ita habet, in hoc vero unanimiter concordant, quod §.145. veluti quadam instituta sibi coniuratione bonas literas et illa- | Quod omnibus conveniat. rum peritos odio et infensione persequuntur, in tantum ut iam de aliis facile sibi cedant, dum pertinacissime consentiant hic: nam solum est hoc omnium, in quo idem isti nolunt, idem volunt.

FRANCISCVS. Hinc illa puto in Lutherum conspiratio. | M. Lutherus.

HVTTENVS. Hinc et in alios: nam quis recte doctus ab illis tutus est? §.146.

FRANCISCVS. Ob hanc reor caussam, quia periculum sibi est, ubi verum prædicant illi, ne redigantur in ordinem aut parum feliciter sibi cedat mendicatio.

HVTTENVS. Ob hanc ipsam, et quia crassissimi cum sint, doctrinam illis invident et de doctis suspicantur male omnibus. | Monachi oderunt doctos.

FRANCISCVS. Non iniuria: nam literæ fuerunt, per quas resipuit tempestate hac Germania.

HVTTENVS. Fuerunt.

FRANCISCVS. Atque eadem erunt, puto, quæ exitium illis adferent.

HVTTENVS. Eadem, commonefactis vobis ne post hac aures præbeatis §.147. parasitastris adtemperate omnia loquentibus et facientibus, dum | Parasitastri Monachi. se augeant, vos compilent, pia intentata fraude.

FRANCISCVS. Est quædam igitur pia etiam fraus? | Pia fraus.

HVTTENVS. Illi esse dicunt, rerum natura negat, et detestatur deus, qui veritatis prædicatione ad sui cultum excitare genus humanum | Veritas. voluit, mendaciis et fictionibus non voluit.

FRANCISCVS. Igitur eiiciamus perverse religiosos istos, ut locus | Perverse religiosi. §.148. sit veræ pietati et modus fiat pessimæ tandem rapinationi: fieri enim non potest, quantum intelligo, ut in melius restituatur Germania, | Germaniae in melius restitutio. nisi ad summam paucitatem redactis sacerdotibus, monachis vero penitus etiam, ut tu suades, abolitis. Id quod non desinam sedulo inculcare meo Carolo, quo ne patiatur tot hic ociosos homines annona gravare Germaniam.

§.149 Alexander Severus. | HVTTENVS. In quo imitandum ei propone Alexandrum Severum, magnum utique Imperatorem, qui dixit 'malum pupillum esse Imperatorem, qui ex visceribus provincialium homines non necessarios neque reipublicæ utileis pasceret.'

FRANCISCVS. Placet exemplum, vel eius a quo proficiscitur gratia. 5

HVTTENVS. Igitur aliud eiusdem pariter illi inculca.

FRANCISCVS. Quod illud?

Aurum in templis. | HVTTENVS. Nunquam in templis passus est Severus præter quatuor aut quinque argenti libras, auri ne guttam quidem aut bracteolam posuit. 10

§.150. FRANCISCVS. O sapientem principem, qui in hæc tempora si incidisset,

Locupletissima hodie templa. | quid putas statueret, cum aurea et argentea circa se omnia habere sacerdotes videret, gemmas etiam et si quid gemmis preciosius est deposcere sibi, ac nefas esse putare fictile quidpiam ab se contrectari aut ligneum? 15

HVTTENVS. Quid aliud enim quam quod facere hunc etiam Carolum

Carolus Caesar. | æquum est, si necesse sit bellum gerere pro patria, nec pecunia suppetat?

FRANCISCVS. Quid est?

HVTTENVS. Ut aurum hoc et argentum in templis, quantum est, con- 20

Consilium Carolo dat. | flet universum, gemmas vero divendat, ac de omnibus coacta pecunia exercitus alat et publicis necessitatibus subveniat.

§.151. FRANCISCVS. Si non sit gerendum bellum vero?

HVTTENVS. Tamen emovenda existimo a sacris ista et sacerdotes ipsos,

Sacerdotes divitiis exonerandos. | pietatis studio, divitiis, re magnum eis impedimentum adfe- 25 rente, exonerandos.

FRANCISCVS. Utile suades vel iccirco quod huiusmodi in sacris donec

Opes in sacris quid. | sunt, animos incitant cupiditate habendi; ubi vero fictilia erunt vasa et lineæ pontificum mitræ, frugalitatis Christianæ admonebimur sem-

Christus templis expulsus. | per: expulit enim templis Christum postquam invasit funestum 30 aurum, atque idem veram quoque religionem excussit animis hominum, et sui amorem indidit: proinde expellatur tantorum malorum caussa, expellatur semel, ac deinde arceatur semper. Hoc omnes velint, omnes studeant.

MERCATOR. Quantam, quam iucundam novitatem video moliri vos, si pervincatis. 35

§.152. HVTTENVS. Pervincet Christus: nam ipsius hæc est caussa; ipse expugnabit a quo oppugnabatur.

Curtisani. | Sed de Curtisanis ut habet?

---

[1] Alex. Sev.] Lamprid. in ei. vit. c. 15. „malum pupillum [*possis* pub. illum = publicum illum?] esse &c." [8] in templ.] Lamprid. l. c. c. 44. „In templis sane nunquam præter ... ne guttulam q. aut bracteolam posuit".

HVTTENVS. Bene habet: nam odiosius agere incipiunt; hoc tandem perfecimus.

FRANCISCVS. Quia ad Curtisanos perventum est, hoc puto agendum tibi, Huttene, ut ab initio exponas nobis quot et quantis referta malis urbs
5 Roma sit. | Urbs Roma.

HVTTENVS. Numera tu quoque stellas, et arenam supputa.

FRANCISCVS. Tamen aliquid dic de principe civitate pseudo- | Pseudoepiscopi.
episcoporum nunc.

HVTTENVS. Extant Dialogi et alia a me in hanc rem perscripta: legite.
10 FRANCISCVS. Quasi vero legendum iam sit, et non familiariter potius confabulandum.

HVTTENVS. Itaque unum hoc scitote primum, deterrima et | Romae status hodie. §.153.
perversissima esse Romæ omnia, et quod dici solet, μηδὲν ὑγιές. id quod eo etiam perniciosius est, quod urbem hanc invenerunt quam ecclesiæ ca-
15 put instituerent; atque ibi erexerunt impudens hoc idolum, Pontificem Maximum, cui omnia concesserunt, etiam ut possit si velit contra | Pontifex Ro. quid posse dicatur.
Christi doctrinam edicere aliquid, ut edixerunt hactenus multa, et ab Evangelio discedere quantumcunque longe placeat, utque ei liceat beatum facere quemcunque visum fuerit, si is vivat pessime etiam, et damnare ani-
20 mas eorum qui innocentissime conversantur; breviter, ut tantum possit §.154.
quantum permittere sibi audeat, neque ei contra dicere liceat, ne obmurmurare quidem, neque fas sit derogare potestatem ei utcunque vivat et qualiscunque sit, licet ecclesiæ videatur etiam: nam et hoc illi dat concilium Basiliense, et Ecclesiam subiicit, ac supra authoritatem con- | Concilium Basiliense.
25 ciliorum illius potentiam effert: quæ omnia neque iussit Christus, neque fert natura, ut in alicuius mortalium potestate sit quid immortalis deus faciat; hoc esset enim, si vera prædicarent de se isti, cum dicunt a Christo concessum sibi, ut pro arbitrio et libidine alligent et dissolvant hic | Potestas ligandi et solvendi.
quod in cœlis apud patrem deum, qualecunque id sit, ratum futurum sit.
30 MERCATOR. Hic me discere abs te perdecet aliquid: non est hoc illis §.155.
a Christo concessum?

HVTTENVS. Concessum vere, si perfecta in eis charitas sit, sed et tunc non magis his quam aut tibi aut mihi aut recte Christianis omnibus.

MERCATOR. Igitur ligare hoc et solvere omnium ubique est Christianorum?
35 HVTTENVS. Universim omnium, siquidem tales simus, et cognitionem plene habeamus quid ligandum et solvendum necessario sit.

MERCATOR. Quid ligare igitur et quid solvere oportet? | Quid solvendum et ligandum. §.156.

HVTTENVS. Vincula puto peccatorum, non divinarum scripturarum sa-

---

[6] Ἄμμον μετρεῖς. Ἀστέρας ἀριθμεῖς. Diogenian. Vindob. I. 15. [9] Vadiscus s. Trias Romana et Conquestiones. [13] μηδ. ὑγ.] nihil sanum. [25.26] fert. Natura *1.* [24] conc. Bas.] Immo, Huttene: petis Concordata principum. [32] Matth. XVI. 19.

cramenta: nam sermo dei, ut Paulus docet, alligari non sustinet, neque solvetur unquam Lex, attestante Christo, ne tunc quidem cum abibunt cœlum, terra et rerum quicquid est.

Maxima in terris potestas. | MERCATOR. Igitur non vis esse unum aliquem, cuius maxima sit hic potestas? 5

HVTTENVS. Cæsar est, et mundi Principes, quibus parendum est, exemplo Christi et Apostolorum doctrina. inter episcopos vero et spirituales istos neminem esse voluit Christus, qui imperaret aliis, at vero qui ministraret, esse voluit optimum quemque.

§.157. MERCATOR. Et tamen plus Petro dedit quam aliis. 10

Petrus Apostolus Dei dilectio. | HVTTENVS. Quia plus dilexit illum Petrus quam alii; itaque dilectionis æmulationem, non honoris ambitionem aut regnandi cupiditatem induxit illis. a quo diversum sequuntur ipsi, et pro opibus ac impe-
§.158. rio terra marique, ferro et igni tota vita degrassantur. Dic mihi vero

Petri principatus. | imperium tenuit inter coapostolos Petrus? 15

MERCATOR. Isti tenuisse dicunt, si recte memini, atque igitur se quoque bene tenere arbitrantur.

HVTTENVS. Scriptura negat: nam et mitti ab aliis sustinuit, et concilio paruit, ac reprehensus a Paulo cessit et æqualiter egit cum fratribus: est hoc tenere imperium? 20

MERCATOR. Hóc quidem non est. verum fas est sine capite esse ecclesiam?

§.159. Ecclesiae caput. | HVTTENVS. Non est, atque igitur caput habet, quod est ipse Christus.

MERCATOR. Esse hunc haud negant, verum superius, in cœlis, ut oporteat adhuc vicarium aliud in terris caput esse. 25

HVTTENVS. Non oportet: nam quo mihi bicipitem hanc ecclesiam?

Christus nobiscum semper. | nonne etiam in terris nobiscum Christus est, eritque perpetuo, pollicitus olim nunquam hinc discessurum se?

MERCATOR. Memini.

HVTTENVS. Quantum abest igitur, ut suam vicem committat alii, qui 30 vult ipse sustinere? Quod si faceret etiam, tamen peccatori homini non permitteret quod isti sibi arrogant, ut dispensaret hæc, quippe qui post

Institutio christiani Pastoris. | repetitam Caritatis confessionem illum tandem pastorem instituit:
§ 160. quomodo igitur fiet, ut in quo deus ipse delectum habuit, hoc homini homo citra iudicium per manus tradat? 35

MERCATOR. Iam intelligo fieri non posse.

HVTTENVS. Etiam hoc igitur posse nega, quod illi dat sua curia, non

Non errare Pontificem Romanum. | errare pontificem, quicquid faciat, dicat aut statuat; cum ta-

---

[1] Paul.] II. ep. ad Timoth. II. 9. [2] Lex att. *1.* Christ.] cf. Matth. V. 17. sq. [15] conapostolos 2. [18] sq. Cf. Act. Ap. XV. 6. Paul. ad Gal. II. 11. [22] Paul. ep. ad Eph. V. 23. ep. I. ad Col. I. 18. [28] Ioann. XII. 34. [32] qui &c.] Cf. Matth. XVI. 16. sq.

men mortalem esse hominem, qui cognatum errorem habeat, non negent.
Illud vero ut convenit nostris his cum apostolorum, quorum | Episcopi nunc cum apostolis.
similes esse debent, instituto, quod qui sua ultro debeant relinquere, hi
aliena appetunt avarissime? et qui iussi sunt mundo bellum indicere, et
5 postergare omnem carnis voluptatem, hi ut longissime a Christo sint, in
carnalibus deliciis perdegentes cum mundo contra spiritum bella gerunt?
Quam sanctum iudicarem igitur, quisquis esset is qui destitutum pastore §.161.
Christi ovile per caritatis suggestionem pascendi studio invaderet: nam il-
lum demum facturum sperarem quod iussit bonus pastor, | Quomodo ambiendus Episcopatus.
10 ut ministraret aliis, et ut Paulus ait, non quæ sua, sed quæ aliorum es-
sent, quæreret. At isti nunc, non ut laboribus et vigiliis consu- | Episcopi nunc.
lant plebi Christianæ et prorogandæ Christi fidei operam dent, Pontifices
fiunt, sed ut in otio et voluptate degant, regna sibi et imperia subiiciunt.
ubi est enim alia hominum secta, quæ voluptatem scitius tractet ac deli- §.162.
15 cias ita sibi procuret, cum nulli magis labores et dura omnia competant?

MERCATOR. Nusquam est: verum ad Curtisanos quid hæc omnia? | Curtisani.

HVTTENVS. Hoc demum, quod Romani Pontificis negotia gerunt hi, et
regnanti ei vires sufficiunt, neque tantus esset ille, si non scite officium ipsi
facerent: horum libidine, avaritia et ambitione fit, ut regnet Antichristus
20 Pontifex, hi satellites sunt improbi domini, et impotenti onerant | Pontifex.
nos tyrannide: ipsi enim instituerunt eum, et veluti impius in deserto po- §.163.
pulus coniecto in ignem auro novum deum conflarunt sibi, cui plus quam
divinum cultum faciant, cui festos dies agant et carmina dicant, quem ubi-
que prædicent et ab omnibus quotquot sumus Christianis adorari velint.
25 his authoribus fit, ut quæ maiores nostri pietatis studio ec- | Ecclesiarum nostrarum vectigalia.
clesiis contulerunt hic, sanguinem scilicet ac sudorem suum, ea pessimi
extra homines in luxu prodigant turpissime. hi impedimento sunt bonis §.164.
quibusque et doctis in Germania hominibus, quo minus provehantur in ec-
clesia, quod fieri debuit; atque ita factum est, ut qui vivunt | Boni ab Ecclesia arcentur.
30 inquinatissime, hi principe loco sacra tractent, optimis illis locus non sit:
nam quis bonus emere vellet sacerdotium et episcopatum? at per hos fit ut
sacerdotalem gratiam gratis nemo accipiat, contra Christi doctri- | Sacerd. gratia emitur.
nam ac morem apostolicum manifeste. Itaque nihil inveniri, nihil cogitari §.165.
his dignum potest: tot immanium scelerum caussa sunt, tam ma- | Curtisanorum scelera.
35 lorum passim exemplorum authores: nam hæc demum est publica morum
pernicies, vitæ corruptela hæc est, neque ulli alii impudentius mali sunt,
quod et pessime factis ecclesiæ authoritatem prætexunt et opinionem indu-
unt hominibus, in quo maxime peccant, officium facere se. quin- | Curtisanos.
etiam summa horum est in patriam impietas: devastant hanc enim, | Impietas.
40 ut ædificent alibi et ut Romam peregre locupletent, a qua turpis obsequii

[7] quisquiis *1*. [9] Matth. XX. 25. [10] Paul.] I. Cor. X. 24.

mercedem patriæ spolia accipiant, amicos, affines, cognatos et parenteis
§.166. incommodis afficiunt hic. Mirari igitur quisquam potest, plus quam illum
Curtisanos odisse. | ipsum Antichristum tyrannum hos odisse me, cum ipsi immodice
illius potentiæ authores sint, neque unquam ille arrogare sibi ausus fuerit
quæ hi ultro offerunt et per contentionem quoque tribuunt, ut caussari 5
Ro. Pontificis excusatio. | possit Romanus Pontifex nostram ibi voluntatem? nam hi sunt
qui minime coacti, sed sponte sua tantum posse illum volunt, quantum
alioqui ausus non fuisset arrogare sibi, ne optare quidem: an ille unquam
A Curtis. prodita Germania. | attentasset Germaniam rapiendo, nisi ab his patefactam sibi
§.167. reperisset? Ecce autem piraticam ab iis institutam novam, inauditam et 10
qua violentior non cognita est a condito usque mundo: Imperatorem orbis
Pont. Roma. violentia. | terrarum prodentibus his subiecerunt sibi Pontifices Romani, ei-
que ademerunt urbem primum Romam, deinde bonam Italiæ partem, pro-
§.168. ximo occidentis Imperium ausi sunt quasi suum petere. et Principibus in
De Imperatore deligendo. | Germania præscribunt legendi Imperatoris et legem et condi- 15
ciones, eumque vetant, nisi quem ipsi velint et qui in sua verba iuraverit,
ad Imperium accedere, omnemque ab illo potestatem, omne regnandi ius,
nisi quod is suo definito exerceat, eripiunt; neque aliter ab illo nisi de-
Deosculatio pedum Pontificis. | osculatis sibi pedibus dignantur salutari, ac ministrum suum
et procuratorem vocant. Hoc tandem est prædari, hoc rapere est et la-
trocinari. 20

MERCATOR. Tandem est: nam cuius momenti aliæ sunt rapinationes, si hanc æstimemus?

§.169. Fuccheri. | HVTTENVS. Admodum levis: sed Fuccheri tui quid hic faciunt?

MERCATOR. Non video quid.

HVTTENVS. Ostendam aliquid facere eos, tantum ac tale, ut Curtisa- 25
norum principes dici mereantur: abundant enim pecunia, cuius permagnum est ibi momentum; itaque ipsi quidem potentissime tractant curtisanicam, et quemadmodum in aliis solent frivolarum rerum mercimoniis, sic
§.170. Propolium in sacris quoque. | ibi quoque propolium instituerunt, et emunt a Pontifice mi-
noris quod vendant maioris postea, non singula tantum beneficia, sed so- 30
lidas etiam gratias; inveniunturque Bullæ apud eos, et dispensationes per
Fuccher. in sacris negociatio. | eorum mensas eunt; neque facilius est lucrari sacerdotium,
quam si Fuccheros amicos habeas, quod et scite ipsi et celeriter dant operam, solique sunt per quos omnia obtinere licet Romæ: in quibus nisi
hæc esset fiducia, sæpe multa non peterentur istinc; ipsa nonnunquam 35
Fuccheri urbi Romae utiles. | Curia negotiis vacaret, nisi essent Fuccheri, qui mittendis ac
remittendis celerrime literis officium interponerent, optime in hoc meren-
Fuccheri de ecclesia Ro. meriti. | tes de Romana Ecclesia, quæ nunquam melius sibi consu-

---

6 hi] hic *edd.* 27 sqq. Certe de pecuniis quoque pro pallio Moguntino expensa quæstuosaque indulgentiarum mercatura secum cogitavit Huttenus.

luit, quam cum ad sacrorum negociationem admisit profanos hos. neque §.171.
vicissim ipsis sine fructu est hoc: lucrantur sæpe non minus inde quam
coempto ab Indis pipere. vides Curtisanos esse Fuccheros | Fucche. in sacris Lucrum
quoque?

5 MERCATOR. Audio, non etiam video: nam me quidem nunquam usi
sunt ministro ibi.

HVTTENVS. At aliis usi sunt: nam ego Romæ vidi senem Zinc- | Zincch.
chium sollertissime agere hoc.

MERCATOR. Egerit. tu Romam absolve modo.

10 HVTTENVS. Itaque sic cœpit, sic profecit et incrementum sumpsit im- §.172.
proba Curia, institutis tot etiam Cardinalibus, quasi parum es- | Cardinales.
set tantum a populo Christiano abripere, quantum alendo uni alicui, ava-
rissimo licet tyranno satis esset. ubi iudicio quidem meo non | Incommoda a Sacerdotibus.
multum detrimenti accepisse videremur, si pecuniis spoliati tantum esse-
15 mus, aut libertatem amisissemus, nec pietati etiam iniecta manus fuisset:
nam olim quidem neque contra depilationes istiusmodi tentare aliquid au- §.173.
debant miseri Germani, neque de libertate sua facere apud prædones hos
verba licebat; iam nunc de ipso quoque evangelio oportet præfi- | Evangelio vis fit.
nite loqui apud eos, neque Christi doctrina audemus tueri nos adversus
20 eorum instituta: ipsam exterminarunt veritatem et dei sermonem | Veritas exterminata.
excluserunt, ut fraudulentissimis suis effictionibus locus esset: tantum pro-
gressa est audacia. Igitur quot raptores qua vi tantum eripere nobis po- § 174.
tuerunt, quantum per fraudem abstulerunt isti tot iam annos, dum tot of-
ficia, tot magistratus, tot tamque diversos inter se ordines, tot collegia et
25 sodalitates instituerunt? ut scilicet infinitus esset numerus eorum | Infiniti sacri Praedones.
qui a nobis emendicarent quo alerentur. Sed iam de parvis loquor: nam §.175.
et Principes Episcopos imposuerunt nobis, qui non contenti | Principes Episcopi in Germania.
maiorum nostrorum nimia, nimia proh Christe, nimia in se liberalitate,
qua vitæ alimenta abundantissime illis suppeditata olim sunt, iam quod re-
30 liquum est per vim ac violentiam, ut pauloante attigimus, abripiunt.
Tale, tam grave regnum, tyrannidem perniciosam et exitiabi- | Sacerdo. tyrannis empta mercede.
lem, tanto precio emerunt stulti veteres, pene impii dixerim, qui nulla
posteritatis suæ misericordia, quos sumptis armis exigerent alii, ipsi im-
penso adhuc patrimonio suo dominos ultro invexerunt nobis. Sed hæc §.176.
35 illi sudore et sanguine quæsita tamen ultro contulerunt: iam exigitur ab invi-
tis quo novi Cardinales peralantur et infructuosis Romani episcopi | Cardinales.
creaturis quod insumatur: ita nunquam finis est spoliandi Ger- | Infinite spoliatur Germanis.
maniam, nunquam modus aut mensura. et nostri quidem exemplum quod
a Romanis ipsi desumpserunt, ulterius scite admodum in nobis edunt, tan-

---

[7] Zink, puto, Augustensem Fuggerorum procuratorem. [10] cepit *1.* [18] præfiinite *1.* [21] tanque *1.* [24] hæc] huc *edd.*

tumque fraudando et diripiendo invaluerunt, ut fertilissima Germaniæ loca, fœcundissimos agros insederint, locupletissima portoria occuparint: nam Rhenum utraque ripa ut tenent!

FRANCISCVS. Sic ut Friderichus tertius appellare eum solitus sit sacer-
Rhenus sacerdotalis vicus. | dotalem vicum, quod a primo ipsius exortu usque dum Ocea- 5
num influit, regnare circa eum videret Germaniæ episcopos.

§.178. Sub sacerdotibus Franconia. | HVTTENVS. Et infelix Francorum natio ut obnoxia est impiæ sacerdotum tyrannidi?

FRANCISCVS. Quod vos videritis, quos ego dicere soleo in hac maxime
Liberi Franci. | perdidisse magnificam appellationem, qua liberos Francos dixit ve- 10
tustas, quod istud in vos iugum serviliter magis quam ulla alia natio accepistis.

§.179. MERCATOR. Me quidem pudet, et dies atque noctes id ago, ut consi-
Horta. ad vindicand. libert. | lium inveniamus vindicandi nos a pudenda captivitate, neque unquam desino ad recuperandam libertatem exhortari, et popularibus meis 15
ad odium usque exprobro patientiam minime virilem, istos adulescentum
Adolescentes sacerdotes. | greges in vino et delitiis perocianteis pati apud se divagari, neque sentire aut intelligere quale inde periculum sit muliebri puditiciæ; quinetiam in domos vocant et in consuetudinem admittunt nimis quam cu-
§.180. pide. Sed hæc in oculis sunt, ut sermone ostendere non oporteat: de 20
Legati Pont. Romanorum. | Romanis vero istis absolvam, quod restat, breviter, eorum legatos attingendo, qua peste contagiosior ab iratis superis demissa in terras nulla est: nam quo divertunt hi cum Curtisanis suis, referendariis,
Contagium Ro. legatorum. | copiistis, caudatariis, signatoribus, cæremoniariis, et id genus reliqua familia, ubi non aliquod turpitudinis et dedecoris, sceleris et amen- 25
§.181. tiæ vestigium relinquant? aut quis conversatus illis est qui non, siquidem corrumpi potuit, peior ab iis factus sit? plane deterioris exempli inveniuntur nulli alii. avertunt vero pecuniam, quoties adveniunt, immensam,
Legatorum Ro. authoramentum. | immodicam: nam unicum eorum authoramentum est compilare quæcunque invisunt loca. itaque confidentius nemo spoliat, mutilat, 30
§.182. Legatorum Ro. prætextum. | lacerat; quanquam honesto satis prætextu velant malitiam alii quidem, quasi veniant censendis ecclesiasticorum ordinibus: et hi conven-
Iuditia legatorum Rom. | tus agunt ac iuditia dant, ubi ob prædam, non ob delictum patiuntur reos apud se agi simplices ac probos sacerdotes, et innocenteis quidem condemnant ut inutiles sibi, noxios vero amplectuntur benignis- 35
§.183. Bellum Turcicum. | simc, quod suffamulantibus illis rapinationi libere operam dare possunt. alii quasi in bellum Turcicum, quod gesturi mox sint, pecuniam a nobis petituri, qui miras passim tragœdias movent de Turcarum
Quid fingant ibi. | in nostros sævitia, et tabulas circumferunt sæpe, in quibus per-

---

[2] portaria *edd.* occuparnt. *1.* [4.5] sac. vic.] *Pfaffengaße.* [10] ut hodieque *frei und frank.* [15] recuparandam *1.* [19] in *omis. edd.* [33] prædam non, ob *1.* [39] circunferunt *1.*

natantem in Christiano sanguine hostem depinxerunt, ac miris mendaciis ad misericordiam movent simplex vulgus, quo argumentum ad se atque aurum colligant. quidam ut corruenti apud urbem divi Petri in Vaticano §.184.
ædi, quam restaurent, subsidium quærentes; alii alias commenti fabulas.
5 ubi pervagantur vero, benedictiones et maledictiones habent pas- | Cauponantes Legati Rom.
sim quæstuarias, et emi ab se patiuntur quæ facere licet quæque non licet; matrimonia inhibentes aut permittentes, etiam dirimentes, | Matrimonia.
ut visum fuerit; ac de cibis humano corpori nutriendo a deo con- | De cibis.
creatis legem ferentes, et sacerdotia hic dantes ac adimentes pro libidine.
10 adsunt præterea omnibus nostris conciliis et conventibus, | Conventus Germaniae quaerunt legati Rom.
quoties pertractantur res vehementer necessariae, et a stupidis Principibus admittuntur, quasi vero nullo cum periculo nostro discant hic quod Pontifici Romæ prodant postea. atque igitur o sponte sua miseram | Misera Germania. §.185.
Germaniam, quæ videns non videt et intelligens non intelligit! sed huius-
15 modi multa adhuc sunt quæ infinitum esset commemorare singula: itaque finem tandem faciam de sacris prædonibus sermoni, quem nimis longum habui, quod interim poteramus utilius quidpiam discere abs te, Francisce, quem æquum est et tua addere, siquid præteriisse tibi videor.

FRANCISCVS. Quod addam, in præsenti non habeo; hic siquid habet,
20 addat.

MERCATOR. Ego quidem nihil habeo; tantum vos oro atque obsecro, §.186.
ut in ipsum advigiletis quo a pernitiosissimis prædonibus li- | De abiiciendo sacerdotum iugo.
beretur semel Germania: nam nunc tandem verum invenio quod promittebas supra, ostensurum te Prædones quibus præ alii prædones non es-
25 set; profecto enim contemnenda omnis alia rapina est, quæcunque vexat Germaniam, ubi de hac cœperimus cognoscere.

HVTTENVS. Opera dabitur, atque aliquid puto efficietur, si hic | Hutteni opera.
adiutorem se mihi addet alacrem, neque auxilium ipse suum subtrahet.

FRANCISCVS. Ego quidem adero tibi, sed nactus occasio- | Francisci consolatio. §.187.
30 nem, et opportune: nam tu nimis mihi videris properare.

HVTTENVS. Quasi vero properasse dici debeat qui nunc tan- | Hutteni properatio.
dem incipit, et expectanda adhuc sit occasio post tot edita ab istis mala facinora, aut non unumquodque tempus opportunum satis sit, quo illorum grassaturæ resistatur.

35 FRANCISCVS. Tamen est quod moretur me, quod ipse non ignoras: §.188.
velles autem intempestive ordienteis nos ab iis, qui consultum nollent Germaniæ, opprimi?

HVTTENVS. Hoc avertat Christus, nollem.

FRANCISCVS. At fieret credo, si audentem te sequerentur alii: | Consilium Francisci.

---

2 monent *1.* 3 corruenei *1.* 5 Cauponatos Leg. Rom. *1.* 9 ferenes *1.*
21 supra] §. 117. 26 ceperimus *1.*

proinde tempus expecta mecum aliud; quod cum erit, dices ipse fuisse conficiendis rebus his opportunum magis.

HVTTENVS. Expectabo, dum non multum absit.

§.189. Resipiscens Germania. | FRANCISCVS. Prope est, ni fallor: nam Germania resipiscit iam ac ipsa per te et Lutherum expergefacta a profundo quodam somno cognoscere fraudem, qua consopita fuit, incipit; neque videtur ulterius ferre posse tam inhonestam tot ociosorum hominum conversationem; si posset Necessario exigentur Sacerd. | etiam, neque agnoscere ipsa se vetet et cognoscere hæc, tamen nollet Christus sub prætextu pietatis diutius illudi sibi et ab se instituta perverti.

§.190. HVTTENVS. Cum illud veniet tempus autem, hoc agendum nobis arbi- Concordia Equ. et Civitatum. | trabor, ut honestissimas Germaniæ civitates, dimissis siquæ fue- Civitates Germaniae. | runt prius simultatibus ac inimicitiis, in rei societatem accipiamus: nam vehementer video ad libertatem erectas eas ac fœdæ servitutis pudore affici, ut nullum alium ordinem; habent autem vires et pecunia abundant, ut si bello agenda hæc sint, ut agentur credo, nervos suppeditare sciant.

§.191. FRANCISCVS. Monitionem accipio et consilium probo, quanquam decrevi et ipse apud me iam pridem redire cum his in gratiam ac earum uti amicitia.

MERCATOR. Rem audio in mirum modum desyderabilem, si procedat.

FRANCISCVS. Per me quidem non est mora.

MERCATOR. Utinam quidem non sit: nam nostros scio cupidissime ibi promptos.

FRANCISCVS. Et ego promptum me polliceor.

§.192. HVTTENVS. Qui si esse nolis, haud carebis reprehensore: ego quidem nunquam decero tibi exhortando et efflagitando, ut te Germaniæ accommodes ibi. quod dupliciter illi sit utile, primum, ut perniciosa hactenus dis- Salutaris Eq. et Civitatum concordia. | sensio tollatur e medio, et concordia iungantur invicem duo potentissimi ordines; deinde, ut a captivitate impiorum sacerdotum, qua nulla durior, nulla pudenda magis esse potest, postliminio redeat patria, libertas Christiana restituatur sibi, veritas elucescat, Christo gloria sit.

§.193. MERCATOR. Hæc omnia ad bellum sacerdotale videntur vergere, quod Bellum sacerdotale. | maturet servator deus; nam mihi quidem videtur honestior nulla unquam fuisse belli caussa, neque magis necessaria.

HVTTENVS. Est quod ais: nam si recte quidam imperatores crudelium

---

[8] i. e. et si Germania ipsa se contemnens iugum istud pati diutius vellet, [12] Germania *1.* [13] inimiticiis *1.* [23] cupiditissime *1.* [26] nolis] nobis *1.* [33] uideretur *1.* viderentur *2.* [36 sqq.] *In primis ad Iustiniani Novell. VIII. cap. 8. §. 1. respexit Huttenus, ubi præcipitur:* „Siquis .., donec in administratione, in qua est iudex, furti reus appareat, et si probetur aut dans aurum, ut accipiat admini-

suppliciorum metu arcendos putaverunt qui officia prophana | Sacrorum mercatura.
mercabantur, quid eis facias qui sacra nundinantur iam? quanto iure hos
aboleas et extirpes? et si unamquamque semper tyrannidem op- | Sacerdotum tyrannis. §.191.
pugnare necesse visum est, quo nunc studio agi debemus, quando huius-
5 modi sunt tyranni, qui non in possessiones tantum nostras licenter impetum faciunt et civili vos libertate exuunt, sed fidem etiam, fas et religionem abolere conniuntur ac veritatem opprimunt, et ab hominum auribus averterunt dei verba, ac ipsum iam a cogitationibus nostris Christum parant eximere, neque corpora nostra affligere satis habent, sed in animas
10 adhuc, quantum in se est, atrocisissime sæviunt et inmaniter degrassantur.

MERCATOR. Male pereant qui tam variæ perditionis authores sunt! Tu §.195.
vero ne desiste exhortando, neque hoc admitte quod aliquando suspicari quosdam cognovi, ut pecunia et largitione a proposito detinearis. | Suspicio de Hutteno.

HVTTENVS. Iniqua fuit suspicio, cuius cuius fuit: non detinebor.

15 FRANCISCVS. Constabit; pro ipso polliceor hoc tibi: nam totum homi- §.196.

---

strationem, aut accipiens ex administratione (utrumque enim similiter noxium est), sciat quia [ὅτι] et confiscationem [δήμευσιν] et exilium sustinebit, et in corpus verbera atque supplicium [καὶ τὴν εἰς τὸ σῶμα βασανόν τε καὶ τιμωρίαν], ipsum quoque, qui accepit ab eo, .. malis subiiciens maximis: puras enim exigimus esse provincialibus iudicibus manus ..." *Eiusdem Nov. c. 7. vult* „eum qui acceperit administrationem, ... ius iurandum dare, nihil penitus nec quodlibet se præbere [μηδενὶ παντελῶς μηδὲ ὁτιοῦν παρέχειν], neque occasione suffragii, neque promittere, et neque de provincia profiteri dirigere, neque ... cuilibet per occasionem patrocinii, sed sicut sine suffragio accepit administrationem, ... sic eam puris custodire manibus, deo et nobis pro ea redditurus rationem .." *et iuris iurandi ab iis qui magistratus suscipiunt præstandi formula in fine eius Novellæ legitur. Similiter etiam exilii pœnam quasi emptori legum et provinciæ conminati sunt Honorius et Theodosius anno 408. lata L.* 16. *Iust. Cod. si certum petatur* 4, 2. *Theodosiusque et Valentinianus sanxerunt a.* 439. *L.* 6. *eiusd. Cod. ad L. Iul. repetundar.* 9, 27. „ut quibus .. honores ... commissi, iurati inter gesta depromant 'Se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodum fore, sive per se sive per interpositam personam in fraudem legis sacramentique, aut venditionis donationisve titulo aut alio velamento cuiuscumque contractus ... Et licet neminem divini timoris contemnendo ius iurandum arbitramur immemorem, ut saluti propriæ ullum commodum anteponat, tamen, ut ad salutis timorem etiam necessitas periculi subiungatur, siquis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modo adversus accipientem, sed etiam adversus dantem accusandi cunctis tanquam crimen publicum concedimus facultatem, quadrupli pœnam eo qui convictus fuerit, modis omnibus feriendo". *Ita verum non erat quod multis locis Claudianus de suo tempore prædicat, e. g. de III. cons. Honorii v.* 185. *sqq.*

„Luget Avaritiæ Stygiis innexa catenis
Cumque suo demens expellitur Ambitus auro:
Non dominantur opes, non corrumpentia sensus
Dona valent: emitur sola virtute potestas".

nem novi et scio quæ in pericula coniecerit præcipitem se, ut malum ex-
Huttenus et Lutherus. | citaret illis qui nunc solo huius et Lutheri excidio placari ac in quietem animorum restitui posse videntur: ita ardent ira et odio æstuant ob ostensam ab his Germaniæ suam fraudem ac proditas suas arteis.

MERCATOR. Prius omnia fiant, quam voti compotes reddantur tales. 5

§.197. FRANCISCVS. Hoc vovere nobiscum boni omnes debent. Sed tu vides iam non unum quoddam esse prædonum in Germania genus?

MERCATOR. Video et dum vivo semper meminero.

FRANCISCVS. Post hac autem loqueris modestius de nobis?

MERCATOR. Post hac modestissime, etiam amanter. 10

FRANCISCVS. Et in gratiam nobiscum redis?

MERCATOR. Redeo obsequentissime, ac illud oro, ut vos redeatis quoque.

FRANCISCVS. An non satis redisse iam videmur?

MERCATOR. Satis, si serio dicta a vobis sunt quæ audivi.

FRANCISCVS. Serio sunt. 15

HVTTENVS. Serio.

§.198. FRANCISCVS. Porrige dexteram mihi.

MERCATOR. Accipe obnoxie.

FRANCISCVS. Atque huic Hutteno porrige.

MERCATOR. Perquam libenter: accipe. 20

Votum Hutteni salutare. | HVTTENVS. Quam Christus optimus maximus confirmet inter nos amicitiam, et faxit in utrumque ordinem latissime ut proferat se exemplum hoc. Vale.

MERCATOR. Et vos valete.

FRANCISCVS. Vale amicissime. 25

ARMINIVS

DIALOGVS HVTTENICVS

[QVO

HOMO PATRIÆ AMANTISSIMVS

PATRIÆ LAVDEM CELEBRAVIT.]

[ANNO M. D. XXIX.]

Huius dialogi exempla enumeravimus in Indice bibliogr. n. XLVIII. Quod ab ipso auctore, qui in conponendo hoc dialogo si non iam anno 1517. cum orationem tertiam in ducem Wirtenpergensem Bononiæ scriberet (cf. eius Orationis §. 19.), certe a. 1520. operam suam conlocaverat (quod docent epistulæ ad Fridericum Saxonum ducem d. 11. Sept. a. 1520. scriptæ §§. 19. sqq.), editus non est, eam causam habuisse puto, quod adumbratus tantum, non perfectus atque expolitus esset liber, cum fatis suis cederent amici Sickingus et Huttenus.

. . . unus hic est quem condidit ipse libellus,
Sed non auspiciis edidit ipse suis:
namque immatura præreptus morte reliquit
hunc quoque ceu partem funeris esse sui.
Condidit Huttenus, non edidit: ergo futurum
quod fuerat melius coniice quicquid erat.

Ardentius effervesceret Huttenicus patriæ amor inmortaleque quo in hostes Italicos Punicamque eorum fidem flagrabat odium, si colophonem addere Fortuna non negasset: hic Rhodus fuisset, hic saltasset. neque enim prudentem lectorem quot germina lætissimi de Germaniæ libertate vindicanda hostibusque penitus conterendis dialogi hic adsurgant latebit. Certe Georgius Spalatinus cum Arminii historiam quæ a. 1535. prodiit, ex veterum scriptorum locis conponeret, ad Huttenicum dialogum ab ipso non memoratum respexisse videtur his verbis: „*Solt auch billich unserm jtzigen Adel vrsach geben, solchem ehrlichen exempel vnd vorbild nach, mehr zufolgen, denn tag vnd nacht im luder zuligen, vnd nimmermehr kein zornigen man* [Feind] *sehen*". Ab adnotatione rerum quæ ad interlocutorum vitas resque gestas pertinerent, destiti, ne Vellei, Taciti, Suetonii, Curtii, Plutarchi, aliorum scrinia inutiliter conpilarem. neque similitudines cogitationumque flores quos per opus ingeniose dispersit auctor, meis notis quasi discerpere frustillatimque differre volui. Equidem non sine animi mei conmotione has ingeniosæ artis primas lineas mirari possum, neque dubito fore ut mirentur quicunque Hutteni verum candidumque animum ex scriptis vere Germanici iuvenis cognoverunt.

Eobani Hessi in Hutteni Arminium carmen exhibuimus vol. II. p. 439. sq.

VLRICHI HVTTENI
EQVITIS GERMANI
A R M I N I V S
DIALOGVS.

INTERLOQVVTORES ARMINIVS, MINOS, MERCVRIVS, ALEXANDER, SCIPIO, HANNIBAL, CORNELIVS TACITVS.

ARMINIVS. Hoc tandem iniquum est, o Minos, iudicium, si fuit ullum §.1.
unquam tuum.

MINOS. Bona verba quæso, Armini: nam quæ hæc nova est calumnia quicquam iustissimum iniuste Minoem statuisse? quod illud vero est iudicium? dic agedum.

ARMINIVS. Dabis hanc mihi veniam primum, si te offendit dicendi libertas mea: Germanis est peculiare hoc minus blande loqui, cum loquuntur libere et serio: queri me vero decet, quod cum honorem habes et veluti §.2.
præmia statuis Imperatoribus qui ubique fuerunt optimis, ipsum me quasi qui non vixerim sic præteris; iampridem enim sententiam ferente te Imperatorum primus toto Elysio campo et beatorum hac regione pronunciatus est Alexander Macedo, ab eoque secundus honore Romanus Scipio, et tertius Carthaginensis Hannibal; solus in nullo ego habitus sum numero, qui tamen si certandum mihi cum illis unquam putavissem, equidem in nullo posuerim dubio quin te iudice principem locum obtinuissem.

MINOS. Caussam profecto habes, Germane; sed cum hoc illi certamen §.3.
apud me inirent, quid non admonebas me ipse quoque?

ARMINIVS. Quia neque putavi quicquam licere ulli hic ambire, neque unquam dubitavi, quod in vita bene aut male quis meruerit, summa in omnes æquitate abs te distribui.

MINOS. Neque non fit hoc sedulo: sed iudicamus secundum confessa plerumque hic, fitque copia dicendi quod in rem suam quilibet arbitratur; cætera facile transimus occupati, præsertim ad ambitionem quæ sunt, nisi postulati, negligentes: vides enim negotiorum quæ sit moles, quod iudiciorum onus, quam varium et multiplex, deinde otii quam arcta sint

---

[7] iuditium *1.* [17] pronuntiatus est] in Luciani dial. mort. XII., ubi Minos Macedoni primum, alterum Romano, tertium Afro locum adiudicat. [23] me] te *1.2.* me *3.* tu *11.*

tempora. quanquam si recordatus fuissem quod nunc redigis in memoriam mihi, vocassem ultro et cum aliis audivissem.

§. 4. ARMINIVS. Et non audies nunc, revocatis huc de quibus nuper iudicasti?

MINOS. Quid ni audiam? Accerse huc ad nos Imperatores, Mercuri, qui de præstantia in re militari et bellica contenderunt paucos ante dies.

MERCVRIVS. Treis illos? memini; en adsunt.

§. 5. MINOS. Hic ille est, optimi, vetus Germanorum dux Arminius, qui pro libertate cum Romanis certavit olim et vicit, cumque vos audiat de Imperatoris præstantia contendisse ac sententiam ea super re tulisse me, indigne asserit se præteritum ibi: habet enim quæ cum afferet, ostensurum se putat neminem rectius hanc ad palmam pervenire.

§. 6. ALEXANDER. Igitur dicat.

SCIPIO. Valde.

ANNIBAL. Haud moror.

MINOS. Dic, Armini.

ARMINIVS. Prius sisti velim huc Tacitum ex Italia quendam, ut is dicat quid mihi tribuerit in historia.

MINOS. Etiam ipsum voca, Mercuri.

MERCVRIVS. Huc te, Tacite, huc te, huc ad me, ut loquaris tandem! Eccum hominem.

§. 7. ARMINIVS. Operæ pretium est, o Itale, elogium illud meum, quod in historiis tuis est, recitare hic te.

TACITVS. Eo loco, ubi de interitu quoque tuo commemoratum a me est?

ARMINIVS. Eo ipso.

TACITVS. 'Cæterum Arminius, abscedentibus Romanis et pulso Maro-'boduo regnum affectans libertatem popularium adversam habuit, petitus-'que armis cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit, libe-'rator haud dubie Germaniæ, et qui non primordia populi Romani, sicut 'alii reges ducesque, sed florentissimum imperium lacessierit, præliis am-'biguus, bello non victus. Septem et triginta annos vitæ, duodecim po-'tentiæ explevit; caniturque adhuc barbaras apud gentes, Græcorum anna-'libus ignotus, qui sua tantum mirantur, Romanis haud perinde celebris, 'dum vetera extollimus, recentium incuriosi.'

§. 8. ARMINIVS. Fuit alicuius iste in vita fidei, Minos, et vir bonus fuit?

MINOS. Profecto fuit; sed tu melius nosti, Mercuri, qualiter vixerit, coluit te enim peculiariter.

MERCVRIVS. Sancte vero: nam candidus inprimis fuit, et quo nemo

---

[9] cunque *1.* [10] retulisse *11.* [15] Arminius. Haud, moror. *11.* Armin. Werde nicht säumen. a. [23] historiis] i. e. Annal. II. 88. [37] Cf. Tac. Germ. 9. „deorum maxime Mercurium colunt". vid. etiam Ann. XIII. 57.

syncerius scripserit historiam, minusque affectibus tribuerit. etiam autem Germaniam viderat, et gentis eius mores descripsit, ac rerum ibi gestarum fuit perquam studiosus.

ARMINIVS. Igitur talis iste cum fuerit, et rerum mearum haud igna- §.9.
5 rus sic de me scriptum reliquerit, ut taceam deinceps ego, dubitari non potest quin maximi esse momenti iure debeat hoc ab hoste perhibitum mihi testimonium. Principio 'liberatorem Germaniæ' vocat, quod est aliquid credo eripuisse vi ac armis provinciam Romanis ut tunc fuerunt, et iisdem invitis summoque contra nisu conantibus vindicasse in libertatem
10 quos servire illi decreverant. Deinde, quod recte maximi fit, illud me 'im- §.10.
perium' non cum adolesceret tum et incrementum acciperet, 'sicut alii reges ducesque', Pyrrhus, autumo, Antiochus et iste Hannibal, sed cum consistebat iam et maxime florebat, non bellum inferens sustinuisse, verum ultro lacessendo armis impetiisse, unumque ex omnibus invicte bel-
15 lum contra Romanos transegisse dicit. quare etiam dignissimum arbitra- §.11.
tur quem Græcorum pariter et Latinorum annales celebrent. Quodsi omnium consensu nulla fuit unquam maior quam Romanorum potestas, nullum amplius a condito ævo imperium, et hos ego vici cum in flore essent ac vigerent plurimum, rectissime summum Imperatorem et in re bellica omni-
20 bus præstantem me iudicandum arbitror, infinitam potentiam, maximas vires, summum imperium qui bello superaverim: etsi minus nihil velim §.12.
quam alienam defraudare gloriam aut rerum ab istis gestarum famam premere. nam æquissimo semper animo feram, quantus quisque est, tantum haberi ab omnibus, de meque cum dicam, sine invidia dicam: fuit hoc
25 semper studium mihi propter se virtutem colere; de gloria curavi haud multum, quippe satis esse conscientiam facti existimavi; neque nunc iam §.13.
ea est arrogantia ut præ me alios duces contemnam, nec illud quidem mihi sumo ut esse nullum me superiorem contendere velim: potius si quis est, æquum censeo ut ipsius quoque habeatur hic ratio: sed dignus venia
30 sum si eorum qui de hac laude certaverunt adhuc, ex conscientia negavero ulli a me concedi oportere. idque haud temere sentire me ostendam, si audient isti, ut audituros pollicentur, bona arbitror ratione.

MINOS. Audient, pro ipsis spondeo.

ARMINIVS. Primum igitur quia plurimum ferunt in hoc ponere te, §.14.
35 Hannibal, quod a parvis initiis ad amplissima incrementa progressus sis, docebo, si hæc gloria sit, quanto debeatur mihi rectius quam aut tibi aut ulli: nam eorum qui res præclaras gesserunt, nemo maioribus difficultatibus enisus aut gravioribus circa impedimentis eluctatus est. cui potentia quidem esse quæ potuit rebus sic perditis et deploratis? authori-
40 tas vero ut esset, ipsa non sinebat ætas: quare solus non fuit Alexander

[26] factis *edd.*

§.15. qui immatura ætate gerendis rebus accesserit; etiam ego enim quartum et vigesimum haud dum egressus annum, cum multa prius miles fecissem strenue, dux esse incepi exercitus quem nondum habebam, qui nondum coierat, quemque conscribi celerrime cum oporteret, an existere posset, a tanta dispersione dubium quoque fuit; nam pecunia haud vereor ne quis 5
§.16. suspicetur valuisse me, quæ tum Germanis nulla erat: itaque in summa rerum atque hominum inopia, misera egestate, desertus ab omnibus, impeditus undique, tamen ad recuperandam libertatem viam mihi communivi, citraque omnem extra opem, omne adiumentum et auxilium hoc solo præditus et suffultus animo a meipso rerum initia petivi, et bellum extreme 10 periculosum, non antea cœptum, prosequutus sum, sed ab omnibus desperatum et a cogitationibus quoque hominum iam pridem relegatum provocavi, me dignum arbitrans nihil fortunæ intentum destinatam mihi sor-
§.17. tem alacriter movere potius quam expectare sollicite. Nam quemadmodum audivistis, ultro bellum intuli et denunciavi, obstante etiamnum domestica 15 Segestis et Iguiomeri perfidia ac fratre Flavio magna apud hostes vi adversante, cum milite omnis disciplinæ ignaro nec ullius in re militari scientiæ, armorum vero habitu pene inutili et apparatu belli adeo non suppetente ut ne ferri quidem ad telorum fabricam satis esset. at hæc omnia
§.18. animi consilio et alacritate correxi et sarcivi. cumque esset permagnus 20 mei contemptus, in hostium eum calamitatem verti ac tanta celeritate irrui, ut prius pugnam conseruerim quam bello ausurum me homines crediderint, ante cædem fecerim quam conflati exercitus fides fuerit; nec levibus vero momentis tantæ molis initia auspicatus sum: tres primo statim impetu legiones, et in iis Martiam, cum auxiliis omnibus fortissimum exercitum 25 et quo non alius disciplina magis ac rei militaris experientia vique et virtute Romanos inter milites tunc valebat, ipsumque simul ducem et legatos
§.19. ad internicionem usque occidi et delevi. Quo tempore in unius mea persona patriæ incolumitas constitit: ut dicere non debeat Scipio, tam consternatam se rem Romanam tamque accisam restaurasse quam ego peni- 30 tus proculcatam et discerptam brevi Germaniam restitui. Quanquam rei ipsius magnitudinem non est quod verbis ego assequi studeam, ipsi cottidie hic veteres Romani loquuntur hoc, quantæ eis calamitati fuerim tunc, quam misere potentissimam civitatem, imperium florentissimum confuderim, et quod non alius magis illos rerum dominos gentemque togatam metu 35
§.20. et trepidatione consternaverit. Certe enim quod tu non effecisti, Hannibal, ad urbis usque portas obequitans, ego in ultima constitutus Germania, tanto intervallo, tot mediis fluminibus ac paludibus, tot interpositis montibus ac locis nullo dum itinere hominum exploratis aut cognitis,

---

[1] enim *omis. 11.* [16] Inguiom. *6. et sqq. 11. ubiq.*, ut *Tac. habent edd.* [25] internitionem *1. et c.* internecionem *recc. edd.* [32] quotidie *eæd.* [35] Verg. Aen. I. 282.

ipsis etiam dirimentibus montium altissimis Alpibus, eo desperationis adegi civitatem Romanam, ut ille Augustus Imperator, quem solum alioqui per- §. 21.
petuo felicem vocant homines, et quo nemo potentior, quod omnes sciunt, imperio illi præfuit, ita obstinate primum mori decreverit, ne videret puto
5 quod mihi in mentem nunquam venerat, Romam capi a me, ut caput foribus illisisse eum memoriæ proditum sit, tandem excubias tota urbe, in portis stationes, extra præsidia disposuerit, rectoribus provinciarum imperium prorogaverit, Iovi optimo maximo si in meliorem statum vertisset rempublicam, magnos ludos voverit; breviter, ita de rerum summa con- §. 22.
10 sultaverit ac in suprema necessitate fieri solet, neque alio tempore sollicitius cautum illud Romæ sit, ne quid detrimenti respublica caperet, pavor ubique confusissimus hominum mentes perculerit: fuit enim gravissima hæc Romanis clades, pene exitiabilis etiam. Et hoc cœptum atque per- §. 23.
fectum a me est conciso atque pervulso penitusque deposito Germaniæ
15 statu, illius vero reipublicæ florentissimis rebus, fortuna secundissima, maximis incrementis, cum neque ut Alexander a patre regnum, neque ut isti a senatu exercitum cum imperio accepissem. Deinde alios atque alios §. 24.
continue domi motus compressi; omneis undique defectionis authores postulavi, et nonnullos quidem assensu popularium punivi, aliis vero veniam
20 petentibus dedi; qui transfugerant, reprehendi, qui in deditionem erant, recepi; omnia flagitiis perpurgavi; neque pro Germanis habui qui tributa exteris penderent aut aliis conditionibus obnoxios teneri se paterentur; summumque nefas proclamavi quod inter Albim et Rhenum virgæ et secures ac Romana illa toga conspecta semel essent. Ibi tum excitatis iterum §. 25.
25 ad capessendam libertatem popularium animis promisi fore paulo post ne ullæ in Germania Romanorum saltem reliquiæ superessent, pene memoria aboleretur: nec id multo post præstiti, quamvis haud segnius omnia contra hostes conarentur: nam ut maxime strenuus quisque et primæ in iuventute spei Romæ fuit, ita Germanicum illi bellum ulciscendi Varianam
30 cladem studio demandatum est; missi haud contemnendus bello vir Tibe- §. 26.
rius Nero et in paucis connumerandus illius frater, egregie cordatus homo Drusus, atque alii sic mecum certaverunt, ut Romam reversi ipsi quidem triumpharint, ego vero gliscente indies libertate immunem et sui iuris Germaniam obtinuerim. Tunc et vigentem animi alacritate imperatorem §. 27.
35 Germanicum et longo militiæ usu pollentem illius legatum Cæcinnam, cum mille etiam naves, tanquam ad expugnandam Troiam, adversus me agerentur, magnis ac miseris cum populi Romani cladibus sustinui ac repressi, et Cariovaldum, Batavorum ducem, inter auxilia Romana multis cum nobilibus cecidi; Cattos ac Phrysios a diversa et ipsos parte vindice

---

[6] cum *1.* [15] omnes *3. sqq.* [20] in deditionem] *recte: sic Tacitus etiam* in custodiam habere *et q. s. r.* [30] Tyberius *1. et alii.* [31] Cic. Tusc. I. 9, 18. [39] Frisios *6. et c. 11.*

§.28. bello contudi. Interea machinante illinc fratre Flavio, Iguiomero domi
connivente, flagitiosa facta a Segeste transitio est, qua nefarius proditor ne
filiæ quidem suæ, uxori meæ et eidem gravidæ pepercit, sed et hanc et
alias quasdam nobiles fœminas in pudendam secum captivitatem et ad
§.29. triumphum Romam abduxit. Item Segimerus cum filio perfugit ad hostes; 5
multi domesticorum pecunia corrupti insidias vitæ meæ construxerunt; po-
pularium non nulli hostilia omnia machinati sunt, Adgandestrio Catto im-
primis adeo nihil non pertentante ut, inauditum illa tempestate Germaniæ
§.30. scelus, venenum a Romanis quo me conficeret petierit. Ipse nihil motus
vero constantissime cœptis institi, neque aliquid prius habui quam fas pa- 10
triæ et avitum Germaniæ decus; cumque esset efficacissima tunc permo-
vendi Germanorum animos caussa, si cuius uxor apud hostes teneretur,
neque alio magis nomine captivitatem timerent homines, meamque ego
amarem ardentissime et ab ipsa præstanti invicem fide redamarer, quod-
que omnium dolentissime afficiebat, gravidam amisissem, tamen vel sic im- 15
motum me præstiti, neque passus sum privatum dolorem patriæ in me
§.31. caritatem minuere: quin vero in iram versus dolor alacrius omnia conari
impulit quam conatus ante essem: ubi et mihi testes esse oportet inferos,
quantam quotidie Romanorum multitudinem huc demiserim, vehementi ac
varia in patriæ proditores cæde pergrassatus funestumque et atrox per ad- 20
§.32. versarios bellum circumferens: plane ostendi Romanis ibi magno iniecto
pudore non proditione me neque adversus fœminas gravidas rem gerere,
sed palam armatos deposcere mihi in quos dignæ ultionis aculeos defige-
rem. qua re factum brevi est, ut Romanos Germania penitus eiecerim.
a quo deinde tempore usque in hunc puto diem nullum fuit illorum ibi 25
§.33. imperium. Restabat Maroboduus Suevus, qui cum mihi ex fœdere quod
cum Romanis ipsi fuit adversaretur, tota a me belli mole petitus est: gra-
vissimum id difficillimumque certamen fuit cum rege potentissimo ac bel-
licæ omnis rei scientissimo, bellicosos Suevorum populos, ingentem socio-
rum vim, immensa auxilia post se trahente, cum interim a Romanis 30
invaretur pecunia et Iguiomeri perfugio magnam mihi manum abrupisset:
§.34. tamen vel sic varie ultro citroque tentata Fortuna tandem inclinante ad
æquioris caussæ partes, deorum voluntate victum atroci prælio in ultimos
Hercyniæ secessus propuli; unde paulo post de ulteriori cavens periculo in
Italiam confugit, ibique pulcre fallentibus Romanis qui liberaliter omnia 35
promiserant, et spe frustratus sua inglorius consenuit. ego Germaniam
intra se coniunctam reddidi et unanimem, ac olim iam optato libertatis
§.35. bono tandemque adsecuto frui cœpi. His oportet ampliora gesserit qui me
sibi secundum esse velit aut quo præ ad primam ego palmam venire non

---

1.31 Inguiom., *ut supra recentt.* 6 construxerunt *omnes.* 9 sqq. Ipse quamvis de se non cogitans Huttenus sese descripsit.

debeam. Sed quia de rei militaris peritia et imperandi scientia ac ducendi exercitus industria certamen est, præferat aliquis ibi se mihi ac neget affuisse hæc illi qui tantas in huiuscemodi difficultatibus talem contra hostem res gesserit, easque ad finem vitæ bello invictus continuaverit.
5 Nihil alienam æmulor gloriam; sed isti, absit dicto invidia, mediocrem §. 36.
quisque potentiam et dispertitas ut plurimum vires aggressi sunt: ego terrarum orbis imperium idque, ut dictum est, valentissimum tunc, tot in unum coactas nationum vires, ac renascens ab omni clade bellum, et diutissime nulla intermissione succedentes sibi vices ultro audensque in me
10 concitavi et ad ultimum, quod ne hostes quidem negant, vici ac profligavi, patriam externo decusso iugo ex omnium prope mundi gentium in communem servitutem consensu immunem et libertatis memorem retinui. ne- §. 37.
que ulla hoc siverit ratio, iudex, ut persuadeat Alexander tibi tam facile debellaturum se fuisse, vel ut illa fuerunt tempestate Romanos, quam aut
15 molles Asiæ populos, quibus de postea ex Romanis quidam nullo negotio ab se devictis memorabile hoc triumpho suo prætulit 'Veni, Vidi, Vici', aut inermes Indiæ nationes, quas bellorum insolentes commessabundus iste ebriolorum et bacchantium circa se militum exercitu, quatenus adire potuit, in fugam et deditionem coegit: nam quos magnifacit Scythas, vidit
20 tantum. certe ipsius avunculus, clarus Epirotarum rex, negat, qui, non §. 38.
cum Romanis quidem sed in Italia tamen bellum gerens, dicere solitus est se in viros, nepotem suum in fœminas incidisse. Præterea summum fuit semper virtutis studium mihi, nulla gloriæ sitis aut avaritiæ: neque enim ita erexi trophæa mihi, ut Romanis deieci, aut pro opibus vel imperio
25 decertavi, sed fuit mihi scopus, ad quem direxi omnia, reddere vi ademptam patriæ libertatem; egique totam in summis virtutibus ætatem, donec §. 39.
premente domestica invidia et propinquorum dolo facinus patrante liberum et omnium victorem huc animum ex conscientia optimorum in patriam meritorum ac vitæ per omnia bene actæ transmisi. Iam tuum, Minos, est §. 40.
30 consyderare quem mihi præferre velis, qui vel ex graviori angustia ad tantam sua virtute amplitudinem emerserit, vel maiora bella gesserit, vel scientius rem militarem tractaverit, vel æquabilius imperium administraverit, vel meliore pro caussa arma sumpserit, vel maiores vires contriverit, vel minus in vita cupiditatibus dederit, vel constantius in bono per-
35 stiterit: in summa, quis sit omnium qui his laudibus excelluerunt, ad quem tu primas optimo iure referas.

MINOS. Generosam profecto et non summo tantum imperatore, verum §. 41.
bono etiam viro dignam habuit orationem iste: atque ita esse ut narravit, omnia, neque aliquid affluxisse eum scio; equidem memini admiratum me

---

5 emulor *l.* 6 agressi *l.* 15 quidam] Cæsar, *rhetorice.* 17 Cf. Liv. IX, 17. Curt. V. 7, 10. 2[illegible]qq. Curt. VIII. 1, 37. Liv. IX. 19.

tunc, istiusmodi ferre industriam barbaricum. quam ob rem cum et optimam iste conatus sui caussam habuerit, et tantum animo ac virtute militarique scientia valuerit, neque aliter quam ad patriæ commodum periclitatus sit, minimumque vitiis concesserit, non video, per Iovem, quis
§. 42. rectius Imperatorum summus haberi debeat; nec dubium est quin, si primo statim vobiscum, o Alexander, contendisset hic, palmam ei ultro addixissem: nunc iam, quia quod iudicatum semel hic est rescindere illud fas prohibet, neque constitutum ante ordinem movere licet, satis habere decet te, Armini, hoc in animi sententia esse mihi, quod verbis quoque pro-
§. 43. nunciassem, si cum istis ambitiosus tu esse voluisses; quia vero fuisti liberator Germaniæ, et bello pro libertate suscepto invictum omnes confitentur, neque ibi vel periculi plus exhausit quisquam vel commodi in publicum assecutus est, placet cum Brutis ponere te et inter patriæ libertatis vindices primo loco; Mercurio autem huic negotium do, ut in foro, plateis, circo, triviis et ubiubi hominum ac deorum frequentia est, pronunciet Arminium Cheruscum liberrimum, invictissimum et Germanissimum, sicque iubeat passim ab omnibus acclamari tibi: Id quod decretum et constitutum esto, neque ulli posthac refragari liceat.

§. 44. ALEXANDER. At servivit aliquando hic; ego semper rex, semper fui liber.

ARMINIVS. Ego minime vero mente obnoxius ulli unquam fui: semper enim libertatis memor, cum aliud nihil agitarem animo nisi quomodo possem oblata occasione iuvare patriam, in illa popularium servitutis patientia, donec facta præstare non potui, consilium quoque dissimulavi et clausam intra me libertatis curam tenui.

§. 45. ALEXANDER. Hoc est quod ferunt illi, non licuisse tibi desciscere ab iis quorum semel iugum accepisses.

ARMINIVS. Atque hoc est quod ego contra respondeo, neque accepisse iugum me vel animo in servitutem consensisse, neque si eo necessitatis iniquo aliquo tempore coactus me impedivissem, non licuisse per occasionem, quandocunque ea se dedisset, inde rursus expediri: nam quod ius habere potest qui naturæ beneficium alteri eripit? vel quæ iniuria est suum sibi violenter detractum pari violentia recuperare?

§. 46. ALEXANDER. At fidem dederas.

ARMINIVS. Ut indigne aliquid paterer, non dederam: potui tamen honeste et liberaliter parere, si modeste illi et civiliter imperare voluissent; sed ut dedissem extortam vi et iniuria, communis hoc vita sancivit, fidem non esse quam raptores exigunt ab eis qui necessitate coacti ea conce-
§. 47. dunt facile, quibus nec ipsi carere debent nec uti qui rapiunt. Porro, qui alteri iugum iniecit, nonne eatenus sibi obnoxium habet, quatenus vi

[1] Barbaricam *II.* [7] prohibent *I.*

tenere potest? aut non licet armis per iniuriam adempta armis per occasionem repetere? neque puto, contra naturam cum sit ex libero servum fieri, contra leges esse debere ad naturæ donum respicere: ea demum fides est, qua damus quod debemus. Age autem, quis tam iniuriæ pa- §. 18.
5 tiens esse debet, ut ea ferat quæ in Germania faciebant Romani tunc, quæque Varus, homo omnium puto quos terra protulit avarissimus et iniquissimus? qui cum Syriam ante spoliando circumrasisset, Germanos ex toto consumere peculando instituerat; ibique ea fuit superbia et animi impotentia, ut mente conciperet bestias esse Germanos et ratione carentia
10 bruta, non homines, neque ullam tantam esse indignitatem quam aversari nos deceret aut contra quam resistere. itaque nihil amentiæ suæ temperavit, omne flagitium et omne ausus est scelus. Quapropter ego illud cum §. 19.
conscivi facinus, non erga legitimos dominos fidem fefelli, sed contra iniquissimos tyrannos ius patriæ et commune fas obtinui.

15 MINOS. Ingenue caussam tutatus est, et sic ego existimo neminem ita alteri pace obstrictum esse, ut talibus percitus caussis mutandæ ius non habeat.

SCIPIO. Et tamen perfidiam obiiciunt huic nostri, ac nimis crudeliter §. 50.
videtur Varianam exercuisse victoriam.

20 ARMINIVS. Eadem, Scipio, ratione perfidi fuerunt tyrannicidæ ubique omnes et patriæ libertatis adsertores; vestri præsertim qui Tarquinios eiecerunt, et Cæsarem interfecerunt, ac summam ob id laudem, sempiternam inter vos gloriam consecuti sunt. denique eorum est perfidia qui ad fortunæ motus spectant et mutabilem ad hos fidem circumferunt: me
25 caussæ æquitas contra adversos quoque casus niti perpulit. Dicat iste vero Minos, talem tamque importunam Quintilii atrocitatem an non licuerit mihi, cum occasionem dii tribuissent, alia invicem atrocitate punire.

MINOS. Censeo, licuit. §. 51.

HANNIBAL. Ecce autem qui iactas nihil tam necessarium tibi visum,
30 quin patriæ studium pervicerit, tamen regnum affectasse diceris, et qui alienum gloriaris amolitum te iugum a popularibus, tuum iisdem intentasti, quod nefas in meum animum nunquam cecidit, ut vel huius ergo præponi ipse tibi debeam.

ARMINIVS. Minime tu quidem hanc ob causam, siquando apud se esse §. 52.
35 volet hic Minos: nam regnum capessendi nunquam mihi cupido incessit; sed fuit inimicorum ea invidia quæ suspicionem hanc hominibus iniecit.

[1] teneri *G. et c. 11. falso.* [28] *In edd. fere omnibus perperam scriptum est:* Min. Censeo, licuit Hannibali. Ecce *etc. Iustam divisionem dedit Melanchthon* (ed. a. 1551.) *sic:* Min. Censeo, licuit. Hannib. Ecce *etc.* Münchius in Hutt. Opp. falsam divisionem expressit, cum anno ante in Germanico suo exemplo iustam secutus esset.

Omnes autem intelligimus sic humanitas comparatum esse, ut quorum plurimæ sunt virtutes, eorum par contra sit invidia: nam soli invidiam non sentiunt quorum in conspicuo virtus non est; eos maxime illa petit quos
§. 52. altissime evexit hæc. Necesse est autem multum in commune possit cui rerum summa procuranda est: quam facile pessum rediisset publica libertas, si ad uniuscuiusque pravam de me opinionem vires quibus tuenda ea fuit dimisissem: in hoc propositum cum potentiam retinerem gratumque id bonis facerem, in affectatæ tyrannidis calumniam apud malos incidi.
§. 54. Quodsi regnum occupassem etiam, cui id magis conveniebat quam ei qui ab externa servitute redemerat quos sub patrium regnum collecturus erat? mihi nondum parem retulisset gratiam patria, si pro restituta sibi libertate seque ab interitu prope vindicata regnum ultro detulisset; at vero languescente post temporis intervalla accepti beneficii memoria, passa est
§. 55. impeti calumnia primum, deinde opprimi scelere. Quod nec primo mihi nec ultimo reor contigit. tuis enim bene meritis grati fuerunt Carthaginenses? aut non fuit quæ te premeret, imo quæ oppressit tandem, inimicorum domi insectatio?

HANNIBAL. Fateor, fuit.

§. 56. ARMINIVS. Nam Scipioni, credo, vicem reddidit patria, in qua ab se amplissime decorata post tot edita præclara facinora ne mori quidem permissus est. certe Alexandro domestica invidia mortem concinnavit.

MINOS. Etiam hoc expedivit: ita enim est: nemo clarus unquam fuit
§. 57. cui non aliquando fraudi sua esset virtus. Necesse est vero hunc qui norunt Arminium, præclaram ob indolem valde ament. proinde auctum honore decet esse te, Germane, neque nos tuarum virtutum fas est unquam fieri immemores. Sed iam ipsum iube sequi te, Mercuri, ac facesse actutum iussa; vos ad vestra hinc redite!

MERCVRIVS. Sequere.

---

[4] erexit *11*.

DIALOGI PSEVDOHVTTENICI.

Der Plan Gottes erfordert, daß der eine in Osten, der andre in Westen die Welt einsalzen und vor der Fäulniss bewahren muß.

Elisabeth Goethe.

F(AVSTI). A(NDRELINI). F(OROLIVIENSIS).

POETÆ REGII

LIBELLVS

DE OBITV IVLII PONTIFICIS MAXIMI

ANNO DOMINI M. D. XIII.

[illegible]

[illegible]

[illegible]



futur, se esse sperarit. | INTERLOCVTORES. | Iulius. | Genius. | D. Petrus. | Lector, risum cohibe.

Plagulæ 3½ sive 28 folia in 8°. quorum ult. vacuum est, item pag. 2. primi folii vacat. Sign. A...D. singulæ pagg. habent versus 26 s. 27, superscriptiones nullas. Pag. 2. folii 27. ita exit: us imperator: & baculũ monet, itaq3 Vale.

4.

DIALOGVS VI|RI CVIVSPIAM | eruditissimi, festiuus sane ac elegãs, quomodo | Iulius II. P. M. post mortẽ cœli fores | pulsando, ab ianitore illo D. Petro | intromitti nequiuerit, q̃ q̃ dũ vi|ueret, sanctissimi atq3 adeo | sanctitatis nomine ap|pellatus, totq3 bel|lis feliciter ge-|stis præ|cla|rus, vel dominum cœli futu|rum se esse spe-|rarit. | | Interlocutores | Iulius. Genius. D. Petrus. |

3 plagulæ A...C *et dimidia* d *sive 18 folia in 4°. Posterior primi folii pag. incipit:* Interlocutores Iulius II. Genius. | & Petrus. | IVLIVS II. P. M. Quid hoc rei est? | *et ultimi folii pag. versa sic exit:* innuit mihi meus imperator & baculũ monet. Itaq3 vale. | Finis. | LOVANII APVD THE|odoricum Martinum| Aloftensem M. D. XVIII. Mense septemb.

5.

IVLIVS < | Dialogus uiri cuiusqiam eruditissimi, festiuus sane | ac elegans, quomodo IVLIVS. II. P. M. post | mortem, cœli fores pulsando, ab ianitore | illo D. Petro intromitti nequiuerit: | quanq̃ dum uiueret, sanctissimi, | atq3 adeo sanctitatis noĩe | appellatus, totq; bellis | feliciter gestis præ|clarus, uel dominum cœli fu|turũ se esse | spera|rit. | Lector, risum cohibe.

3½ plagulæ (A...D) *s. 28 folia in 8°. Paginæ 2 et utraque ultimi folii vacuæ sunt. Singulæ pagg. versibus 25 et inscriptione* IVLIVS | SECVNDVS. | *constant. Pag. 2. folii 27. i. f.:* FINIS.

Basileæ apud Valentinum Curionem a. 1521. s. 1522. hoc exemplum expressum esse videtur, quod omnino simile est descripti in Indice bibl. Huttenian. n. XIII. 2. (Hoc idem exemplum ab Eberto [bibliogr. Lexic. n. 11007.] *indicari puto.)*

6.

Mediolani. [illegible]

Cf. Indic. bibliogr. Hutten. n. XVII. 7. *p.* 30*.

7.

De Iulio [illegible] P. M. Dialogus lepidus æque, ac elegans, Viri cuiusdam eruditissimi [illegible] falibus nec indoctis facetiis respersus: *cui præmissa est* Precatio, [illegible] pro eodem, non minus erudita, quam diferta ad Christum Opt. Max. [illegible] tum bene docti, tum vere Christiani, vt adparet, Theologi. Lege et adi[illegible] M. D. XXV. 8°.

Cf. Hutt. III. p. 308. et ex hoc Panzer, U. v. Hutten in litt. Hins.

8.

Pa[illegible] 1544. (Cf. Ind. bibliogr. Hutt. n. 55, 1.) p. 123...178.
Iu[illegible]S. | DIALOGVS, | Pasquillo Romano autore. |

9.

[illegible] bibliogr. Hutt. n. XLVIII. 4.)

10.

[illegible] 1600. (Cf. Ind. bibliogr. Hutt. n. 58.) II. p. 61...72.

11.

D. O. M. | POLITICA, IMPERIALIA, ... D. MELCHIORIS GOLDASTI HAIMINSFELDII | FRANCOFVRTI | Ex Officina ... BRINGERI, *Anno M. DC. XIV.* | fol. p. 1058–1068.

Goldastus exemplum 3. operis repetendum dedit, sed, ut fuit nullius fidei compilator, non animadverterat deesse folia libelli 14. et 15.

12.

„Nous indiquerons encore une édition du Iulius, sans lieu ni date, in 4°. de 31 pag., portée dans le catalogue de Méon, n°. 3084, et dans celui de Morel-Vindé, n°. 2764, en faisant observer que c'est une partie détachée du livre intitulé: Acta primi concilii Pisani, etc. Lutetiæ-Parisior., 1612, in 4°. *ainsi que nous l'avons verifié.*

Brunet, Suppl. du Manuel du libraire. Paris. 1834. 8°. II. p. 211. s. Cf. Miscell. Lips. nova in Balbi Opp. ed. de Retzer. Vindobon. 1791. 8°. I. p. 544.

Idem puto exemplum est de quo sic Retzerus:

Iulius. Dialogus festivus viri cuiusdam (Fausti Poetæ, aut, ut alii putant, Hieronymi Balbi) quomodo Iulius II. P. M. post mortem cœli fores pulsando, ab Ianitore illo D. Petro intromitti nequiverit. Lutetiæ Parisiorum apud Melchiorem Mondiere. 1612. 4°.

(Balbi Opp. ed. de Retzer. I. p. XLIV.)

Utrum hanc 'Editionem apud Gourmont', quam repetisse dicit Retzerus l. c. p. 496. adpellet, quod crediderim, an ab ea diversam, nec p. LXXXIV, ubi exemplum 'Lutetiæ Parisiorum apud Gourmont 4°.' recenset, ipse expressit. id quidem observavi, editionem quam Retzerus repetendam curavit, ex ea quam supra n. 5. indicavimus, factam esse.

13.

IVLIVS II. P. M. Difcurfus viri cuiuspiam eruditiffimi feftivus fane ac elegans, quomodo IVLIVS II. P. M. poft mortem, cœli fores pulfando, ab ianitore illo D. Petro intromitti nequiverit: quanquam dum viveret, fanctiffimi atque adeo fanctitatis nomine appellatus, totque bellis feliciter geftis praeclarus, vel dominum coeli futurum fe effe fperavit. Lector rifum cohibe. Cui iam nunc acceffit Oratio ad Chriftum Opt. Max. pro IULIO fecundo Ligure Pont. Max. a quodam bene docto et Chriftiano per fcripta. Lege et adficieris. Seculo abhinc 1500. retro lapfo conferipta typisque exfcripta. Iam fecundum Literis Haeredum Richelianorum defcripta. In fine: In Germania tandem iam fapiente. FINIS. 12°.

(Panzer, Hutten p. 186. sq.)

„Eine ähnliche in 12°., jedoch ohne die Oratio, mit ziemlich grossen Typen, befindet sich auf der Züricher Bibliothek."

(Münch, Epp. O. V. Lpz. 1827. 8°. *p.* 427.*)*

14.

De exemplo Amstelodami a. 1648. repetito me legere memini, sed non vidi.

15.

HIERONYMI BALBI | VENETI | GURCENSIS OLIM EPISCOPI | OPERA | POETICA, ORATORIA, | AC | POLITICO - MORALIA. | *EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS, PRIMISQUE TYPIS* | COLLEGIT ET PRAEFATUS EST | JOSEPHUS DE RETZER | S. R. I. EQUES, NOB. PROV. AUSTRIAE &c. | *VOL. I.* || *VINDOBONAE*, | PROSTAT APUD JOSEPHUM STAHEL, | MDCCLXXXXI. | 8°. p. 496...538.

(Ex n. 12. (5.) repetit.)

16.

EPISTOLAE | OBSCURORUM VIRORUM | ..... | durch | Dr. *Ernst Münch.* | LEIPZIG, 1827. || 8°. p. 428...457.

(Ex n. 8. (3.) repetit.)

B. Germanica.

A.

VOn dē gewalt vnd haupt | der kirchen, ein gesprech, | zwischen dem heyligen S. Peter | vnd dem allerheyligisten Bapst Julio, des names dem | andern, vnd seyns Genij, das ist seines Engels | kurtzweylig zu lesen.

Darunter in einem Quadrat von stark 4″ Brustbild Julius II. auf einer Leiste mit des Papstes Wappen zwischen 2 Füllhörnern.

7½ Bogen oder 30 Bll. 4°. Sign. A...H (G = ½ Bogen). Letztes Bl. leer. Rückf. des 2. Bl. blattgroßer Holzschnitt, Julius II. vor der Himmelspforte; hinter ihm der Genius u. s. w. Uebersetzung von Joach. Curäus? (Wittenberg 155.?) s. Niceron v. Baumgarten XI. S. 323.

B.

Gespräch zwischen St. Peter, Julius II. und seinem Schutzgeist an der Himmelspforte gehalten im Jahr 1513. Kaiser Maximilian dem Ersten in lateinischer Sprache gewidmet. Darunter eine Vignette, welche eine mir unbekannte Stadt an einem Fluß gelegen vorstellet. Darunter steht 1784.

Diese freye Uebersetzung kam vermuthlich zu Wien zur Zeit Kayser Josephs heraus. Sie ist in 8. Ich besitze sie selbst.

(So Panzer, Hutten S. 189., woraus falsch Münch Epp. O. V. p. 428. n°. II.)

C.

„Eine andere, wenn dies etwa nicht die nemliche ist, gab *Hr. v. Retzer* in der *Olla Potrida* 1787, die man auch im zweiten Theile meiner teutschen Ausgabe der „*auserlesenen Schriften Ulrich von Hutten's*" findet."

(Münch l. c. n°. III.)

D.

Des teutschen Ritters | Ulrich von Hutten | auserlesene Werke. | Uebersetzt und herausgegeben | durch | Ernst Münch. | Zweiter Theil. | Leipzig | bei Georg Reimer. | 1822. | 8°. Seiten 405...465.

C. Gallica.

A.

Vie (la) du pape Iules II., grand ennemi du bon roi Louis XII., et des François gens de bien, 1615, in-8.

Il paraît que cette satire est trad. d'un dialogue latin intitulé:

Dialogus viri eruditissimi, quo Iulius II. Pont. Max. post mortem coeli fores pulsando, ab Ianitore Petro, intromitti nequiverit. absque indicat. In-8.

(Brunet, Manuel du libraire, v. *Vie du pape Iules.*)

b.

DIALOGUE | Entre | St. PIERRE ET IULES II. | *à la porte du Paradis.* | (Strich) | LA | DOCTRINE | CATHOLIQVE | *touchant l'Autorité des* | *PAPES.* | (Druckerzeichen) | M. D. C. C. XXVII. | 12°. 108 und 165 Seiten.

[Ben Lamb. Ign. Doux.]

c.

Dialogue entre St. Pierre et Iules II. à la porte du Paradis, suivie de *la Doc-*

trine Catholique touchant l'Autorité des Papes. imprimé *à Amsterdam, chez Bernard en* 1727, *in*-12°.

(Prosp. Marchand, Dictionaire historique. A la Haye. 1759. fol. II. p. 269., woraus Panzer, Hutten S. 189.)

Ex his exemplis Latinis mihi ad manus sunt 1, 2, 3, 5, 8, 10, 11, 15, 16. quantum potui secutus sum primum eorum, cetera ubi variant præter 16. adnotavi. Curæi, Melanchthonis quondam discipuli, versionem Germanicam ex Melanchthoniano exemplo eodem fere tempore quo typis id describeretur, factam esse coniectaverim, ut exeunte sexto sæculi XVI. decennio prodierit. Iuvabit ex ea (A in adnot. designavi) repetere

Vorred zu dem leser.

Hastu lust vnd gefallen zu leßen wunderbarliche vñ kurtzweylige ding vō dem stand vñ weßen der walen, das ist der ytalianer vnd Römer, den sitten vñ gewonheiten der frantzosen vnnd teütschen weyt entgegegen, vnd warūb die bepst so großlich scheuhen die gemeynē freyen concilien, vnd von deß selben auch erfunden vnd erdicht haben ein Bapst sy über das Conciliū, kurtzlich worumb du begerst zu wissen der gantzen welt lauff der vnder dē Bapst Julio dem andern ist gewesen, so liesse disse gesprech büchlin von einē Spaniol gemacht, in welchem ingefürt werdent, mit einander redent. Julius der ander, der jetzund gestorben, kam mit synem schlüssel fur den hiemel, begerend ingelassen zu werden. Daruff die antwort Sant Peters vß welcher sich glych ein hader zwischen den zweyen Bepsten den heiligen sant Peter, vnd dē allerheyligsten, ich sprech gern dem aller spitzfindigesten Julio erhabē hat. Die dritte person so eingefürt würt, ist der Genius des Bapsts Julij, bey welchem du solt verstēn synen Engel, es sey dan der gut oder der böß engel, dan dar an ist wenig gelegen. Julius wil es mēg ein bapst von niemant, ja auch nitt von einem Concilio, gestrafft werden. Petrus wil, das die kirch arm, ja zu erbarmen sy, wan ir öberster hirt frey vngestrafft der aller bösest sin mag. Vil ding werdent dar neben by ingeflochten, seer nützlich zu wissen, das got wölte das vnsere oberen geistliche vnnd weltliche solche ding zu hertzen faßten, vnd ire gemüt sin vnnd vernunfft mer dan da hin neygten, dan vff jagen springen vnd zutrincken, ob doch jergent durch eynigerley weiße der teütschen nation möcht geholffen vnd geratten werden, die sitten gebrech vnd gewonheiten der geystlichen (mit welchen bey nahendt dz gantz cristen volck befleckt, das ich nit sag vergifft, würt) gebessert möchten werden, Das dan der Platina in dem Anthero, Marcellino, Dionisio, Bonifacio dem dritten funfften vnd sie-||benden, in Stephano dem dritten, in Gregorio dem fierden, in Johanne dem funfftzehenden, vnd in honorio dem andern, vor langer zeit gewünscht vnd begert hat. Hie mit syest du christenlicher leser got beuolhen, vnd wöllest diß büchlin nüwlich verteütscht, jm besten auffnemen, dan es nit zu schmach der bapstlichen vnd priesterlichen würdikeit (sy got myn gezeüg) in dz teütsch brocht ist, sonder dz durch erkentniß der warheyt vnßere Conscientzen vnd gewissen nit ewig alßo mit menschen gesatzen vnd treüworten gefangen vnd erschreckt von dem glauben in Cristum, vff die eüsserlichen werck vnnd scheyn gefurt, vñ gezogen wurden, sonder allen vnsern trost, hoffnüg vñ zuuersicht in Cristū vnd sinē verdienst lernten sitzen der vns allen mit sampt dem vater durch sinē geyst verleyhe rechte ware erkätniß eins Cristlichen glaubens der da vßbrecke mit sinē früchten der liebe gegen got vnd vnserm nechsten. AMEN

---

[14] schenhen A. [15] deß selben A. lege den selben. [17.18] Spaniol] Cf. Erasmi ep. vol. I. p. 151. vers. 10. [19] jetzund] i. e. cum libellus scriberetur, non cum verteretur. [21] spitzf.] astutissimo. [41] hognüg A.

F. A. F. POETÆ REGII

LIBELLVS DE OBITV IVLII PONTIFICIS MAXIMI.

ANNO DOMINI M.D.XIII.

INTERLOCVTORES
IVLIVS GENIVS ET PETRVS.

Iulius II. P. M. Quid hoc mali est? non aperiuntur fores? Opinor aut mutatam aut certe turbatam seram. §. 1.

Genius. Quin potius vide, ne tu non attuleris clavem quam oportet: neque enim eadem aperitur hoc ostium, qua arca nummaria; atque adeo cur non utramque attulisti? nam ista quidem potentiæ clavis est, non scientiæ.

Iulius. Immo præter hanc nulla mihi unquam fuit, neque video quid opus sit illa, quum hæc adsit.

Genius. Nec ego sane, nisi quod interim excludimur.

Iulius. Effervescit mihi bilis, pulsabo fores: heus heus, aperite hoc actutum aliquis ostium. quid hoc rei est? nemo prodit? quid ita cessat hic ianitor? stertit opinor adprobe potus. §. 2.

Genius. Ut hic ex se metitur omnes.

Petrus. Bene est quod portam habemus adamantinam; alioqui fores hic quisquis est perfregisset. Gigantem aliquem aut satrapam, urbium eversorem adesse oportet. Sed o Deum immortalem, quam hic cloacam olfacio. non statim aperiam ostium, sed hinc e fenestella cancellata prospectans quid portenti sit cognoscam. Quis es? aut quid tibi vis?

Iulius. Quin tu fores aperis, quantum potes; quem si tuo fungi voluisses officio, obviam oportuit venisse, vel universa cælitum pompa. §. 3.

Petrus. Satis imperiose. at tu mihi prius exponito quisnam sis.

Iulius. Quasi vero ipse non videas.

Petrus. Videas? ego vero novum et hactenus non visum spectaculum video, ne dicam monstrum.

Iulius. At ni plane cæcus es, agnoscis opinor clavem hanc, siquidem argenteam, si quercum auream ignoras; et vides triplicem coronam, necnon undique gemmis et auro lucentem pallam.

Poete *1. Ubique ubi* e *pro* æ *habet 1., tacite cum sequentibus exemplis* æ *scripsimus, sed hæc quidem* cæter. cœl. fœn. *et similia scribere solita sunt, quod non sequor.* regii] *i. e. Galliarum regis Ludovici XII.* [9] numaria *2.3.8.* [10] huc attul. *2. cett.* [11] Imo *2.3.5.8.10.15. et sic plerumque in sqq.* mihi *ante* præter *2.3.8.* opus quid op9 *1.* [13] at nisi *3.8.11.* [15] Nemon *2.3.5.* Nemon' *8.* nemon' *11.* nemone *15.* [17] Genius *h. l. in sqq. sæpe ita ut Iulius non audiat, loquitur.* hic *omis. 1.10.15.* [18] est] habet *2. cett. omis. 15.* alioquin *3.8.11.15.* fores hic *omis. 1.5.15.* [20] oportet adesse *2.3.8.11.15.* cloacam] Cf. §§. 9. 18. [21] ſed ne hinc *1.* sed hic *2. cett.* sed hinc e f. *10.* [23] quem *1.10.* Qui (*vel* qui) *2. cett.* [25] At *omis. 5.* [29] hanc, si quercum *2. et cett. omisso* siquidem argenteam, *quod est in 1. et 10.* Quercus aurea in Iulii, e gente Roboreorum prognati, insignibus est.

§. 4. Petrus. Equidem argenteam clavem utcunque agnosco, licet et solam et multo dissimilem iis quas olim mihi verus ille pastor ecclesiæ tradidit Christus. porro coronam istam tam superbam qui quæso possim agnoscere, quam nec barbarus unquam tyrannus ausus est gestare, nedum is qui huc admitti postulet? nam palla ista nihil me movet, qui gemmas et aurum perinde ut rudera semper cal- 5
§. 5. carim atque contempserim. Sed quid est hoc? video passim et in clavi et in corona et in palla notas sceleratissimi cauponis et impostoris, mei quidem prænominis, sed non instituti, Simonis, quem ego quondam Christi præsidio deieci.

Iulius. Mitte nugas istas, si sapis; nam ego, si nescis, sum Iulius ille Ligur, et agnoscis ni fallor duas literas P. M., nisi omnino litteras non didicisti. 10

Petrus. Significant opinor 'Pestem Maximam'.

Genius. Ha ha he, ut hic divinator rem acu tetigit.

Iulius. Immo 'Pontificem Maximum'.

§. 6. Petrus. Ut ter maximus sis, ac magis etiam quam Mercurius ille Trismegistus, huc non recipieris, nisi fueris optimus, hoc est sanctus. 15

Iulius. Atque adeo si quid ad rem pertinet appellari sanctum, nimium impudens es, qui mihi cuncteris aperire fores, cum tu tot iam sæculis tantummodo Sanctus dicaris, me nullus unquam vocarit nisi Sanctissimum. extant sex millia bullarum.

Genius. Vere bullarum. 20

Iulius. In quibus non semel 'sanctissimus dominus' nominor, immo iam Sanctitatis nomine denotabar, non Sancti, ut quicquid mihi libuisset,

Genius. Vel temulento.

Iulius. id sanctitatem sanctissimi domini Iulii dicerent fecisse.

§. 7. Petrus. Quin tu igitur ab istis adulatoribus cælum postulato, qui te san- 25
ctissimum fecerunt; et iidem tribuant felicitatem, qui dederunt sanctitatem. quanquam usque adeo nihil interesse censes, dicaris sanctus an sis?

Iulius. Irritor: si modo vivere licuisset, ego tibi istam nec sanctitatem inviderem, nec felicitatem.

Petrus. O vocem sanctissimæ mentis indicem! quanquam et alioqui ego te 30
iamdudum oculis totum collustrans multam impietatis, nullam in te sanctimo-
§. 8. niæ notam animadverto: quid enim sibi vult novus iste comitatus, tam non pontificius? nam viginti ferme millia tecum adducis, nec ullum in tanta conspicio turba cui vel vultus sit christianus: video teterrimam hominum colluviem, nihil præter fornices, temetum ac pulverem bombardicum olentium. latrones condu- 35
ctitii mihi videntur, vel larvæ potius tartareæ, huc ab inferis emissæ, ut cælo

---

[1] solammet, et *10.* [2] mihi *post* ecclesiæ *habet 2. his* mihi, *post* olim *et post* eccl. *3. 8.* [5] quidem *post* palla *add. 2. 3. 8. 11., non 1. 5. 10. 15.* semper *omis. 15.* [6] contemserim. *10.* [7.8] prænom.] *Simon Petrus. de Simone Mago cf. Act. Apost.* VIII. 9. sqq. [10] literas, *sed tum* litteras *1.* non *1. 5. 10. 15.* nullas *2. 3. 8. et cett. ceteri una* l *scribere solent præter 15.* [11] Significare *2. et cett.* Significarent *15.* [12] Ha ha ha *2. cett.* [14] τρισμέγιστος, ter maximus, *Mercurii Aegyptii adpellatio, quod summus philosophus, sacerdos et rex esset.* Trimegistus *3. 11.* [17] fecul. *1. 3. 5. 8. 10. 11. scribere solent.* [19] milia *recte et in sqq. etiam 2. 3. 8. Ex 1. retinui* ll, *ut 5. 10. 11. 15.* [23] Vel *1. 5. 10. 15.* Etiam *2. cett.* [25] celum *1. ceteri, etiam 10., solent* cœl. [26] felic. *1. 5. 10. 11. 15. ceteri* fœl. *et in sqq.* [28] uiuere modo *2. 3.* uincere modo *8. 11.* [30] ego te *omis. 1.* [36] eruisse *1.* (*ut solet* se pro sæ, *sed* ru *operarum errore pro* mi) *2. 3. 5. 8. 10. 11. 15.* eruisse *habet etiam 2, sed* eripuisse *corrigendum esse in fine adnotatum est, et sic dederunt. Tolerabilius fuisset* erupisse *sed* emissæ *dubium non relinquit.*

bella moveant. Iam teipsum quo magis ac magis contemplor, hoc minus ullum §. 9.
video apostolici viri vestigium. principio quid hoc monstri est, quod cum superne sacerdotis ornatum geras, idem intus armis cruentatis totus horres crepasque? ad hæc quam truces oculi, quam contumax os, quam minax frons, quam elatum
5 et arrogans supercilium? nam pudet dicere, ac piget interim videre, nullam corporis partem non conspurcatam notis prodigiosæ et abominandæ libidinis. ut ne dicam, quod etiamnum totus et ructas et oles crapulam ac temetum, ac mihi quidem modo evomuisse videris. denique is est totius habitus corporis, ut non tam ætate morbisve quam crapula vietus, marcidus ac fractus videaris.

10 Genius. Ut graphice hunc suis pinxit coloribus. §. 10.

Petrus. Tametsi video te iam dudum mihi supercilio minantem, tamen haud queo reticere quod sentio: suspicor pestilentissimum illum Iulium ethnicum ab inferis rediisse personatum, ut me rideat, adeo tibi cum illo conveniunt omnia.

15 Iulius. Ma di, si!

Petrus. Quid dixit?

Genius. Iratus est: ad hanc vocem nemo cardinalium non fugitabat, alioqui fustem illum sanctissimum sensurus, præsertim a convivio.

Petrus. Tu mihi videre probe callere sensum hominis: proinde dic mihi, §. 11.
20 quis es?

Genius. Ego sum magnus ille Iulii Genius.

Petrus. Immo malus, opinor.

Genius. Qualiscunque sum, Iulianus sum.

Iulius. Quin tu nugas istas missas facis, ac fores aperis, nisi mavis ef- §. 12.
25 fringi! Quid multis opus est? vides cuiusmodi ducam comites?

Petrus. Sane video latrones exercitatissimos. verum ne sis insciens, hæ fores tibi sunt aliis armis expugnandæ.

Iulius. Verborum inquam iam satis: ni propere pares, excommunicationis §. 13.
fulmen vel in te torquebo, quo summos aliquando reges ac adeo regna terrui;
30 bullam vides iam in hæc paratam?

Petrus. Quod malum fulmen, quod tonitru, quas bullas, quas ampullas mihi narras, obsecro? nam istorum nihil unquam audivimus a Christo.

Iulius. At senties, nisi pares.

Petrus. Si quos olim istis fumis territast, nihil ad hunc locum: non hic

---

[3] ornatus *et* cruentatus *1.* [5] nullam p. c.] *Cf. sq.* §. 10. [6] et *1. 5. 10.* ac *2. cett.* [8] uomuisse *præter 1. omnes.* corp. hab. *2. cett.* Denique *1. 5, 10. 15.* Vtique *ceteri.* [9] quietus *1.* [10] depinxit *præter 1. 10. omnes.* [12] *Iulium Cæsarem libidinosissime γυναιξίν, ὅσαις ἂν ἐθέλησε, συνεῖναι consuevisse eundemque cinædum pathicumque fuisse, pariterque comitiali morbo laborasse relatum est: ut sane præter nomen utrique Iulio multa communia fuerint. Et Oldoinus etiam expressis verbis rettulit,* 'Iulius appellari voluit, non quidem intuitu Iulii retro Pontificis Romani, et miti ingenio viri ac pacifici, sed Iulii Cæsaris ob virtutem bellicam præstantissimi ducis, quem et imitari egregius bellator quæsivit'. [14] Ꝑueniāt *1.* [15] Madifi *1. 5. 10.* Ma, di, fi *2.* Ma. di. si. *3. 11. 14.* Ma defi *8.* Madesi *15.* Ma..di..si.. *16. Inprecatio est sive pro* Mater dei, si *sive* μὰ Δία, si, *ut* si *Italice sit* immo, utinam, sane. [18] Sanctissimi *2. et cett. præter 1. 10.* [23] Iulianus] *ad Iulium (II.) pertinens. Fortasse etiam ad Iulianum apostatam adludere voluit auctor.* Iulianus *etiam Iulius II. ante pontificatum acceptum fuerat.* [26] insciens *1. 5. 10. 15. ceteri* inscius. [29] ac *1. 10.* atq; *2. cett.*

Omnes autem intelligimus sic humanitus comparatum esse, ut quorum plurimæ sunt virtutes, eorum par contra sit invidia: nam soli invidiam non sentiunt quorum in conspicuo virtus non est; eos maxime illa petit quos
§. 53. altissime evexit hæc. Necesse est autem multum in commune possit cui rerum summa procuranda est: quam facile pessum rediisset publica libertas, si ad uniuscuiusque pravam de me opinionem vires quibus tuenda ea fuit dimisissem: in hoc propositum cum potentiam retinerem gratumque id bonis facerem, in affectatæ tyrannidis calumniam apud malos incidi.
§. 54. Quodsi regnum occupassem etiam, cui id magis conveniebat quam ei qui ab externa servitute redemerat quos sub patrium regnum collecturus erat? mihi nondum parem retulisset gratiam patria, si pro restituta sibi libertate seque ab interitu prope vindicata regnum ultro detulisset; at vero languescente post temporis intervalla accepti beneficii memoria, passa est
§. 55. impeti calumnia primum, deinde opprimi scelere. Quod nec primo mihi nec ultimo reor contigit. tuis enim bene meritis grati fuerunt Carthaginenses? aut non fuit quæ te premeret, imo quæ oppressit tandem, inimicorum domi insectatio?

HANNIBAL. Fateor, fuit.

§. 56. ARMINIVS. Nam Scipioni, credo, vicem reddidit patria, in qua ab se amplissime decorata post tot edita præclara facinora ne mori quidem permissus est. certe Alexandro domestica invidia mortem concinnavit.

MINOS. Etiam hoc expedivit: ita enim est: nemo clarus unquam fuit
§. 57. cui non aliquando fraudi sua esset virtus. Necesse est vero hunc qui norunt Arminium, præclaram ob indolem valde ament. proinde auctum honore decet esse te, Germane, neque nos tuarum virtutum fas est unquam fieri immemores. Sed iam ipsum iube sequi te, Mercuri, ac facesse actutum iussa; vos ad vestra hinc redite!

MERCVRIVS. Sequere.

---

[4] erexit *11*.

DIALOGI PSEVDOHVTTENICI.

Der Plan Gottes erfordert, daß der eine in Osten, der andre in Westen die Welt einsalzen und vor der Fäulnis bewahren muß.

Elisabeth Goethe.

F(AVSTI). A(NDRELINI). F(OROLIVIENSIS).

POETÆ REGII

LIBELLVS

DE OBITV IVLII PONTIFICIS MAXIMI

ANNO DOMINI M. D. XIII.

Præfatio.

Primum inter Pseudohuttenicos dialogos locum ut antiquissimo huic IVLIO dedimus. De tempore quo primum prodierit et de auctore qui conposuerit mirum in modum post Erasmum (cf. Hutt. opp. vol. I. p. 265. sq. et 270.) variarunt sententiæ scriptorum, sed cæ omnes aut a doctis sive leviter sive sine subsidiorum criticorum auxilio, aut a levibus criticesque legum inperitis atque ignaris scriptoribus copiose satis prolatæ; cuius modi est Münchii præfatio ad exemplum ab ipso repetitum. Annum et auctorem satis indicat principis exempli inscriptio; neque huius loci neque omnino opus est eorum qui aut Erasmo Roterodamo, aut Hutteno, aut Francisco Dryandro sive de Enzina, aut Hieronymo Balbo libellum adscripserunt, argumenta, quæ per se nulla sunt, diligenter refellere. scilicet siquis cuiusvis inscriptionis nomina numerosque simulandi dissimulandive causa ab auctoribus editoribusque, ut personati ipsi in alios odia periculaque transferrent, positos esse animique sententiæ tecte ubique et perverse ac præpostere exprimendæ studium navatum esse sibi sumat, næ ille vel Münchium non Münchium sed criticum et grammaticum quemdam hominemque Latine ac Græce doctum fuisse suspicari possit. Exempla libelli quæ extare scio, hæc sunt:

A. Latina.

1.

F. A. F. Poete Regij libellus. | De obitu Julij Pontificis Maximi. Anno domini. M. D. XIII. |

16 folia in 8°. min., sign. a...d. *Prima folii 16. pagina sic exit:* us imperator : baculum mouet : Itaq; Vale. | FINIS. |

Loci annive indicium nullum habet. Ultima pag. vacua est. Singulæ paginæ plenæ versus 34 habent, paginarum superscriptiones (Columnenüberschriften) *nullas. Hoc exemplum nominatum a multis sed a paucis visum in charta bona satis bene ab operis descriptum est, Parisiis, ut mihi videtur.*

2.

IVLIVS. | DIALOGVS VIRI CVIVS-|PIAM ERVDITISSIMI, FESTI-|uus fane ac elegans, quo modo IVLIVS II. | P. M. post mortem cœli fores pulſando, | ab ianitore illo D. Petro, intromitti | nequiuerit quanq̃ dum uiueret fan|ctiſsimi, atq; adeo ſanctitatis | nomine appellatus totq; bel|lis fœliciter geſtis præ-|clarus, dominum cœli | futurum ſe eſſe | ſperarit. | INTERLOCVTORES. | Iulius. Genius. D. Petrus. | Lector, riſum cohibe.

Plagulæ 4 sive folia 32 in 8°. sign. A...D. Primi et ultimi folii posterior pag. vacat. singulæ paginæ 25 *s.* 26 *versus habent, superscriptiones nullas. Prior ultimi folii pag. i. f. sic habet:* tor, et baculum mouet, | itáq; VALE. | Pagella A 4 uerſu 7. lege pro eripuiſſe erupiſſe.

3.

IVLIVS ➢ | ¶ Dialogus viri cuiuſpiam eruditiſſimi, | feſtiuus fane ac elegãs, quo modo IVLI-|VS. II. P. M. poſt mortem cœli fores pul|ſando, ab ianitore illo D. Petro, intromit|ti nequiuerit: q̃q̃ dũ uiueret ſanctiſſimi, | atq; adeo ſanctitatis nomine appellatus | totq; bellis feliciter geſtis præclarus, | dominũ cœli

futur, se esse sperarit. | INTERLOCVTORES. | Iulius. | Genius. | D. Petrus. | Lector, risum cohibe.

Plagulæ 3½ sive 28 folia in 8°. quorum ult. vacuum est, item pag. 2. primi folii vacat. Sign. A...D. singulæ pagg. habent versus 26 s. 27. superscriptiones nullas. Pag. 2. folii 27. ita exit: us imperator: & baculũ mouet, itaq; Vale.

4.

DIALOGVS VI|RI CVIVSPIAM | eruditissimi, festiuus sane ac elegãs, quomodo | Iulius II. P. M. post mortẽ cœli fores | pulsando, ab ianitore illo D. Petro | intromitti nequiuerit, q̃ q̃ dũ vi|ueret, sanctissimi atq; adeo | sanctitatis nomine ap|pellatus, totq; bel|lis feliciter ge-|stis præ|cla|rus, vel dominum cœli futu|rum se esse spe-|rarit. | | Interlocutores | Iulius. Genius. D. Petrus. |

3 plagulæ A...C *et dimidia* d *sive 18 folia in 4°. Posterior primi folii pag. incipit:* Interlocutores Iulius II. Genius. | & Petrus. | IVLIVS II. P. M. Quid hoc rei est? | *et ultimi folii pag. versa sic exit:* innuit mihi meus imperator & baculũ mouet. Itaq; vale. | Finis. | LOVANII APVD THE|odoricum Martinum| Aloftensem M. D.| XVIII. Mense septemb.

5.

IVLIVS | Dialogus uiri cuiuspiam eruditissimi, festiuus sane | ac elegans, quomodo IVLIVS. II. P. M. post | mortem, cœli fores pulsando, ab ianitore | illo D. Petro intromitti nequiuerit: | quanq̃ dum uiueret, sanctissimi, | atq; adeo sanctitatis noĩe | appellatus, totq; bellis | feliciter gestis præ|clarus, uel dominum cœli fu|turũ se esse | spera|rit. | Lector, risum cohibe.

3½ plagulæ (A...D) *s. 28 folia in 8°. Paginæ 2 et utraque ultimi folii vacuæ sunt. Singulæ pagg. versibus 25 et inscriptione* IVLIVS | SECVNDVS. | *constant. Pag. 2. folii 27. i. f.:* FINIS.

Basileæ apud Valentinum Curionem a. 1521. s. 1522. hoc exemplum expressum esse videtur, quod omnino simile est descripti in Indice bibl. Huttenian. n. XIII. 2. (Hoc idem exemplum ab Eberto [bibliogr. Lexic. n. 11007.] *indicari puto.)*

6.

Mediolani. 1521. 8°.

Cf. Indic. bibliogr. Hutten. n. XVII. 7. *p.* 30*.

7.

De Iulio II. Ligure P. M. Dialogus lepidus æque, ac elegans, Viri cuiusdam eruditissimi non indoctis salibus nec indoctis facetiis respersus: *cui præmissa est* Precatio, seu Oratio pro eodem, non minus erudita, quam diserta ad Christum Opt. Max. cuiusdam quum bene docti, tum vere Christiani, vt adparet, Theologi. Lege et adficieris. Anno M. D. XXV. 8°.

(Burckhardi Vit. Hutt. III. p. 308. et ex hoc Panzer, U. v. Hutten in litt. Hins. p. 186.)

8.

Pasquillorum | Tomi duo. | 1544. (Cf. Ind. bibliogr. Hutt. n. 55, 1.) p. 123...178. *Inscribitur IVLIVS EXCLVSVS.* | DIALOGVS, | Pasquillo Romano autore. |

Repetitur fere exemplum 3.

9.

Vitebergæ. 1557. 8°. (Cf. Ind. bibliogr. Hutt. n. XLVIII. 4.)

10.

Wolfii Lectionum memorabilium. 1600. (Cf. Ind. bibliogr. Hutt. n. 58.) II. p. 61...72.

Repetitur ex n. 1.

11.

D. O. M. | POLITICA | IMPERIALIA, | ..... D. MELCHIORIS GOLDASTI HAIMINSFELDII || FRANCOFVRTI | Ex Officina ... BRINGERI. | *Anno M. DC. XIV.* | fol. p. 1058..1068.

Goldastus exemplum 3. operis repetendum dedit, sed, ut fuit nullius fidei compilator, non animadverterat deesse folia libelli 14. et 15.

12.

„*Nous indiquerons encore une édition du Iulius, sans lieu ni date, in 4°. de 31 pag., portée dans le catalogue de Méon, n°. 3084, et dans celui de Morel-Vindé, n°. 2764, en faisant observer que c'est une partie détachée du livre intitulé:* Acta primi concilii Pisani, etc. Lutetiæ-Parisior., 1612, in 4°. *ainsi que nous l'avons verifié.*

Brunet, Suppl. du Manuel du libraire. Paris. 1834. 8°. II. p. 211. s. Cf. Miscell. Lips. nova in Balbi Opp. ed. de Retzer. Vindobon. 1791. 8°. I. p. 544.

Idem puto exemplum est de quo sic Retzerus:

Iulius. Dialogus festivus viri cuiusdam (Fausti Poetæ, aut, ut alii putant, Hieronymi Balbi) quomodo Iulius II. P. M. post mortem cœli fores pulsando, ab Ianitore illo D. Petro intromitti nequiverit. Lutetiæ Parisiorum apud Melchiorem Mondiere. 1612. 4°.

(Balbi Opp. ed. de Retzer. I. p. XLIV.)

Utrum hanc 'Editionem apud Gourmont', quam repetisse dicit Retzerus l. c. p. 496. adpellet, quod crediderim, an ab ea diversam, nec p. LXXXIV, ubi exemplum 'Lutetiæ Parisiorum apud Gourmont 4°.' recenset, ipse expressit. id quidem observavi, editionem quam Retzerus repetendam curavit, ex ea quam supra n. 5. indicavimus, factam esse.

13.

IVLIVS II. P. M. Difcurfus viri cuiuspiam eruditiffimi feftivus fane ac elegans, quomodo IVLIVS II. P. M. poft mortem, cœli fores pulfando, ab ianitore illo D. Petro intromitti nequiverit: quanquam dum viveret, fanctiffimi atque adeo fanctitatis nomine appellatus, totque bellis feliciter geftis praeclarus, vel dominum coeli futurum fe effe fperavit. Lector rifum cohibe. Cui iam nunc acceffit Oratio ad Chriftum Opt. Max. pro IULIO fecundo Ligure Pont. Max. a quodam bene docto et Chriftiano per fcripta. Lege et ædificieris. Seculo abhinc 1500. retro lapfo conferipta typisque exfcripta. Iam fecundum Literis Haeredum Richelianorum defcripta. In fine: In Germania tandem iam fapiente. FINIS. 12°.

(*Panzer, Hutten p.* 186. *sq.*)

„Eine ähnliche in 12°., jedoch ohne die Oratio, mit ziemlich grossen Typen, befindet sich auf der Züricher Bibliothek."

(*Münch, Epp. O. V. Lpz.* 1827. 8°. *p.* 427.)

14.

De exemplo Amstelodami a. 1648. repetito me legere memini, sed non vidi.

15.

HIERONYMI BALBI | VENETI | GURCENSIS OLIM EPISCOPI | OPERA | POETICA, ORATORIA, | AC | POLITICO - MORALIA. | *EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS, PRIMISQUE TYPIS* | COLLEGIT ET PRAEFATUS EST | JOSEPHUS DE RETZER | S. R. I. EQUES, NOB. PROV. AUSTRIAE &c. | *VOL. I.* || *VINDOBONAE*, | PROSTAT APUD JOSEPHUM STAHEL, | MDCCLXXXXI. | 8°. p. 496...538.

(Ex n. 12. (5.) repetit.)

16.

EPISTOLAE | OBSCURORUM VIRORUM | ..... | durch | Dr. *Ernst Münch.* | LEIPZIG, 1827. || 8°. p. 428...457.

(Ex n. 8. (3.) repetit.)

B. Germanica.

A.

Von dē gewalt vnd haupt | der kirchen, ein gesprech, | zwischen dem heyligen S. Peter | vnd dem allerheyligisten Bapst Julio, des names dem | andern, vnd seyns Genij, das ist seines Engels | kurtzweylig zu lesen.

Darunter in einem Quadrat von stark 4'' Brustbild Julius II. auf einer Leiste mit des Papstes Wappen zwischen 2 Füllhörnern.

7½ Bogen oder 30 Bll. 4°. Sign. A...H (G = ½ Bogen). Letztes Bl. leer. Rückſ. des 2. Bl. blattgroßer Holzschnitt, Julius II. vor der Himmelspforte; hinter ihm der Genius u. s. w. Uebersetzung von Joach. Curäus? (Wittenberg 155.?) s. Niceron v. Baumgarten XI. S. 323.

B.

Gespräch zwischen St. Peter, Julius II. und seinem Schutzgeist an der Himmelspforte gehalten im Jahr 1513. Kaiser Maximilian dem Ersten in lateinischer Sprache gewidmet. Darunter eine Vignette, welche eine mir unbekannte Stadt an einem Fluß gelegen vorstellet. Darunter steht 1784.

Diese freye Uebersetzung kam vermuthlich zu Wien zur Zeit Kayser Josephs heraus. Sie ist in 8. Ich besitze sie selbst.

(So Panzer, Hutten S. 189., woraus falsch Münch Epp. O. V. p. 428. n°. II.)

C.

„Eine andere, wenn dies etwa nicht die nemliche ist, gab *Hr. v. Retzer* in der *Olla Potrida* 1787, die man auch im zweiten Theile meiner teutschen Ausgabe der „*auserlesenen Schriften Ulrich von Hutten's*" findet."

(Münch l. c. n°. III.)

D.

Des teutschen Ritters | Ulrich von Hutten | auserlesene Werke. | Uebersetzt und herausgegeben | durch | Ernst Münch. | Zweiter Theil. | Leipzig | bei Georg Reimer. | 1822. | 8°. Seiten 405...465.

C. Gallica.

A.

Vie (la) du pape Iules II., grand ennemi du bon roi Louis XII., et des François gens de bien, 1615, in-8.

Il paraît que cette satire est trad. d'un dialogue latin intitulé:

Dialogus viri eruditissimi, quo Iulius II. Pont. Max. post mortem coeli fores pulsando, ab Ianitore Petro, intromitti nequiverit. absque indicat. In-8.

(Brunet, Manuel du libraire, v. *Vie du pape Iules.*)

b.

DIALOGUE | Entre | St. PIERRE ET IULES II. | *à la porte du Paradis.* | (Strich) | LA | DOCTRINE | CATHOLIQVE | *touchant l'Autorité des* | *PAPES.* | (Druckerzeichen) | M. D. C. C. XXVII. | 12°. 108 und 165 Seiten.

[Von Lamb. Ign. Doux.]

c.

Dialogue entre St. Pierre et Iules II. à la porte du Paradis, suivie de *la Doc-*

trine Catholique touchant l'Autorité des Papes. imprimé *à Amsterdam, chez Bernard en* 1727, *in*-12°.

(Prosp. Marchand, Dictionaire historique. A la Haye. 1759. fol. II. p. 269., woraus Panzer, Hutten S. 189.)

Ex his exemplis Latinis mihi ad manus sunt 1, 2, 3, 5, 8, 10, 11, 15, 16. quantum potui secutus sum primum eorum, cetera ubi variant præter 16. adnotavi. Curæi, Melanchthonis quondam discipuli, versionem Germanicam ex Melanchthoniano exemplo eodem fere tempore quo typis id describeretur, factam esse coniectaverim, ut exeunte sexto sæculi XVI. decennio prodierit. Iuvabit ex ea (A in adnot. designavi) repetere

Vorred zu dem leser.

Hastu lust vnd gefallen zu leßen wunderbarliche vñ kurtzweylige ding vō dem stand vñ weßen der walen, das ist der ytalianer vnd Römer, den sitten vñ gewonheiten der frantzosen vnnd teütschen weyt entgegegen, vnd warūb die bepst so großlich scheuhen die gemeynē freyen concilien, vnd von deß selben auch erfunden vnd erdicht haben ein Bapst sy über das Conciliū, kurtzlich worumb du begerst zu wissen der gantzen welt lauff der vnder dē Bapst Julio dem andern ist gewesen, so liesse disse gesprech büchlin von einē Spaniol gemacht, in welchem ingefürt werdent, mit einander redent. Julius der ander, der jetzund gestorben, kam mit synem schlüssel fur den hiemel, begerend ingelassen zu werden. Daruff die antwort Sant Peters vß welcher sich glych ein hader zwischen den zweyen Bepsten den heiligen sant Peter, vnd dē allerheyligsten, ich sprech gern dem aller spitzfindigesten Julio erhabē hat. Die dritte person so eingefürt würt, ist der Genius des Bapsts Julij, bey welchem du solt verstön synen Engel, es sey dan der gut oder der böß engel, dan dar an ist wenig gelegen. Julius wil es mēg ein bapst von niemant, ja auch nitt von einem Concilio, gestrafft werden. Petrus wil, das die kirch arm, ja zu erbarmen sy, wan ir öberster hirt frey vngestrafft der aller bösest sin mag. Vil ding werdent dar neben by ingeflochten, seer nützlich zu wissen, das got wölte das vnsere oberen geistliche vnnd weltliche soliche ding zu hertzen faßten, vnd ire gemüt sin vnnd vernunfft mer dan da hin neygten, dan vff jagen springen vnd zutrincken, ob doch jergent durch eynigerley weiße der teütschen nation möcht geholffen vnd geratten werden, die sitten gebrech vnd gewonheiten der geystlichen (mit welchen bey nahendt dz gantz cristen volck beflecht, das ich nit sag vergifft, würt) gebessert möchten werden, Das dan der Platina in dem Anthero, Marcellino, Dionisio, Bonifacio dem dritten funfften vnd sie-||benden, in Stephano dem dritten, in Gregorio dem fierden, in Johanne dem funfftzehenden, vnd in honorio dem andern, vor langer zeit gewünscht vnd begert hat. Hie mit syest du christenlicher leser got beuolhen, vnd wöllest diß büchlin nüwlich verteütscht, jm besten auffnemen, dan es nit zu schmach der bapstlichen vnd priesterlichen würdikeit (sy got myn gezüg) in dz teütsch brocht ist, sonder dz durch erkentniß der warheyt vnßere Conscientzen vnd gewissen nit ewig alßo mit menschen gesatzen vnd treüworten gefangen vnd erschreckt von dem glauben in Cristum, vff die eüsserlichen werck vnnd scheyn gefurt, vñ gezogen wurden, sonder allen vnsern trost, hoffnūg vñ zuuersicht in Cristū vnd sinē verdienst lernten sitzen der vns allen mit sampt dem vater durch sinē geyst verleyhe rechte ware erkätniß eins Cristlichen glaubens der da vßbreche mit sinē früchten der liebe gegen got vnd vnserm nechsten. A M E N

[11] schenhen A. [15] deß selben A. lege den selben. [17.18] Spaniol] Cf. Erasmi ep. vol. I. p. 151. vers. 10. [19] jetzund] i. e. cum libellus scriberetur, non cum verteretur. [21] spitzf.] astutissimo. [41] hognūg A.

F. A. F. POETÆ REGII

LIBELLVS DE OBITV IVLII PONTIFICIS MAXIMI.

ANNO DOMINI M.D.XIII.

INTERLOCVTORES
IVLIVS GENIVS ET PETRVS.

Iulius II. P. M. Quid hoc mali est? non aperiuntur fores? Opinor aut mutatam aut certe turbatam seram. §. 1.

Genius. Quin potius vide, ne tu non attuleris clavem quam oportet: neque enim eadem aperitur hoc ostium, qua arca nummaria; atque adeo cur non utramque attulisti? nam ista quidem potentiæ clavis est, non scientiæ.

Iulius. Immo præter hanc nulla mihi unquam fuit, neque video quid opus sit illa, quum hæc adsit.

Genius. Nec ego sane, nisi quod interim excludimur.

Iulius. Effervescit mihi bilis, pulsabo fores: heus heus, aperite hoc actutum aliquis ostium. quid hoc rei est? nemo prodit? quid ita cessat hic ianitor? stertit opinor adprobe potus. §. 2.

Genius. Ut hic ex se metitur omnes.

Petrus. Bene est quod portam habemus adamantinam; alioqui fores hic quisquis est perfregisset. Gigantem aliquem aut satrapam, urbium eversorem adesse oportet. Sed o Deum immortalem, quam hic cloacam olfacio. non statim aperiam ostium, sed hinc e fenestella cancellata prospectans quid portenti sit cognoscam. Quis es? aut quid tibi vis?

Iulius. Quin tu fores aperis, quantum potes; quem si tuo fungi voluisses officio, obviam oportuit venisse, vel universa cælitum pompa. §. 3.

Petrus. Satis imperiose. at tu mihi prius exponito quisnam sis.

Iulius. Quasi vero ipse non videas.

Petrus. Videas? ego vero novum et hactenus non visum spectaculum video, ne dicam monstrum.

Iulius. At ni plane cæcus es, agnoscis opinor clavem hanc, siquidem argenteam, si quercum auream ignoras; et vides triplicem coronam, necnon undique gemmis et auro lucentem pallam.

Poete *1. Ubique ubi* e *pro* æ *habet 1., tacite cum sequentibus exemplis* æ *scripsimus, sed hæc quidem* cæter. cœl. fœn. *et similia scribere solita sunt, quod non sequor.* regii] *i. e. Galliarum regis Ludovici XII.* 9 numaria *2.3.8.* 10 huc attul. *2. cett.* 11 Imo *2.3.5.8.10.15. et sic plerumque in sqq.* mihi *ante* præter *2.3.8.* opus quid op9 *1.* 13 at nisi *3.8.11.* 15 Nemon *2.3.5.* Nemon' *8.* nemon' *11.* nemone *15.* 17 Genius *h. l. in sqq. sæpe ita ut Iulius non audiat, loquitur.* hic *omis. 1.10.15.* 18 est] habet *2. cett. omis. 15.* alioquin *3.8.11.15.* fores hic *omis. 1.5.15.* 20 oportet adesse *2.3.8.11.15.* cloacam] Cf. §§. 9. 18. 21 sed ne hinc *1.* sed hic *2. cett.* sed hinc e f. *10.* 23 quem *1.10.* Qui (*vel* qui) *2. cett.* 25 At *omis. 5.* 29 hanc, si quercum *2. et cett. omisso* siquidem argenteam, *quod est in 1. et 10.* Quercus aurea in Iulii, e gente Roboreorum prognati, insignibus est.

§.4. Petrus. Equidem argenteam clavem utcunque agnosco, licet et solam et multo dissimilem iis quas olim mihi verus ille pastor ecclesiæ tradidit Christus. porro coronam istam tam superbam qui quæso possim agnoscere, quam nec barbarus unquam tyrannus ausus est gestare, nedum is qui huc admitti postulet? nam palla ista nihil me movet, qui gemmas et aurum perinde ut rudera semper cal- 5
§.5. carim atque contempserim. Sed quid est hoc? video passim et in clavi et in corona et in palla notas sceleratissimi cauponis et impostoris, mei quidem prænominis, sed non instituti, Simonis, quem ego quondam Christi præsidio deieci.

Iulius. Mitte nugas istas, si sapis; nam ego, si nescis, sum Iulius ille Ligur, et agnoscis ni fallor duas literas P. M., nisi omnino litteras non didicisti. 10

Petrus. Significant opinor 'Pestem Maximam'.

Genius. Ha ha he, ut hic divinator rem acu tetigit.

Iulius. Immo 'Pontificem Maximum'.

§.6. Petrus. Ut ter maximus sis, ac magis etiam quam Mercurius ille Trismegistus, huc non recipieris, nisi fueris optimus, hoc est sanctus. 15

Iulius. Atque adeo si quid ad rem pertinet appellari sanctum, nimium impudens es, qui mihi cuncteris aperire fores, cum tu tot iam sæculis tantummodo Sanctus dicaris, me nullus unquam vocarit nisi Sanctissimum. extant sex millia bullarum.

Genius. Vere bullarum. 20

Iulius. In quibus non semel 'sanctissimus dominus' nominor, immo iam Sanctitatis nomine denotabar, non Sancti, ut quicquid mihi libuisset,

Genius. Vel temulento.

Iulius. id sanctitatem sanctissimi domini Iulii dicerent fecisse.

§.7. Petrus. Quin tu igitur ab istis adulatoribus cælum postulato, qui te san- 25
ctissimum fecerunt; et iidem tribuant felicitatem, qui dederunt sanctitatem. quanquam usque adeo nihil interesse censes, dicaris sanctus an sis?

Iulius. Irritor: si modo vivere licuisset, ego tibi istam nec sanctitatem inviderem, nec felicitatem.

Petrus. O vocem sanctissimæ mentis indicem! quanquam et alioqui ego te 30
iamdudum oculis totum collustrans multam impietatis, nullam in te sanctimo-
§.8. niæ notam animadverto: quid enim sibi vult novus iste comitatus, tam non pontificius? nam viginti ferme millia tecum adducis, nec ullum in tanta conspicio turba cui vel vultus sit christianus: video teterrimam hominum colluviem, nihil præter fornices, temetum ac pulverem bombardicum olentium. latrones condu- 35
ctitii mihi videntur, vel larvæ potius tartareæ, huc ab inferis emissæ, ut cælo

---

[1] solammet, et *10.* [2] mihi *post* ecclesiæ *habet 2. bis* mihi, *post* olim *et post* eccl. *3.8.* [5] quidem *post* palla *add. 2.3.8.11., non 1.5.10.15.* semper *omis. 15.* [6] contemserim. *10.* [7.8] prænom.] *Simon Petrus. de Simone Mago cf. Act. Apost.* VIII. 9. sqq. [10] literas, *sed tum* litteras *1.* non *1.5.10.15.* nullas *2.3.8. et cett. ceteri una* l *scribere solent præter 15.* [11] Significare *2. et cett.* Significarent *15.* [12] Ha ha ha *2. cett.* [14] τρισμέγιστος, ter maximus, *Mercurii Aegyptii adpellatio, quod summus philosophus, sacerdos et rex esset.* Trimegistus *3.11.* [17] fecul. *1.3.5.8.10.11. scribere solent.* [19] milia *recte et in sqq. etiam 2.3.8. Ex 1. retinui* ll, *ut 5.10.11.15.* [23] Vel *1.5.10.15.* Etiam *2. cett.* [25] celum *1. ceteri, etiam 10., solent* cœl. [26] felic. *1.5.10.11.15. ceteri* fœl. *et in sqq.* [28] uiuere modo *2.3.* uincere modo *8.11.* [30] ego te *omis. 1.* [36] eruisse *1.* (*ut solet* se pro sæ, *sed* ru *operarum errore pro* mi) *2.3. 5.8.10.11.15.* eruisse *habet etiam 2, sed* eripuisse *corrigendum esse in fine adnotatum est, et sic dederunt. Tolerabilius fuisset* erupisse *sed* emissæ *dubium non relinquit.*

bella moveant. Iam teipsum quo magis ac magis contemplor, hoc minus ullum §. 9.
video apostolici viri vestigium. principio quid hoc monstri est, quod cum superne sacerdotis ornatum geras, idem intus armis cruentatis totus horres crepasque? ad hæc quam truces oculi, quam contumax os, quam minax frons, quam elatum
5 et arrogans supercilium? nam pudet dicere, ac piget interim videre, nullam corporis partem non conspurcatam notis prodigiosæ et abominandæ libidinis. ut ne dicam, quod etiamnum totus et ructas et oles crapulam ac temetum, ac mihi quidem modo evomuisse videris. denique is est totius habitus corporis, ut non tam ætate morbisve quam crapula victus, marcidus ac fractus videaris.

10 Genius. Ut graphice hunc suis pinxit coloribus. §. 10.

Petrus. Tametsi video te iam dudum mihi supercilio minantem, tamen haud queo reticere quod sentio: suspicor pestilentissimum illum Iulium ethnicum ab inferis rediisse personatum, ut me rideat, adeo tibi cum illo conveniunt omnia.

15 Iulius. Ma di, si!

Petrus. Quid dixit?

Genius. Iratus est: ad hanc vocem nemo cardinalium non fugitabat, alioqui fustem illum sanctissimum sensurus, præsertim a convivio.

Petrus. Tu mihi videre probe callere sensum hominis: proinde dic mihi, §. 11.
20 quis es?

Genius. Ego sum magnus ille Iulii Genius.

Petrus. Immo malus, opinor.

Genius. Qualiscunque sum, Iulianus sum.

Iulius. Quin tu nugas istas missas facis, ac fores aperis, nisi mavis ef- §. 12.
25 fringi! Quid multis opus est? vides cuiusmodi ducam comites?

Petrus. Sane video latrones exercitatissimos. verum ne sis insciens, hæ fores tibi sunt aliis armis expugnandæ.

Iulius. Verborum inquam iam satis: ni propere pares, excommunicationis §. 13.
fulmen vel in te torquebo, quo summos aliquando reges ac adeo regna terrui;
30 bullam vides iam in hæc paratam?

Petrus. Quod malum fulmen, quod tonitru, quas bullas, quas ampullas mihi narras, obsecro? nam istorum nihil unquam audivimus a Christo.

Iulius. At senties, nisi pares.

Petrus. Si quos olim istis fumis territast, nihil ad hunc locum: non hic

---

[3] ornatus *et* cruentatus *1.* [5] nullam p. c.] *Cf. sq.* §. 10. [6] et *1. 5. 10.* ac *2. cett.* [8] uomuisse *præter 1. omnes.* corp. hab. *2. cett.* Denique *1. 5, 10. 15.* Vtique *ceteri.* [9] quietus *1.* [10] depinxit *præter 1. 10. omnes.* [12] *Iulium Cæsarem libidinosissime γυναιξίν, ὅσαις ἂν ἐθέλησε, συνεῖναι consuevisse eundemque cinædum pathicumque fuisse, pariterque comitiali morbo laborasse relatum est; ut sane præter nomen utrique Iulio multa communia fuerint. Et Oldoinus etiam expressis verbis rettulit,* 'Iulius appellari voluit, non quidem intuitu Iulii retro Pontificis Romani, et miti ingenio viri ac pacifici, sed Iulii Cæsaris ob virtutem bellicam præstantissimi ducis, quem et imitari egregius bellator quæsivit'. [14] ϑueniāt *1.* [15] Madifi *1. 5. 10.* Ma, di, fi *2.* Ma. di. si. *3. 11. 14.* Ma defi *8.* Madesi *15.* Ma..di..si.. *16. Inprecatio est sive pro* Mater dei, sì *sive μὰ Δία,* sì, *ut* sì *Italice sit* immo, utinam, sane. [18] Sanctissimi *2. et cett. præter 1. 10.* [23] Iulianus] *ad Iulium (II.) pertinens. Fortasse etiam ad Iulianum apostatam adludere voluit auctor.* Iulianus *etiam Iulius II. ante pontificatum acceptum fuerat.* [26] insciens *1. 5. 10. 15. ceteri* inscius. [29] ac *1. 10.* atqꝫ *2. cett.*

§.14. vi res agas oportet: benefactis, non maledictis hæc arx expugnatur. sed quæso te, tu mihi fulmen excommunicationis minitaris? dic quo iure?

Iulius. Optimo, quando iam privatus es, nec aliud quam quilibet plebeius sacerdos; immo ne sacerdos quidem, ut consecrandi impotens.

Petrus. Nempe quidem mortuus opinor. 5

Iulius. Videlicet.

Petrus. At ista quidem ratione nihilo mihi præstas plus quam mortuus.

Iulius. Immo quam diu cardinales de novo pontifice subrogando litigant, mea est administratio.

Genius. Ut adhuc vitæ somnia somniat! 10

§.15. Iulius. Sed iam aperi, inquam.

Petrus. Ni merita narras, inquam, nihil agis.

Iulius. Quæ merita?

Petrus. Dicam: excelluisti doctrina sacra?

Iulius. Minime; nec hoc vacabat tot occupato bellis; verum abunde satis 15 est fratrum, si quid hoc ad rem pertinet.

Petrus. Ergo vitæ sanctimonia multos Christo lucrifecisti?

Genius. Tartaro quam plurimos.

Petrus. Claruisti miraculis?

Iulius. Obsoleta loqueris. 20

Petrus. Pure orasti et assidue?

Iulius. Quas nugas hic gannit.

Petrus. Ieiuniis vigiliisque macerasti corpus?

§.16. Genius. Desine quæso, frustra hæc, apud hunc ne ludas operam.

Petrus. Ego alias egregii pontificis dotes non novi, si is magis aposto- 25 licas noverit, narret ipse.

Iulius. Quanquam indigna res est, Iulium illum omnibus ante hac invictum nunc Petro cedere, ut ne quid aliud dicam, piscatori, ac pæne mendico.

§.17. tamen uti cognoscas cuiusmodi contemnas principem, audi iam paucis: Principio Ligur sum, non, ut tu, Iudæus, cum quo mihi vel hoc esse commune doleo, 30 quod naviculator fuerim.

---

[1] hic vires *1.* hic ueris *2.3.5.8.11.* (*et sic etiam Curæus* dz du tugent übest, ist hie not.) vi res *10.15.* non hic vi res *recte 8.* [2] quefo *pro* quo *1.* quæso quo *2.* [3] plebeius es *1.5.10.15.* privatus es *2.3.8.11.* [4] *Cf. Act. Apost. X. 26. sqq. XV.* [5] quidem *1.10.15.* quia *2.3.5.8.11. cett. atque alii quidem* mortuus opinor. *ut 2.3.5. alii* mortuus, opinor. *ut 1.10.11.15. alii* mortuus opinor? *ut 8.* [6] Vide licet *5.* [23] Ieiuniis quoque *2.3.8.11.* quoque *non hab. 1.5.10.15.* mac. c.] *sic 1.5.10.15.* corp. emacerasti? *cett.* [25] is habet m. a., narret *2.3.5.8.11.15. nobiscum faciunt 1.10.* [28] pæne] *in hoc quoque vocabulo* e *in* æ *transferre mihi permist.* [30] Ligur] *natus a.* 1443. *in villa Albiciola prope Savonam, Ligustici maris oppidum.* tecum esse *2.3.8.11.* [31] ianiculator *3.8.* naviculator] *De Iulio naviculatore narrant etiam alii, ut Erasmus:* „'A remo ad tribunal' dici solitum, ubi quis repente ab infima conditione provehitur ad honesti muneris administrationem. id quod haud scio an ulli contigerit felicius quam Iulio secundo: nam fama est hunc iuvenem ad stipem scalmum remo subigere solitum, et tamen a remulco non solum ad tribunal, verum etiam ad summum illud rerum humanarum culmen evectus est; nec contentus hoc fastigio pontificiæ ditionis pomœria multum protulit, longius etiam producturus, si per mortis inclementiam vitam illi producere licuisset". *et Hadrianus Iunius* 'A scapha in triumphalem quadrigam' ... apud Synes. in epp. de Andronico ... efferri potest

Genius. Nihil est quod graviter feras, nam hic quoque permultum interest, quod is victus parandi gratia piscabatur, tu ad stipem exiguam scalmum remis subigebas.

Iulius. Deinde Sixti Pontificis vere maximi

5 Genius. De vitiis sentit.

Iulius. e sorore nepos. huius singulari favore meaque industria primum §. 18.
ad ecclesiasticas opes, deinde per gradus ad cardinalitii galeri fastigium sum evectus; post multis fortunæ procellis exercitus, ac durissimis casibus sursum iactatus ac deorsum, ac præter alios morbos comitiali quoque obnoxius, deni-
10 que scabie quoque, quam gallicam vocant, totus opertus. ad hoc exul, invisus, damnatus, omnibus abiectus ac pæne deploratus: tamen ipse de summo §. 19.
pontificio spem nunquam abieci: ea erat animi fortitudo: quum tu mulierculæ voce territus statim cesseris, tibi mulier animum ademerat, mihi mulier quædam fatidica sive sortilega fidutiam hanc addiderat, quæ quondam tot merso
15 malis clam insusurravit in aurem 'Perdura, Iuliane, nihil te pigeat vel facere vel pati; olim triplici corona decoraberis, eris rex regum et dominus dominantium'. neque vero me fefellit vel mea spes, vel illius vaticinium: huc quoque præter omnem spem sum eluctatus, partim ope Gallorum, qui reiectum foverunt, partim inæstimabili vi pecuniarum, multo conflata fenore; nec id abs-
20 que ingenio tamen meo,

Petrus. Quod tu ingenium narras? §. 20.

---

de quovis e fæce hominum ad magnas opes dignitatesque provecto, quemadmodum Iulius Ligur post sedentariam operam in ducendo scalmo diu navatam Sixti pontificis beneficio insignibus ecclesiasticorum honorum ornatus tandem ad pontificatum maximum emersit". *Et Bælius* (*voc.* Iules II.) *qui hos etiam locos procul dubio ex Andreliniano sumptos exhibuit, hæc adiecit:* „Le Bandel assûre que Iules II. se vantoit lui-même d'avoir conduit un petit bateau: 'Giulio secondo Pontefice, anchorche di bassissima gente fosse disceso, e non si vergognasse spesse fiate dire che egli da Arbizuola, villa del Savonese, havesse con una barchetta più volte, quando era garzone, menato de le cipolle à vendere à Genova, fù nondimeno huomo di grandissimo ingegno, e di molto elevato spirito'. *Cetera quoque de Iulii vita rebusque gestis et criminibus pontificis hoc dialogo exposita, quamvis infensis coloribus picta, minime tamen ficta sunt, et Hutteni etiam epigrammatis, epistula ad Leonem X. (vol. I. p.* 155. *sqq.) aliisque et aliorum etiam scriptis multis confirmantur.* aliquando fuerim *2.3.5.8.11.15.*

[2] is] hic *2. cett.* [5] viciis *2.* [6] e sorore nepos] *Immo Iulianus de Ruvere (dei Roveri) Raphaele Sixti PP. IIII. fratre genitus est. Cf. adnot. ad sq. v.* 7. *et ad* §§. 17. 33. [7] ad eccl. opes] *explicantur in Vit. pontiff. Ciaccon. et Oldoin. tom. III. col.* 42. *(Rom.* 1677. *fol.)* ad card. ... evectus] *d.* 15. *Dec. a.* 1471. *prima creatione a Sixto IIII. facta, cum Petro Riario, papæ ex sorore nepote.* [9] comit.] *cf. supra ad* §. 10. [10] hoc] hæc *2.3.5.8.11.* [12] quum *h. l. etiam 1.* (non *10.*) *habet; alias non nisi* cum, *ubi* quum *2. et cett.* tu] *Cf. Act. Apost.* X. 13. *sqq.* XI. 7. *sqq.* [14] fiduciam *2.3.5.8.10.11.15.* [16] triplici *om. 1.10.* [18] omnem *1.10.* omnium *2.3.5.8.11.15.* [19] non absq; multo *2.3.5.8.11.* fenore *ex 1. retinui,* fœnore *cett.* [20] meo *omis. 2.3.5.8.11.* [21] tu *omis. 2.3.5.8.11.15.* §§. 20. sqq.] *Ex Ciacconio transcribimus hæc Petri Bizarri verba:* 'Fuit Iulius ... incredibili quadam ambitione flagrans, cuius animus multarum quidem rerum, ut verum fateamur, capax nunquam ulla potentia vel gloria potuit exsatiari, et qui potius ad belli quam pacis artes tuendas et obeundas natus esse

Iulius. hoc est non absque promissis ex pacto sacerdotiis, atque in hoc repertis arte fideiussoribus: aliquandoquidem tam ingentem pecuniam vix Crassus ipse præsentem totam numerasset. Verum hæc frustra tibi narro, quæ nec omnes intelligunt mensarii: habes quomodo pervenerim: Iam in pontificatu me ita gessi, ut nemo sit non dicam priscorum illorum pontificum, qui solo titulo mihi videntur esse pontifices, sed nec recentiorum, cui tantum ecclesia, tantum Christus ipse debeat, quantum mihi:

§. 21. Genius. Ut Thrasonem agit belua!

Petrus. Expecto quorsum evadas.

Iulius. nam multis officiis (sic enim vocant) novis repertis non mediocriter auxi fiscum pontificium. tum rationem inveni, ut citra simoniæ vitium episcopatus emerentur: nimirum constitutum est a maioribus meis, ut cui contigerit episcopatus, is deponat officium: id ita sum interpretatus, 'deponere iuberis; at non deponitur quod non habes; emendum igitur quod deponas': hac arte singuli episcopatus sena statim aut septena ducatorum millia adfere-
§. 22. bant, præter illa quæ ex more pro bullis extorquentur. Quin ex nova moneta, qua totam explevi Italiam, non exiguum emolumentum conflavi; nec ulla cessavi parte in accumulandis pecuniis: nimirum intelligens absque iis nihil recte geri,
§. 23. neque sacrum neque profanum. Et ut ad maiora veniam, Bononiam a Bentivolis occupatam Romanæ sedi restitui, Venetos ante invictos omnibus Marte contudi; Ferrariæ ducem diu male vexatum bello prope modum in nassam illexeram; conciliabulum schismaticum simulato contra concilio feliciter elusi, et clavum, quod dici solet, clavo pepuli. postremo Gallos, tunc orbi formidabiles universo, ex universa Italia deturbavi, deturbaturus et Hispanos (nam huc ibam)
§. 24. nisi me fata terris eripuissent. Atque hic quoque quam invictum præstiterim animum, vide: Gallis superioribus latebras circumspectare cœpi; canam alebam barbam, rebus propemodum in desperationem adductis, cum repente nuntius affertur aureus, apud Ravennam aliquot Gallorum millia trucidata: ibi revixit

---

videretur. nam si tantum operæ acuendis regibus ad bellum in Turcam decernendum, quantum ad imperia et respublicas conturbandas et inquietandas contulisset, nemini dubium esse potest, quin respublica Christiana eius præsidiis subnixa meliore loco et conditione diutius suo tempore stetisset ac floruisset'. [2] ex arte *2.3.8.11.* aliq.] quandoquidem *2.3.5.8.11.15.* [9] præsentem] p̄ſertim *1.* præsertim *10.* hoc *3.8.11.* nec *1.5.10,* ne quidem *2,* ne *3.11.* [4] intelligant *2.3.11.* quum me omnes intelligant mensarii *8.* [5-6] ita me *2.3.5.8.11.* [6] esse] fuisse *2.3.5.8.11.15.* [8] Thraso, *insolentissime gloriosus miles in Terentii Eunucho.* [10] officiis] *muneribus dignitatibusve ecclesiasticis.* [11] vicium *3.5.11.* [16] Quin *1.10.* Tum *2.3.5.8.11.15.* [18] iis *1.10.* his *2.3.5.8.11.15.* [19] *Ioann. Bentivolium Bononiæ dynasten, 'cum uxore et filiis urbe expulsum exsulatum Bussetum, Parmensis agri oppidum, abire coegit, eiusque eximiæ structuræ domum furenti populo excindendam obiecit.'' Onuphr. Panvin. in vit. Iulii II.* [20] Venetos] *pugna ad* Ghiara d'Adda *commissa, d.* 18. *Apr. a.* 1509. [21] Ferr. duc.] *Alfonsum Estensem.* [22] conciliabulum] Pisanum, ad quod, ad kal. Sept. a. 1510. futurum, ipse pontifex citatus fuerat. scismaticum *1.* scism. *ubique 1.3.* consilio *1. Lateranensi V.* fœliciter *2.8. sed* fel. *1.3.5.10.11.15. et sic in sqq.* [23] *ἦλος τὸν ἦλον, πάτταλος τὸν πάτταλον.* Diogenian. V. 16. et alii. [27] nuncius *2.3.5.8.10.11.* [28] apud Ravennam] *die paschatis a.* 1512. *XX milia hominum, æquo fere ex utraque parte numero, cum CL Francogallicis nobilibus et ipso exercitus duce Gastone de Foix cæsi sunt.*

Iulius: ad hoc triduum ferme pro mortuo habebar, etiam mihi: atque hic quo- §. 25.
que rursum præter omnium atque adeo meam etiam spem revixi. tantum igitur valet mea vel authoritas vel astutia, ut hodie nemo sit regum Christianorum, quem non ad arma concitaverim, ruptis, discissis, discussis fœderibus
5 quibus inter se fuerant arctissime conciliati; proximo quoque fœdere, quod Cameraci inter me et Gallorum et Romanorum Regem aliosque coierat principes, ita abolito, ut eius ne mentio quidem unquam sit facta. Super hæc §. 26.
omnia, cum tantum aluerim exercitum, tot splendidissimos triumphos adornarim, tot exhibuerim ludos, tot locis ædificaverim, tamen moriens reliqui quin-
10 quagies centena millia ducatorum, maiora gesturus, si Iudæus ille medicus, qui diu mihi vitam arte sua prorogarat, amplius proferre potuisset. Atque utinam nunc quoque Magus aliquis me in vitam restituat, quo egregiis cœptis meis colophonem liceat imponere, tametsi id moriens sedulo curavi, ne bella per me toto orbe concitata componerentur, dedique operam, ut pecuniæ in eum
15 dumtaxat usum essent incolumes: hæc erat suprema vox animam exhalantis. Nunc sic de Christo, sic de ecclesia merito pontifici gravare cæli fores aperire? §. 27.
Atque hæc magis mirabitur qui perpendet me hoc solum animi virtute perpetrasse, nullis aliis adiutum adminiculis, quibus alii fere solent, non natalibus, cum ne ipse patrem noverim, quod quidem ad gloriam meam dixerim; non
20 forma, cum larvalem faciem omnes horruerint; non literis, quas nunquam attigi; non corporis viribus, quod mihi tale quidem contigit quale superius descripsi; non ætatis favore, senex hæc gessi: non popularitate, nam nemo non oderat; non clementia, qui adeo fuerim inexorabilis, ut in eos quoque sævierim, quibus alii solent omnia permittere;
25 Petrus. Quid hoc rei est? §. 28.

Genius. Hoc tametsi durum videtur, molle quiddam est.

Iulius. sed reluctante fortuna, ætate, corpore, breviter diis atque hominibus, solo tamen meo fretus ingenio et pecuniis hæc tam paucis annis gessi, tanta relicta materia posteris, ut sit quod agant vel in decimum annum.
30 Hæc de meipso verissime quidem, sed modestissime dixi; quæ si quis eorum

---

[1] Ad hæc *2.3.5.8.11.15.* per triduum *2.3.8.11.* habebat *1. Iam fugam navigio Ostiæ præparato adornarat Iulius.* [3] autor. *ubique 2.5.8. sed* auth. *1.3.10.11.* auct. *15.* [4] f. omnibus, quibus *2.3.5.8.11.* [5] fuerunt *15.* fuerunt exactissime *2.3. 8.11.* actissime *5.* [6] Cameraci] *Liga von Cambray (Kammerich). Cf. vol.* I. *p.* 115. *ad v.* 64. Ro. *1.3.* Rom. *2.8.* [9] ædificav.] *inter multa alia Bramantis opera templum S. Petri et Mich. Angeli Bonarotæ opera marmoreum mausolæum in æde S. Petri ad vincula, quod depictum etiam extat in Ciaccon. tom. III.* moriens] *d.* 21. *Febr. a.* 1513. [10] Iudeus *1.5.* An Iohannes de Vigo? *Cf. quæ ex Naudæo rettulit Bœlius in Iulio II. not. R.* [13] colophonem imponere] *κολοφῶνα ἐπιτιθέναι, proverbium de re optime finita, a Colophoniis equitibus victorias semper referentibus deductum. Strab.* XIV. *p.* 643. [14] toto orbe *omis. 1.* [16] Nunc et sic *2.3.5.8.11.* Cristo *3.* Christi *3.5.8. 11.15.* sic *omis. 3.8.11.15.* coli *1.* cæli *2.* [17] admirabitur *2.3.5.8.11.* perpenderit me hæc sola *2.3.5.8.11.15.* [19] quum *2.3.5.8.11.15. et sic in sqq.* ne ... noverim] *Cf. supra ad* §. 17. *adnot. et infra* §§. 32. 35. norim *2.3.5.8.11.15.* [20] exhorruerint *2.3.5.8.11.15.* [21] quidem *omis. 2.3.5.8.11.15.* contingit *8.* [26] Gen. Hoc ... quiddam est. *non habent 1.10.* [28] tamen animo fretus meo et *2.3.8. 11.15.* tamen a. meo fr. et *5.* tam *1.10.* tanta *2. et cett., vocabulum omis. 15.* [30] quis] ꝗd *3.*

qui Romæ solebant apud me dicere, suis phaleris exornasset, deum audires, non hominem.

§. 29. Petrus. Invictissime bellator, quoniam mihi nova et inaudita sunt omnia quæ narras, quæso veniam hanc meo des vel stupori vel imperitiæ, ne molestum sit crassius de singulis percunctanti respondere: qui sunt isti candidi comatulique?

Iulius. Hos quidem animi causa alebam.

Petrus. Qui nigri isti et cicatricosi?

Iulius. Milites sunt ac duces, qui mea et ecclesiæ causa fortiter in bello mortem oppetierunt, partim expugnanda Bononia, complures in prælio adversus Venetos, plerique apud Ravennam; quibus omnibus vel ex pacto indulgentiarum debetur cælum, siquidem iampridem magnis bullis sum pollicitus recta in cælum evolaturos quicunque Iulii auspiciis pugnarent, etiam quæcunque vita præcessisset.

§. 30. Petrus. Proinde quantum coniectura consequor, ex istis erant qui mihi sæpius ante tuum adventum molesti fuerunt, cum huc tamen non vi conarentur irrumpere, plumbeas quasdam bullas ostentantes.

Iulius. Ergo non admisisti, quantum audio?

Petrus. Ego ne unum quidem istius sane generis: non ita me docuit Christus, has fores aperiundas his qui plumbo graves adducunt bullas, sed qui nudos vestierunt, esurientes paverunt, sitientibus potum dederunt, captivos inviserunt, peregrinos collegerunt. etenim si eos quoque voluit excludere qui in nomine suo prophetarunt, qui dæmonia eiecerunt, qui signa fecerunt, tu censes admittendos qui tantummodo huc bullam afferunt, Iulii nomine?

Iulius. Quid si scissem?

Petrus. Si quis ab inferis reversus ea tibi nuntiasset, bellum indixisses mihi?

Iulius. Quin et excommunicassem.

Petrus. Sed perge, cur armatus ipse?

§. 31. Iulius. Quasi nescias summo pontifici utrumque esse gladium; aut nisi velis bellare nudum.

Petrus. Ego sane cum istum tenerem locum, nullum novi gladium nisi gladium spiritus, quod est verbum dei.

Iulius. At non idem prædicat Malchus, cuius auriculam absque gladio credo amputasti.

Petrus. Memini et agnosco, sed tunc pro magistro Christo pugnabam, non pro me, pro vita domini, non pro nummis aut ditione sæculari: tunc pugnabam nondum pontifex, promissis dumtaxat clavibus, nondum acceptis, non-

---

[1] solent *2.3.8.11.* [6] cōmatuliq; *1.* [8] Qui] Quid *2.* [10] in *omis. 1.* [11] plœriq; *5.* [11-12] indulgentiarum *1.10. omis. 2.3.5.8.11.15.* [13] auspitiis *5.* [16] cum *1.10.* dum *2.3.5.8.11.15.* tamen *1.10.* tantum *2.3.5.8.11.15.* tamen *i. e. non vi, ut tu.* [19] Ego ne? ne un. *2.3.5.8.11.15.* sane *om. 1.* non *1.10.* Nam *2.3.5.8. 11.15. sed posito* non *ante sq.* his, qui [20] aperiendas *2.3.5.8.11.15.* huc adducunt *2.3.5.8,11.15.* [22] eos q̊; voluit excludere eos *1.* excludi *2.3.5.8.11.15.* [23] prophetarint, eiecerint *et* fecerint *2.3.5.8.11.15.* [24] afferunt bullam *2.3.8.11.* bullam huc aff. *5.15.* [26] Intelligo, si quis *2.3.5.8.11.15.* nunciasset, *2.3.8.10.11.* renunciasset *5.* renuntiasset *15.* [34] Malchus] *Cf. Ioann.* XVIII. 10. gladio amputasti credo *2.3.5.8.11.15.* [37] numis *2.3.8.* tunc] Et *2.3.5.8.11.* [38] nond.] non *15.*

dum accepto spiritu sancto; et tamen iussus sum recondere et palam admonitus hoc pugnæ genus non convenire sacerdotibus, immo ne Christianis quidem. verum hæc alias. Cur te tam accurate Ligurem esse prædicas, quasi quicquam §.32.
hoc ad Christi vicarium pertineat, qua gente sit oriundus?

5 Iulius. Immo summam existimo pietatem, gentem nostram nobilitare: proinde titulum hunc numismatis, statuis, fornicibus ac parietibus omnibus inscribo.

Petrus. Ergo patriam novit qui patrem non novit? At ego initio putabam te de cælesti Hierusalem, credentium patria, loqui, deque illius unico
10 principe, cuius optant illi sanctificari, hoc est illustrari numine. Sed cur addis §.33.
'Sixti ex sorore nepotem'? quem quidem hominem demiror nunquam huc accessisse, præsertim cum et summus fuerit pontifex, et tibi tanto duci cognatus. quare dic obsecro, quid hominis fuit? sacerdos ne?

Iulius. Immo miles egregius; tum eximiæ religionis, nempe Franciscanæ.

15 Petrus. Equidem Franciscum vidi quendam virum inter laicos optimum, §.34
opum, voluptatis, ambitionis summum contemptorem. an pauperculus ille tales nunc habet satrapas?

Iulius. Quantum video, nolis quempiam ad meliora proficere: pauper erat et Benedictus, tamen huius posteri nunc adeo divites sunt, ut nos etiam illis
20 invideamus.

Petrus. Pulchre, sed ad rem redito, de Sixti nepote. §.35.

Iulius. Consulto hoc feci, nempe ut obturem os illis, qui me ex illo prognatum affirmant, nimium libere.

Petrus. Libere, sed num et vere?

25 Iulius. Atqui non est istud e pontificia dignitate, cuius ubique habenda est ratio.

Petrus. At ipsa sui rationem ita demum rectissime videtur habitura, si nihil admittat quod iure possit opprobrari. Sed per pontificiam maiestatem dic §.36.
mihi bona fide, est ne iam ista via vulgaris ac solennis ad summum pontificium
30 perveniendi, quam modo depingebas?

Iulius. Aliquot iam sæcula haud fuit alia, nisi forte qui mihi successurus est, alia creabitur via: nam ipse summum assequutus pontificium statim cerea formidabili bulla cavi, ne quis simili ratione [ad eum honorem] penetraret; eam bullam et paulo ante mortem renovavi; quantum sit valitura, vide-
35 rint alii.

---

[1] ut palam admonerer. 2. ut p. admoneret *3.5.8.11.15.* [3] Cur tam acc. te Lig. *2.3.5.8.11.15.* [5] nostram *1.10.* meam *2.3.5.8.11.15.* [8] patrem n.n.] *Cf. supra* §§.5.17. 27.32. [10] numine *1.5.10.15.* nomen *2.3.8.11.* [11] ex sor.nep.] *Cf. supra* §§.*citt.* [13] Francisc.] *Assisiatem puto, Franciscanorum ordinis conditorem,* † 1226. quendam *1.10.* quondam *2.3.5.8.11.15.* [18] Tu, quantum *2.3.8.11.* quenquam *alii.* [19] benedictus *1.* Benedictus Nursinus Umber, Benedictinorum heros, † a. 543. tamen ... sunt *1.10.* cum ... sint *2.3.5.8.11.15.* [21] Pulchre, scilicet 2. sed *1.3.5.8. 10.11.15.* [22] hoc feci *1.10.* id facio *2.3.5.8.11.15.* nempe *1.10.* nimirum *2.3.5. 8.11.15.* obdurem *5.15.* [23] prognatum *1.5.8.10.11.15.* propugnatum *2.3.* [24] sed] *iterum ex male resoluta sigla* scilicet 2. num et *omis. 15.* sed quid num uere? *5.* [27] mihi videtur *2.3.5.8.11.15.* [28] qui quod 2. Sed obtestor per *2.3.5.8.11.15.* [29] ista iam *2.3.5.8.11.15.* [31] secula *1.10.* sæculis *2.15.* seculis *3.5.8.11. suo more.* [32] assecutus *2.3.5.8.11.15.* [33] cerea] certa *1.10.* ædita *2.3.5.8.11.* edita *15.* ad eum honorem *omis. 1.10.*

§.37. Petrus. Opinor neminem rectius id malum describere potuisse, sed illud miror, quemquam inveniri qui munus hoc velit suscipere, præsertim cum tot occupationibus sit obnoxium, et tanto negotio ad id sit eluctandum. nam me pontifice vix quisquam vi poterat adigi, ut presbyteri aut diaconi susciperet honorem. 5

§.38. Iulius. Neque mirum adeo, nam illis temporibus status episcoporum et presbyterorum nihil aliud erat quam labores, vigiliæ, ieiunia, doctrina, sæpenumero mors; nunc regnum est ac tyrannis: et quis pro regno si spes sit, non dimicet?

§.39. Petrus. Sed age, quid Bononia? num a fide desciverat, ut fuerit sedi 10 Romanæ restituenda?

Iulius. Bona verba, non hoc agebatur.

Petrus. Fortasse Bentivolo male administrante marcebat respublica.

Iulius. Immo maxime florebat, at civitas ea multis ædificiis aucta est et illustrata, et eam ob rem impensius inhiabam. 15

Petrus. Intelligo, præter ius igitur invaserat?

Iulius. Ne hoc quidem, ex pacto possidebat.

Petrus. Cives ergo non ferebant eum principem?

Iulius. Immo mordicus illum tenebant, me aversabantur universi ferme.

Petrus. Quid igitur causæ? 20

§.40. Iulius. Nempe quod ille sic administrabat, ut ex immensa pecunia, quam a civitate collegerat, vix paucula illius ad nostrum redirent fiscum. præterea sic expediebat ad id quod tum agitabam animo: itaque Gallis operam navantibus, et nonnullis meo fulmine territis, profligatis Bentivolis cardinales et episcopos urbi præfeci, ut nulla pars emolumentorum non rediret ad usum Ro- 25

§.41. manæ ecclesiæ. Ad hæc titulus et imperii dignitas illis esse videbatur; nunc undique nostræ visuntur statuæ, nostri leguntur tituli, nostra adorantur trophæa; iam passim Iulius æneus stat et saxeus. denique si spectasses quam regali triumpho Bononiam sum ingressus, fortasse contemneres omnes Octaviorum ac Scipionum triumphos, et intelligeres me non absque causa tam stre- 30 nue pro Bononia dimicasse, vereque spectasses eodem tempore et militantem et triumphantem ecclesiam.

Petrus. Ergo te regnante, quantum audio, contigit illud, orare quod

§.42. nos iusserat Christus, 'Adveniat regnum tuum'. Iam vero Veneti quid admiserant? 35

Iulius. Primum græcissabant, ac me propemodum pro deliramento habebant, nihil non convitiorum in me iacientes.

---

[3] negotio *1.11.15.* negocio *2. cett. etiam 10.* sit (ut audio) obn. *2.3.5.8.11.15.* [6] status *1.5.10.15.* census *2.3.8.11.* [7] presbyterorum (prbrũ) *feci ex* patrũ *1.5.10.15.* præmium *2.3.8.11.* [8] Cf. §. 48. [14] Imo m. florebat ea ciuitas m. æd. a. et ill. *2.3.5.8. 11.15.* [19] auers. fere uniuersi. *2.3.8.11.* ferme universi. *5.15.* [22] civitate *1.10.* ciuibus *2.3.5.8.11.15.* colligebat *2.3.8.11.* illius *1.10.* millia *2.3.5.11.15.* milia *8.* [23] tum temporis ag. *2.3.8.11.* [24] profligato Bentiuolo *2.3.5.8.11.* [25] usus Ecclesiæ Romanæ. *2.3.5.8.11.15.* [26] dignitas ante penes illum *2.3.5.8.11.15.* [27-28] torphæa *15.* [28] ideo *1.10.* Iam *2.* iam *3.5.8.11.15.* passim & Iulius saxeus stat & æneus *2.3.5.8.11.15.* [29] sim *2.3.5.8.11.15.* [30] intellgeres *1.* [33] audio *1.10.* intelligo *2.3.5.8.11.15.* quod orare nos *2.3.8.11.15.* quod nos or. *5.* [31] Adveniat] *Matth.* VI. 10. *Luc.* XI. 2. [36] deliramento *1.10.15.* delectamento *2.3.5.8.11.* [37] conuiciorum *2.3.8.11.*

Petrus. Verorum an falsorum?

Iulius. Quid refert? sacrilegium est de Romano pontifice vel mutire, nisi in laudem. denique sacerdotia suo conferebant arbitratu, nullas lites huc transferri patiebantur, nullas iam mercabantur dispensationes. quid multis opus
5 est? intolerabili iactura Romanam sedem affligebant, quippe qui non exiguam insuper patrimonii tui partem occuparant.

Petrus. Mei patrimonii? quod obsecro mihi narras patrimonium, qui re- §. 13.
lictis omnibus nudum Christum nudus sum sequutus?

Iulius. Aliquot inquam oppida sedi Romanæ debita: sic enim peculiarem
10 illam possessionum suarum partem sanctissimis patribus placuit appellare.

Petrus. Mea quidem infamia probe vestris lucris consulitis. Hanc igitur appellas iacturam intolerabilem?

Iulius. Quid ni?

Petrus. Verum corrupti mores, refrixerat pietas?

15 Iulius. Apage, de nugis agis: immo detrahebantur nobis infinita ducatorum millia, quotque vel legioni militum alendæ sufficiebant.

Petrus. Magna sane iactura feneratori. At Ferrariensis ille quid tandem §. 14.
designarat?

Iulius. Quid ille homo hominum omnium ingratissimus? huic honorem
20 eum habuerat ille Christi vicarius Alexander, ut alteram filiam illi daret uxorem; addidit dotis nomine luculentissimam ditionem, homini alioqui ignobili; tamen immemor tantæ humanitatis semper oblatrabat mihi, simoniacum, pæderasten ac ægrotæ mentis hominem dictitans; et insuper vectigalia nonnulla vendicabat, non illa quidem maxima, tamen haudquaquam aspernanda diligenti pastori.

25 Genius. Immo negociatori.

Iulius. Ad hæc, quod verius ad rem pertinet, expediebat hoc ad id quod §. 15.
parabam, hæc imperii mei ditioni copulari, propter situs opportunitatem. proinde conatus sum hoc deturbato ditionem eam cognato meo conferre, viro strenuo et quidvis pro dignitate ecclesiæ ausuro, ut qui nuper suapte manu
30 cardinalem Papiensem in nostram gratiam confoderit: nam filiæ maritus sua sorte contentus est.

---

[4] nullas commercabantur *2.3.8.* nullas commerebantur *11.* [5] intollerabili *2.3.11.* [6] occuparent. *2.3.8.11.* [8] secutus *2.3.5.8.10.11.15.* [12] intollerabilem? *2.3.5.8.11.* [14] Verum erant *2.3.5.8.11.15.* [16] quot *2.3.8.11.* quod *5.15.* sufficiunt *2.3.8.11.* [17] feneratori. *1.* fœneratori *2.3.5.8.11.* fæn. *15.* [19] omnium hominum *2.3.5.8.11.15.* ingratiss.] *scil. Gallorum partibus favens.* Hunc *3.8.11.* [20] Alexander] *VI. Lucretiam filiam post tres alios quos habuerat maritos Alfonso Estensi, apud quem turpem vitam exspiravit, uxorem locaverat.* [21] iuculētiſſimam *1.* ignobili *1.* ignauo *2.3.5.8.11.15.* [22] Simoniam *3.8.11.* [23] ægrotæ *restitui.* egrote *in 1. fuisse videtur, sed in exemplo meo correctum est* emote, *et ceteri, etiam 10., habent* emotæ; *3. 8. 11. habent* commotæ uindicabat *2.3.8.11.15.* [26] et hoc *2.3.8.11.* [27] hec *1.* hæc *10.* Hoc *2.3.11.* hoc *5.8.15.* mei *1.10.* , nostræ *2.3.5. 8 11.15.* oportunitatem *2.* [28] meo cognato *2.3.5.8.11.* cognato] *Francisco Mariæ Feltrio, Urbinatium duci, gentis Roboreæ. Is Franciscum Alidosium, Papiensis cardinalis cognomine, Bononiæ præfectum legatum, cum huius urbis amissæ culpam in illum reiceret, inermem mula vehentem mucrone trucidavit, d.* 24. *Mai. a.* 1511. *Videsis Alidosii vit. in Ciaccon. tom. III., p.* 257. *sqq.* [29] strennuo *2.3.* [30] pāpiēſem *1.* Pampiensem *10.* nostram *1.10.* meam *2.3.5.8.11.15.* filiæ] *Felicis, Ioanni Iordano Ursino in matrimonium conlocatæ.*

§. 46. Petrus. Quid audio? uxores et liberos habent summi pontifices?

Iulius. Uxores quidem non habent, liberos autem eos habere quid monstri est, qui viri sunt, non eunuchi?

§. 47. Petrus. Sed quæ tandem res coegerat schismaticum conciliabulum?

Iulius. Perlongum fuerit rem a prima repetere orgine; dicam summatim: iam quosdam tædere cœperat Romanæ curiæ; aiebant turpi quæstu, prodigiosis ac nefandis libidinibus, veneficiis, sacrilegiis, cædibus, simoniacis nundinis inquinata esse omnia; meipsum aiebant simoniacum, temulentum, spurcum, mundano turgidum spiritu, et omnibus modis eum qui locum illum indignus cum summa Christianæ reipublicæ pernicie occuparem: itaque generali concilio §. 48. succurrendum esse rebus afflictis. addebant adiuratum me, ut post acceptum honorem intra biennium generale concilium indicerem, hac lege creatum pontificem.

Petrus. Atque id vere dictum?

Iulius. Immo et factum. at ipse me ab eo iureiurando, cum visum est, absolvi: quis autem dubitet vel quidvis deierare, cum de regno agitur? in aliis §. 49. colenda pietas, ut eleganter ille Iulius dixit alter ego. Sed audaciam hominum specta, vide quorsum evadant: desciscunt novem cardinales, denuntiant mihi concilium, invitant, orant ut præsideam; cum non impetrant, indicunt universis, authore Maximiliano tanquam imperatore (quod historiæ testantur olim ab imperatoribus Romanis concilium indici solere), authore item Gallorum Rege Lodovico eius nominis duodecimo, horresco referens, ac tunicam illam Christi inconsutilem conantur discindere, quam hi quoque reliquerunt integram qui Christum crucifixerunt.

§. 50. Petrus. Eras huiusmodi qualem illi prædicabant?

Iulius. Quid ad rem? summum etiam pontificem finge vel Cercopibus sce-

---

[1] et *1.10.15.* ac *2.3.5.8.11.* [2] Suas quidem ux. *2.3.5.8.11.15.* eos *1.5.10.15. omis. 2.3.8.11.* [3] cum sint viri *2.3.5.8.11.15.* [4] coegerat *1.10.* excitarat *2.3.5.8.11.* ſcifmaticum *1.* Illud conc. *2.3.5.8.11.15.* [6] undique inq. *2.3.8.11.* [9] et] ac *2.3.5.8. 11.15.* mod. omn. *alii.* [10] reipublicæ Chr. *2.3.5.8.11.15.* confilio *1.* [11] incurrendum *1.* succurrendum *cet.* [14] et *omis. 2.3.8.11.* [16] dixit Iulius (Cæsar *add. 8.*), alter *2.3.11.15. In 8. etiam hæc glossa sequitur* „Si leges, inquit, confringere phas est, certe tum maxime est, quum regnare concupieris." *Cic. de off. III.* 21,82. „*Nam si violandum est ius, regnandi gratia | Violandum est, aliis rebus pietatem colas*". [17] Cardinales nouem, denunciant (denunt. *15.*) *2.3.5.8.11.15.* „*Nam quum aliquot Cardinalium animos a debita Pontificis fide pecuniis et pollicitationibus Gallus [Ludovicus XII.] subduxisset, qui egrediente Romam Iulio Pisas continuo sunt profecti, generalis Christianorum conventus Imperatoris, Ludovici et Cardinalium nomine indicitur, missisque per orbem terrarum literis Iulius Pontifex ad dicendam causam vocatur. Huius conciliabuli auctores fuere Bernardinus Caravaial Hispanus ... et Guillelmus Brissoneta Gallus ... Cardinales, Franciscus Borgia Hispanus .. et .. Reginaldus de Bria Gallus .., Federicus Sanseverinas .. Cardinalis: Pontifex nihil cunctatus eos omni dignitate titulisque privatos, Galliæ regem Ludovicum, omnes etiam facinoris tanti et sacrilegii fautores, hæreticos ac schismaticos interdicto per totam Galliam rerum sacrarum usu pronunciavit*". *Ciaccon. Vit. Pontiff. III.* p. 227. *Cf. infra* §. 82. [18] inducũt *1.* inducunt *10.* [21] Lodouico *1.3.8.* Ludouico *2.3.5.10.11.15.* [22] hi *1.10.* ii *2.3.5.8.11. Cf. Evang. sec. Ioann.* XIX. 23. 24. [23] Christum *omis. 3.8.11.* crucifixerant *3.8.11.* [24] Sed eras istiusmodi *2.3.8.11.* Eras homini, q. i. p., similis? *10.* Sed eras huiusmodi? *15.* [25] summus eram Pontifex, finge me vel *2.3. 5.8.11.15.* Cecropibus *11.* Cercopes] *Pithecusæ insulæ populi ob fraudes periuria-*

leratiorem vel Morycho stultiorem, indoctiorem stipite, spurciorem lerna, quisquis hanc tenet potentiæ clavem, eum decet ut Christi vicarium revereri, ut sanctissimum suspicere.

Petrus. Etiam aperte malum?

5 Iulius. Vel apertissime. quin non ferendum est, ut is qui dei vicem agens in terris omnino deum quendam inter homines præstat, a quopiam homuncione reprehendatur aut convitiis violetur.

Petrus. Atqui reclamat sensus communis, ut bene sentiamus de eo quem §. 51.
palam scelerosum cernimus, aut bene loquamur de eo, de quo male sentimus.

10 Iulius. Cogitet quisque quod volet, modo bene loquatur, aut certe sileat. porro reprehendi non potest Romanus pontifex, nec a concilio generali.

Petrus. Unum scio, qui Christi vicem sustinet in terris, debere quam potest illi simillimum esse, atque ita vitam omnem peragere, ne quid in eo possit reprehendi, neve quisquam merito de illo male loqui queat. male vero
15 cum pontificibus agitur, si ut bene de se loquantur homines, minis extorquent potius, quam bene factis impetrant; quos nisi mentiendo laudare non possis, quorum summa gloria sit hominum male sentientium coactum silentium. Verum §. 52.
illud mihi responde, nulla ratione potest summoveri scelerosus ac pestilens pontifex?

20 Iulius. Ridiculum: a quo amoveretur qui summus est?

Petrus. Atqui ob id ipsum maxime debebat amoveri, quia summus est; nam quo maior, eo perniciosior. si humanæ leges imperatorem male rempublicam administrantem non solum abdicant, verum etiam capitis afficiunt supplicio, quænam est tam infelix ecclesiæ conditio, ut Romanum pontificem omnia subver-
25 tentem ferre cogatur, nec ullo pacto possit publicam pestem depellere?

Iulius. Atqui si corrigendus est Romanus pontifex, per concilium corri- §. 53.
gatur oportet; porro concilium cogi non potest invito pontifice, alioqui conciliabulum sit, non concilium. quodsi maxime cogatur, nec statui quicquam potest refragante pontifice. denique restat extremum præsidium, absoluta potestas,
30 qua longe iam superior est unus pontifex universo concilio. ceterum summo- §. 54.
veri sacerdotio non potest ob quodvis crimen?

Petrus. Non ob homicidium?

Iulius. Non ob parricidium.

Petrus. Non ob fornicationem?

35 Iulius. Bona verba, hei ne ob incestum quidem.

Petrus. Non ob simoniacam impietatem?

Iulius. Non ob sexcentas.

Petrus. Non ob veneficium?

---

que in simias mutati. Cf. Ovid. Metam. XIV. 91. sqq. [1] Moricho *1.10.* *Μωρότερος εἶ Μορύχου*, Stultior es Morycho. *Zenob.* V. 13. *c. interpp.* uel indoct. *2.3.5.8. 11.15.* Cf. Ter. Heaut. V. 1,3. Cic. de har. resp. 3,5. ſpurtiorē *1.* De Lerna palude cf. e. gr. Zenobium IV. 86. [5] Quin *1.10.* Quare *2.3.5.8.11.15.* est *omis. 2.3.5.8.11.15.* ut eum qui *3.8.* [6] agens *1.10.* agit *2.3.5.8.11.15.* [7] homūtiōe *1.* conuiciis *2.3.8.11.* [9] mala *alii.* [12] Vn. hoc scio *2.3.5.8.11.15.* [13] similimum *2.* [18] amoueri *alii.* [21] istud ipsum *2.3.8.11.* debebit *15.* est *om. alii.* [22] pnitioſior *1.* mundanæ *2.3.8.11.* imperatorū *5.* [26] Atqui *1.10.* At *2.3.5.8.11.15.* [27] nullum Conc. cogi pot. *2.3.8.11.* [28] Quod sit m. *8.* [30] Cæterum submoueri *2.3.5.8.11.15.* [32] Num *1.10.* Non *2.3.5.8.11.15.* [33] Nec ob paricidium (parric. *15.*) *2.3.5.8.11.15.* [35] hei *1.* imo *2.3.5.8.11.15.* heu *10.* inceſtū *1.* [37] Non veleb *2.3.5.8.11.15.*

Iulius. Ne ob sacrilegium quidem.

Petrus. Non ob blasphemiam?

Iulius. Non, inquam.

Petrus. Non ob hæc omnia simul in unam ceu lacunam conflata?

Iulius. Adde, si libet, sexcenta flagitiorum nomina, his quoque fœdiora, non potest tamen Romanus pontifex ab isto summoveri loco.

§.55. Petrus. Novam mihi Romani pontificis dignitatem prædicas, siquidem huic soli licet impune pessimum esse. quin magis novam infelicitatem ecclesiæ, si tale portentum nulla via queat excutere, talemque cogatur adorare pontificem, cuiusmodi nemo toleraret stabularium.

§.56. Iulius. Quidam ob unum dumtaxat amoveri dicunt.

Petrus. Ob quod obsecro benefactum, quandoquidem ob malefacta non potest, si ob hæc quæ dixisti non potest?

Iulius. Ob crimen hæreseos: et ita demum, si publice sit convictus. verum id quoque frivolum est, neque vel tantillum officit pontificiæ maiestati: primum illi in manu est legem ipsam abrogare, si minus placeat; deinde quis ausit summum pontificem in crimen vocare, præsertim tot armatum præsidiis? ad hæc si forte prematur concilio, facilis est palinodia, si inficiari non liceat; postremo mille sunt cuniculi, quibus facile possit elabi, ni prorsus stipes sit, non homo.

§.57. Petrus. Sed dic mihi per pontificiam dignitatem, quis leges istas tam præclaras condidit?

Iulius. Quis alius nisi fons legum omnium, Romanus pontifex? atqui eiusdem est legem abrogare, interpretari, dilatare, constringere, utcunque visum est suis expedire commodis.

§.58. Petrus. Felicem profecto pontificem, si legem ferre possit, qua Christum etiam eludat, nedum concilium: quanquam adversus huiusmodi pontificem, cuiusmodi tu modo descripsisti, palam scelerosum, temulentum, homicidam, simoniacum, veneficum, periurum, rapacem, portentosis libidinum generibus undique conspurcatum, idque propalam, non tam optandum generale concilium, quam
§.59. ut plebs armata saxis ut publicam orbis pestem e medio tollat. Verum age, dic mihi cur Romanus pontifex tantopere horreat generale concilium?

Iulius. Quin idem a monarchis quæris, cur senatum et celebres consessus oderint? nempe quod turba tot excellentium virorum nonnihil obscuretur regia dignitas; qui docti sunt, iis literæ fidutiam reddunt; qui bona conscien-
§.60. tia freti, liberius loquuntur quam nobis expediat; qui dignitate præditi, authoritate utuntur sua. accedunt et inter hos nonnulli, qui nostræ invident gloriæ, et hunc animum secum afferunt, ut minuant pontificis et opes et au-

---

[4] lacunam *1.10.* lernam *2.3.5.8.15.* lærnam *11.* [6] ob ista submoueri *2.3.5.8.11.15.* [7] Nouam uero m. *2.3.5.8.11.15.* [8] Quin *1.10.* Tum *2.3.5.11.* tum *8.15.* [10] toleret *2.3.8.11.* [11] Quidam *omis. 5.* unum quiddam d. *2.3.8.11.* poffe dicunt. *2.3.5.8.11.* [13] dixisti *1.5.10.15.* dixi *2.3.8.11.* [14] et *1.5.10.15.* at *2.3.8.11.* [16] illi *1. et c. om. alii.* [21] dignitatem *1.5.10.15.* potestatem *2.3.8.11.* [22] cōdit? *3.* condit? *8.* [24] astringere *2.3.5.8.11.15.* [30] conspucatum *5.* [31] ut *omis. 5.15.* publicitus orb. p. tollat e medio *5.* o. p. publicitus tollat e medio *2.3.8.11.15.* [32] quid est causæ, cur *2.3.5.8.11.15.* horreat *1.10.11.* horreas *ceteri.* [35] his *1.10.* fiduciam (fidutiam *5.*) & audaciam *2.3.5.8.11.15.* addunt *2.3.5.8.15.* adducunt *11.* boni *2.3. 5.8.* [37] et *omis. 2.3.8.11.* [38] minuant *2.3.5.8.11.15.* minuat *cett.*

thoritatem. præterea nullus hic assidet, quin sibi putet aliquid adversus pontificem licere concilii titulo, nimirum alias invictum. proinde vix ullum concilium tam feliciter cessit, quin summus ille pontifex non aliquam maiestatis suæ iacturam senserit, minusque summus discesserit: cuius rei vel ipse testis §.61.
5 esse potes, nisi prorsus excidit: nam quantumcunque quidem de rebus agebatur leviculis, non de imperiis et regiis censibus, tamen Iacobus ausus est tuæ orationi non nihil de suo addere: etenim cum tu gentiles onere Mosaicæ legis in totum liberares, Iacobus succedens fornicationem excepit, et sanguinem et idolothytum, veluti corrigens tuam sententiam, ut hodie sint qui hac re com-
10 moti non tibi, sed Iacobo putent fuisse summi pontificis authoritatem.

Petrus. Unum igitur spectandum existimas, ut salva sit regia summi pon- §.62.
tificis maiestas, ac non magis publica utilitas rei Christianæ?

Iulius. Ad suum quisque negocium spectat, nos nostrum agimus negotium.

Petrus. Atqui si Christus idem fecisset, iam non esset ecclesia, cuius
15 te monarcham iactitas esse; et non video qui conveniat, ut qui Christi vicarius appellari gaudeat, Christo diversa sequatur. Sed illud iam expedi, quanam arte §.63.
schismaticum illud, uti tu vocas, concilium discusseris?

Iulius. Dicam equidem, assequere si potes: Primum Imperatorem Maximilianum cum per solennes nuntios concilium indixerat, per non dicendos modos
20 ab instituto subduxi. Præterea cardinales aliquot arte simili persuasi ut quod publicatis iam instrumentis statuerant, rursum accitis notariis et testibus negarent.

Petrus. An istud licet?

Iulius. Quid ni liceat approbante summo pontifice? §.64.

Petrus. Quid? igitur si volet, iusiurandum iusiurandum non est, ut a
25 quo passim quos vult liberat?

Iulius. Sed tamen ut ingenue dicam, erat id paulo quidem impudentius, verum non patebat via commodior. Deinde cum videbam futurum ut nonnullorum invidia concilio premerer, maxime quod sic esset indictum, ut non excluderer, sed suppliciter invitarer rogarerque præsidere, vide quam iam technam

---

1-20 Preterea *1.* Denique *2.3.5.8.11.15.* 3 quin *1. sed non omisso sq.* non quin] ut *2.3.5.8.11.15.* 4 differit *1.* (*non 10.*) 5 Nam *etc.*] *Cf. Act. Apost.* XV. 5. sqq. Nam quanquam tum (tñ. *3.* tamen. *8.* tunc *11.*) q. d. r. leuic. ag. *2.3.8.11.* 6 leviculis ag. *15.* censibus, ut nunc, *2.3.5.8.11.15.* tamen] cũ *1.* cum *10.* 6 addere *1.10.* adiicere *2.3.5.8.11.15.* tu *omis. 5.15.* 8 liberasses *2.3.5.8.11.* Iacob.] *Act. Apost. l. c. v.* 20. „scribere ad eos, ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum et fornicatione et suffocatis et sanguine". 9 idoloth.] *εἰδωλόθυτον*, idolis inmolatum. hodieque *2.3.8.11.* hodie quoque *5.15.* 11 Unum *omis. 5.15.* ig. illud sp. *2.3.5.8.11.* 12 rei *1.10.* reip. *2.3.8.11.* 13 negocium fp. *1.10.* commodum *2.3.5.8.11.15.* negotium *h. l. 1.5.15.* negocium *2.3.8 10.11.* 14 non *1.5.10.15.* nec *2.* ne *3.8.11.* 15 esse iactitas *2.3.5.* esse iactitas? *8.11.15.* 17 fcifmaticum *1. ut solet.* 18-19 Maximilianum (sic enim uocant) ut est unus omnium minime difficilis, tametsi (tamen *3.8.*) per *2.3.5.8.11.15.* 19 nuncios *2.3.5.8.10.11.* tamen non dicendis modis ab inst. seduxi *2.3.5.8.11.15.* (subduxi *3.8.11.* [*Imperatorem sibi successorem fore promistsse videtur pontifex.*] 20 Cardinalibus *2.3.5.8.11.15.* 21 rursum *omis. 5.15.* ac testibus, *2.3.5.8.11.15.* negarint *2.15.* negarunt *3.5.* negarent *1.8.10.11.* 24 violet *15.* iusiurandum *semel tantum habent 1.10.* 26 quidem paulo *2.3.8.11.15.* id erat paulo quidem *5.* 27 ut apud nonnullos inuidia Concilii *2.3.5.8.11.15.*

§. 6[5]. repererim, superiorum sequutus exemplum: ipse vicissim Pisis ad concilium provocavi, causans nec tempus nec locum satis esse idoneum quem quidem illi præstituissent, et Romæ subito concilium indixi, quo neminem venturum arbitrabar Iulio non amicum, aut certe non obsequundaturum: sic enim multis exemplis docueram: ac protinus in hunc usum complures cardinales creavi meis institutis accommodos.

Genius. Hoc est facinorosissimos.

§. 66. Iulius. Rursum hoc concilium nisi indixissem, concilium non fuisset, et tamen haud quaquam expediebat rebus meis tantam episcoporum et abbatum turbam huc confluere, inter quos fieri non potest, quin aliquot probi piique fuerint futuri: itaque monui, ut sumptibus parcerent, et singulæ regiones unum aut alterum dumtaxat mitterent. deinde cum ne hoc quidem satis tutum viderem, et paucos ex tot provinciis ad magnum redituros numerum, denuo illis iam ad iter accinctis denuntiavi ne venirent, concilium in aliud tempus prorogandum,

§. 67. commentus ad id causas utcunque probabiles. atque his artibus exclusis universis rursum antevertens quem præscripseram diem, Romæ concilium institui cum his dumtaxat quos ad id paraveram. inter quos etiam siqui fuerant qui dissentirent a me, tamen illud certum habebant Iulio neminem refragaturum, tan-

§. 68. tis armis et satellitibus stipato. Iam ad hunc modum ingentem invidiam movi Gallicano illi concilio, dimissis quoquoversum literis, in quibus de nostro sacrosancto concilio faciebam mentionem, concilium illorum execrans, conventiculum Sathanæ, conciliabulum diaboli, schismaticam conspirationem subinde nominans.

§. 69. Petrus. Oportet sceleratissimos fuisse cardinales authores ac principes concilii.

Iulius. De moribus nihil queror, sed caput huius negotii fuit cardinalis Rothomagensis, qui nescio qua sanctimonia semper huc spectavit, ut ecclesiam redderet emendatiorem: idque fecit locis aliquot: hunc mors eripuit, mihi tum

§. 70. rem faciens omnium gratissimam. Successit huic cardinalis titulo sanctæ cru-

---

[1] Pisis *omis. 2.3.5.8.11.15.* [2] quidem *omis. 2.3.5.8.11.* [3] præstitissent *11.* et *omis. 2.3.8.* [4] obsecundaturum *2.3.5.8.* obsequium daturum *10.15.* enim eos m. *2.3.8.* etiam eos m. *11.* [5] At *5.15.* creavi] *Quinta creatione, quam d.* 10. *Mart. a.* 1511. *Iulius habuit et inter alios, maxime Italos, etiam Christophorum Ursevicum Anglicum et Matthiam Schinner Helvetium cardinales fecit.* [7] facinorissimos *2.* [10] huc] *Romam.* [11] sumtibus *15.* [12] duntaxat *5.8.10.11.15. ut alias.* [14] denunciavi *2.3.5.8.10.11.* [15] utc.] vtrinq; *1.10.* iis *2.3.5.8.11.* partibus *8.* [16] rursus *2.3.5. 8.11. Quæ a voc.* rursus *usque ad* §. 80. *voc.* quam sacrilegum *sequuntur, id est exempli 3. folia* 14 *et* 15., *omisit omnia Goldastus, sic sine sensu scribens* rursus tanquam impium *etc.* [17] iis *2.3.5.8.* fuerant *1.5.10.15.* futuri essent 2. fuerēt *3.* fuerunt *8.* [18] habebam *2.3.5.8.15.* Iuliū *1.* [18-19] tanto armis & s. superiori. *2.3.5.8.15.* [19] ad hanc m. *1.* [20] Gallicano] *a Gallis instituto Pisano concilio.* [22] Satanæ *2.3.5.8. ubique.* [25] queror *omnes, non* quæro [25-26] card. Rothom.] *Georgius deAmbosio* (d'Amboise), *archiep., presbyter card. tit. S. Sixti,* † d. 25. *Mai.* a. 1510. *sive* 1511. *natus a.* 1460. *renuntiatus fuerat cardinalis ab Alexandro VI. d.* 12. *Sept. a.* 1498. [26] hic semp. *8.* [27] mihi, tum *plurimi.* tum *1.2.5.10.* tamen *3.8.* [28] rem ... gratiss.] *Iulium comperta Georgii morte Bembus exclamasse refert* 'Lodato si a dio, perche adesso io solo son papa'. card. s. cruc.] *Bernardinus Caravajal, episc. Carthag., patriarcha Hierosolym.. tit. S. Crucis in Hierusalem, ab Alexandro VI. cardinalis creatus d.* 31. *Aug. a.* 1492. † *a.* 1522. *æt.* 67.

cis, Hispanus, vitæ quidem inculpatæ, sed rigidus senex ac theologus: quod quidem genus hominum ferme solet esse infestum Romanis pontificibus.

Petrus. Atqui theologus homo nihil habebat quod suo facto probabiliter obtexeret?

5 Iulius. Permulta: aiebat nulla fuisse tempora inquinatiora quam tum essent, nunquam ecclesiæ morbos magis intolerandos, itaque generali concilio succurrendum; me, cum ad summum pontificium admitterer, sacramentis adactum §. 71.
ut secundo ab inito pontificatu anno concilium indicerem, et ita adactum, ut nec a cardinalium consessu possem absolvi; deinde sæpe a fratribus cardinalibus
10 meis admonitum et rogatum, interpellatum a principibus, quidvis potius quam hoc in aurem admisisse, ita ut palam appareret Iulio vivo nunquam futurum concilium. citabant exempla superiorum conciliorum, citabant leges aliquot pon- §. 72.
tificias, quibus ostendebant me cum meis detrectare concilium, ad se ius indicendi devolutum; ceteris item principibus conniventibus indicendi munus ad im-
15 peratorem Romanum, qui olim solus indicebat, et ad Gallorum regem, qui præcipuus esset, pertinere.

Petrus. Num interim in te nefanda dictu scribebant? §. 73.

Iulius. Immo furciferi hic plus sapiebant quam volebam: rem odiosissimam mira modestia tractabant, et non solum temperabant a maledictis, sed me
20 nunquam nisi cum honoris præfatione nominabant, rogantes et obsecrantes per omnia sacra piaque, ut quod me dignum erat, quodque iureiurando pollicitus essem, concilio indicto præsiderem, pariterque secum sanandis ecclesiæ malis operam commodarem. nec dici potest, quantum hæc temperantia mihi confla- §. 74.
rit invidiæ, præsertim cum omnia sua sacris literis condirent; nam apparet
25 eruditos aliquot ad id adhibitos. addebant interim ieiunia, orationes, miram vitæ frugalitatem, ut magis etiam me premerent opinione sanctitatis.

Petrus. Tu contra quo titulo concilium indixeras? §. 75.

Iulius. Longe splendidissimo: ostendebam mihi in animo esse primum corrigere caput ecclesiæ, hoc est me ipsum; deinde principes Christianos, postremo
30 plebem universam.

Petrus. Bellam audio comœdiam; sed iam expecto catastrophen: iuvat audire quid theologi illi in Sathanæ conciliabulo statuerint.

Iulius. Indigna, abominanda: refugit animus commemorare.

Petrus. Obsecro, nefanda?

35 Iulius. Prorsus impia, sacrilega, plusquam hæretica; quibus nisi manibus et pedibus obstitissem, immo armis pariter atque ingenio, actum erat de dignitate ecclesiæ Christianæ.

Petrus. Tanto magis expecto quæ sint ista.

Iulius. Horresco referes: id agebant scelesti, ut ecclesiam tot opibus ac §. 76.
40 tanta ditione florentem ad veteres illas sordes ac miseram frugalitatem revoca-

---

[1] rigidus, senex, ac *plurimi.* [3] homo theologus *2.3.5.8.15.* Theologus huiusmodi *10.* (*male intell.* hō *1.*) probaliter *5.* [5] Aiebat enim *2.3.5.8.15.* inquietiora *2.3.5.8.15.* [6] erant *2.3.5.8.15.* intollerandos *3.* [8] ab initio *1.15.* abnito *5.* inducerem *1.* additum *1.* [9] nec *1.5.10.* ne *alii. 15.* consensu *1.10.* sæpius *2.3.5.8.15.* [10] et *omis. 2.3.5.8.15.* quam *omis. 1.10.* [11] admisi *5.15.* [13] detrectante *2.3.8.10.* [14] Cæterum *3.8.* [17] interim *1.5.10.15.* igitur *2.3.8.* [18] plus hic *2.3.5.15.* auolebam. *2.* [22] effent *1.* [25] adhibetos *5.* [26] fragilitatem *1.* [34] Obsecro tam n.? *2.3.5.8.15.* [36] exspecto *15.* [39] Ah horresco *2.3.5.8.15.*

rent; ut cardinales, qui nunc vitæ strepitu quosvis antecellunt tyrannos, ad
paupertatem redigerentur; ut episcopi multo contractius viverent, minus satel-
§.77. litum, minus alerent equorum; decreverant, ne passim cardinales absorberent
episcopatus, [abbatias, sacerdocia; ne quis unus plures episcopatus complecte-
retur,] istos qui per fas, ut aiebant, nefasque sexcenta, si possent, cumulant 5
sacerdotia, coercendos censebant, ut iis essent contenti censibus, qui frugali
sacerdoti satis essent; ne quisquam crearetur summus pontifex aut episcopus aut
sacerdos interventu munerum aut respectu favoris aut turpis obsequii, sed
§.78. dumtaxat ex vitæ meritis; quod si compertum esset, ilico submoveretur; ut
liceret Romanum pontificem palam facinorosum ab honore depellere; ut epi- 10
scopi scortatores ac temulenti privarentur administratione; ut sacerdotes palam
facinorosi non solum sacerdotio, verum membro corporis mutilarentur, alia-
que id genus permulta, nam omnia referre piget, quæ prorsus eo tendebant,
ut nos onerarent sanctimonia, divitiis et imperio spoliarent.

§.79. Petrus. Quid contra hæc statuebatur in illo sacrosancto concilio Romano? 15

Iulius. Iam videris mihi oblitus quod dixi, me nihil aliud agere voluisse
concilii prætextu nisi ut clavum clavo pellerem. primus ille conventus con-
sumptus solennibus quibusdam ceremoniis ex antiquitate relictis, quas ob anti-
quitatem utcunque placet observare, etsi nihil ad rem pertinent, peracta sacra
duo, alterum de sancta cruce, alterum de sancto spiritu, tanquam huius afflatu 20
§.80. res ageretur; deinde recitata oratio plena laudum mearum; proximo consessu
quanta vi potui torsi fulmen in schismaticos illos cardinales, plus quam im-
pium, plus quam sacrilegum, plus quam hæreticum pronuntians quicquid illud
§.81. esset quod iam statuissent aut statuere pararent. tertio consessu eodem ful-
mine terrui Galliam nundinis a Lugduno translatis, et quibusdam Galliæ par- 25
tibus nominatim exceptis, quo magis alienarem a rege plebis animos, et ali-
quam inter ipsos seditionem excitarem. Atque hæc statim acta, quo plus ha-
berent authoritatis, bullis prædita, ad omnes misi principes, præsertim ad hos
quos videbam in nostram factionem propensiores.

§.82. Petrus. At præterea nihil actum? 30

Iulius. Id actum est quod volebam; vici, si modo nostra valent decreta;
tres illos cardinales qui perstiterunt in cœptis, cardinalitii dignitate publicis cere-

---

[4] epatos. *1.* abbatias ... complecteretur *non hab. 1.10.* [5] possint *2.3.5.8.* [6] coercendos *1.5.10.15.* coercerent *2.3.8.* his *2.3.5.8.15.* [8] munerum *1.5.15.* numorum *2.3.8.* [9] illico *2.3.5.8.10.15.* [10] ab] ob *1.* [11] priventur *8.* [12] mutilentur *8.* [14] uti *2.3.8.* diuitij *1.* [15] Quid igitur c. *2.3.5.8.* [16] mihi videris obl. id q.*2.3.5.8.15.* me] imo *2.3.8.* nil *10.* [17] clavum] En iterum (cf. §.23.) notum Græcis Latinisque proverbium, *ἧλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν*, *πατάλῳ τὸν πάτταλον*, sive *ἧλος τὸν ἧλον*, *πάτταλος τὸν πάτταλον*, sive *ἧλῳ τὸν ἧλον* s. *ὁ ἧλος*, et similia; Latine clavum clavo, paxillo paxillum *i. e.* trudere, pellere, eicere. *Cf. Diogenian. V.* 16. *c. interpp. et Erasmi adag.* Clavum clavo. [17-18] consumptis *2.3.5.8.* consumtus *10.15.* [18] antiquitate *1.5.10.15.* autoritate (*s.* auth.) *2.3.8.* [18-19] antiquitatem *1.5.10.15.* autoritatem adhuc *2.3.8.* adhuc *habet ettam 5.* [19] etsi *1.10.* etiamsi *2.15.* etiam si *3.5.8.* [23] plus quam] tanquam *11. Sed cf. supra ad* §. 67. *adnot.* [24] aut iam *2.3.5.8.11.15.* [27] inter eos *15.* [29] esse prop. *2.3.8.11.* [31] ualebunt *2.3.5.8.11.* [32] tres illos] *Huius conciliabuli [Pisani] auctores fuere Bernardinus Caravaial Hispanus, Sabinorum, et Guillelmus Brissoneta Gallus, Prænestinorum Episcopi Cardinales, Franciscus Borgia Hispanus, Archiepiscopus Cosentinus et Rhenatus seu Re-*

moniis spoliavi; sacerdotiorum census aliis contuli, ne facile possent restitui; ipsos tradidi Sathanæ, libentius tamen igni traditurus, si in manus meas incidissent.

Petrus. Attamen si vera narras, non paulo sanctiora videntur illius §. 83.
5 schismatici conciliabuli decreta, quam tui sacrosancti concilii; unde adhuc nihil video prodiisse, nisi minas tyrannicas, execrationes et astu mixtam crudelitatem. Si Sathanas fuit author illius conciliabuli, propius videtur ad Christum accedere, quam spiritus ille nescio quis qui modo vestrum moderatus est concilium.

10 Iulius. Quin tu quid loquaris, etiam atque etiam vide: nam omnibus bul- §. 84.
lis meis execratus sum omnes quicunque illi conciliabulo quocunque modo faverint.

Petrus. Miser, ut adhuc veterem illum spirat Iulium! sed quis tandem huius exitus negotii?

15 Iulius. Hoc equidem in statu reliqui; quorsum evasurum sit, viderit fortuna.

Petrus. Nimirum schisma manet?

Iulius. Manet equidem periculosissimum.

Petrus. Et tu Christi vicarius schisma maluisti quam verum concilium? §. 85.

20 Iulius. Potius trecenta quam me velim in ordinem cogi et ad totius vitæ reddendam rationem adigi.

Petrus. Ita tibi conscius?

Iulius. Quid id tua?

Petrus. Intelligo: non expediebat eam movere camarinam; sed penes utros
25 erit victoria?

Iulius. Istud Fortunæ est in manu: quanquam a nobis plus est pecuniarum; Gallus exhaustus est diutinis iam bellis, Anglus auri montes habet intactos adhuc. Illud indubitato possum vaticinari, si Gallus vicerit, id quod §. 86.
abominor, vertentur rerum nomina, sacrosanctum illud concilium Sathanæ con-
30 ciliabulum erit; ego idolum pontificis, non pontifex; penes illos spiritus sanctus erit, nos spiritu Sathanæ fecerimus omnia. verum mihi ingens fidutia est in relictis pecuniis.

Petrus. At quid rei tandem incidit adversus Gallos et horum regem, §. 87.
quem vestri maiores Christianissimi titulo decorarunt? præsertim cum illorum
35 præsidiis fatearis et vixisse te, et ad istam plus quam imperialem coronam evectum, denique Bononiam et reliquas urbes recepisse, domuisse Venetos omnibus invictos. quomodo tot tam recentium meritorum abolita memoria? quomodo tot discissa fœdera?

---

ginaldus de Pria Gallus, Episcopus Baiocensis, Federicus Sanseverinus S. Theodori Diaconus Cardinalis". Ciacconii Vitæ pontiff. tom. III. p. 227. *Cf. supra ad* §. 49. in cœptis *2.3.8.10.11.* inceptis *1. et alii.* Cardinalitia *2.3.5.8.11.*

[1] spoliavi *1.10.15.* privavi *2.3.8.11.* spoliari *5.* sacerdociorum *2.* [2] ipsi *3.8.11.* ignibus *2.3.8.11.* in *omis. 1.10.* [5] nihil adhuc *2.3.5.8.11.15.* [7] illius a. *2.3.8.11.* cōciliabulis *1.* [10] loqueris *2.* [13] illum *omis. 5.15.* spiras *3.8.11.* [15] sit *omis. 2.3.8.11.* [18] Manet, et quidem *2.3.5.8.11.15.* [19] tu quidem *2.3.8.11.* [20] Vel trecenta schismata (scism. *3.*) pocius (potius *5.8.11.15.*) *2.3.5.8.11.15.* velit *5.* [24] mouere *1.5.15.* moueri *2.* commoueri *3.8.11.* camerinam *3.5.8.11.15. Proverbium notum.* Cf. Serv. ad Aen. III. 700. [29] vertuntur *1.10.* [31] fiducia *2.3. 5.8.11.15.* [32] pecuniis, ne hæc fiant. *2.3.5.8.11.15.* [37] tot tam] totam *5.*

§. 88. Iulius. Istam explicare fabulam perlongum fuerit: verum ut summatim dicam, nihil a me novatum est, sed quod iam olim animo parturieram, tum parere cœpi; quod antea rebus ita poscentibus dissimularam, tunc aperui: Gallis nunquam ex animo bene volui, hoc tibi de tripode dictum puta, nec ullus Italus ex animo bene vult Barbaris, non Hercule magis quam lupus agnis. 5

§. 89. sed ego non Italus modo, verumetiam Genuensis, tantisper illis utebar amicis, dum opus esset illorum ministerio, quandoquidem hactenus utendum opera Barbarorum. interea multa tuli, multa dissimulavi, multa finxi, denique passus sum et feci; verum ubi iam res in eum prope locum deductæ sunt, in quem volebam, supererat ut vere Iulium agerem, totamque illam Barbarorum fæcem 10 Italia summoverem.

§. 90. Petrus. Cuiusmodi beluæ sunt isti quos vocas Barbaros?

Iulius. Homines sunt.

Petrus. Homines igitur, at non Christiani?

Iulius. Et Christiani, sed quid hoc ad rem pertinet? 15

Petrus. Ergo Christiani quidem, sed absque legibus, absque literis agrestem degentes vitam?

Iulius. Immo rebus istis maxime florent illi; quin insuper, id quod illis imprimis invidemus, opibus.

§. 91. Petrus. Quid igitur sibi vult Barbari cognomen? quid mussas? 20

Genius. Dicam huius vice: Itali cum sint ex omni barbarissimarum nationum colluvie conflati confusique, non aliter quam sentina quædam, tamen e gentilium literis hanc imbiberunt insaniam, ut extra Italiam natos Barbaros appellent: quod quidem cognominis apud illos contumeliosius est quam si parricidam dicas aut sacrilegum. 25

§. 92. Petrus. Ita videtur. atqui cum pro omnibus hominibus mortuus sit Christus, nec apud illum sit ullius personæ respectus, cumque te Christi vicarium profitereris, cur non omnes eodem complectebaris animo, quos non deseruit ipse Christus?

Iulius. Equidem et Indos et Afros et Aethiopes et Græcos complecti cupiam, si modo numerent et principem agnoscant vectigalibus. verum hos omnes recidimus digne, ut proxime Græcos, quod homines nimium tenaces parum agnoscerent Romani pontificis maiestatem. 30

§. 93. Petrus. Ergo Romana sedes totius orbis veluti horreum est?

Iulius. Magnum vero id videtur, si omnium metamus carnalia, cum omnibus nostra spiritualia seminemus? 35

Petrus. Quæ narras spiritualia? nam adhuc quidem præter mundana audio nihil: fortasse doctrina sacra trahas ad Christum.

---

[4] de tr. d.] *Τὰ ἐκ* s. *ἀπὸ τρίποδος*. Zenob. VI. 3. *etc.* Divinum orasulum. *ἐπὶ τῶν ἀληθῶς λεγομένων*. [5] lup. agn.] Cf. Aristoph. Pac. 1072. 1112. Plaut. Ps. I. 2,8. Pœn. III. 5,31. Herculem agis *5.* [6] vrebar *1.* utebat *11.* [7] utendum est *2.3.5.8.11.* ope *5.15.* [8] denique nihil non (nihil tū *3.5.11.* tum *15.*) et feci, et passus sum. 2.*3.5.8.11.* [9] propemodum locum *2.3.8.11.* [10] fecem *cett.* fæcem *15.* [11] submouerem *2.3.5.8.11.15.* [12] belluæ *15.* [16] absque legibus *omis. 2.3.8.11.* [18] illi *omis. 5.15.* [19] inprimis *2.3.8.15.* [21] barbarifimarū *1.* [25] paricidam *5.* [28] profitaris *2.* profiteris *et* eodem compl. *3.5.8.11.15.* non] nū *1.* nunquā *10.* deseruit *1.10.* discrevit *2.3.5.8.11.15.* [32] recidimus, et pr. *2.3.5.8.11.* ut et pr. *15.* [35] id videtur *omis. 2.3.5.8.11.* [36] spiritalia *2.3.8.11. et sic in sq.* [37.38] nihil audio. *2.3.8.11.15.* [38] trahas *1.10.* trahis 2.*3.5.8.11.15.*

Iulius. Sunt qui contionentur si velint, nec eis prohibemus, modo ne dicant adversus maiestatem nostram.

Petrus. Quid igitur?

Iulius. Quid igitur? Cur regibus datur quicquid exegerint, nisi quia his §. 94.
5 acceptum referunt quicquid possident, etiam si nihil acceperunt? ita quicquid est sacri unquam, nobis imputandum est, etiamsi totam stertamus vitam. quanquam præter ista largissime donamus indulgentias exigua pecuniola, dispensationem in rebus gravissimis non maxima summa; passim omnibus obviis benedicimus, idque gratis.

10 Petrus. Equidem nihil horum intelligo. sed redi ad id quod institutum §. 95.
erat: quamobrem tua sanctissima maiestas tantopere Barbaros horreat, ut cælum terræ miscendum duxeris, quo illos ab Italia depelleres?

Iulius. Dicam; superstitiosum est cum omne Barbarorum genus, tum præcipue Gallorum: nam cum Hispanis non pessime nobis convenit, sive linguam
15 spectes, sive mores; quanquam hos quoque submotos volebam, quo prorsus liceret more nostro agere.

Petrus. Colunt præter Christum et alios deos? §. 96.

Iulius. Immo Christum ipsum nimis anxie colunt: antiquis quibusdam et iampridem obsoletis vocabulis mirum est quam adhuc homines stultissimi per-
20 moveantur.

Petrus. Forte magicis?

Iulius. Nugaris, immo simonia, blasphemia, zodomia, veneficio, sortilegio.

Petrus. Bona verba!

Iulius. Itidem ut tu nunc abominaris, et isti.

25 Petrus. Omitto nomina, at res sunt apud vos, ut ne dicam apud ullos Christianos?

Iulius. Sane Barbari non ipsi vacant vitiis, sed cum diversis laborent, §. 97.
nostra execrantur, suis blandiuntur; nos contra nostris blandimur, illorum abominamur: nos abominandum probrum ducimus ac per fas nefasque fugiendum
30 paupertatem; illi vix esse Christianum existimant opibus frui, vel sine fraude quæsitis; nos ebrietatem nec nominare audemus (quanquam hac quidem in parte non ita vehementer ab illis dissentiamus, si cetera conveniant), at Germani leve
putant erratum et festivum magis quam sceleratum; usuram vehementer exe- §. 98.
crantur illi, at apud nos nullum hominum genus æque necessarium ecclesiæ
35 Christi; Venerem præposteram usque adeo spurcam ducunt illi, ut siquis vel nominet modo, et aerem et solem existiment pollui, nobis longe sententia diversa est; item 'simonia' iam olim a rerum natura sublatum vocabulum, velut umbram adhuc formidant illi, et antiquatas iam veterum leges mordicus tenent, nos alio spectamus. atque huiusmodi permulta sunt alia, in quibus [nobis non

---

[1] concionentur *2.3.5.8.10.11.15.* eis *1.5.10.15.* eos *2.3.8.11.* ne quid d. *2.3.5.8.11.15.* [4] igitur? *omis. 5.15.* [5] referunt singuli, q. (singuli. q. *5.*) *2.3.5.8.11.* singuli q. *15.* etiamsi nihil ab illis acceperint. *2.3.5.8.11.15.* [6] usquam *2.3.5.8.11.15.* [7] dispensationem *1.10.* dispensamus *2.3.5.8.11.15.* [12] Italia] talia *2.* depellers? *10.* [13] Superstitiosius *2.3.8.11.* [15.16] nobis liceret *2.3.5.8.11.15.* [22] blasphœmia *3.* zodomia *1.3.8.11.* Sodomia *2.* fodomia *5.10.15.* [25] at *omis. 2.3.8.11.* ut *omis. 2.3.5.8.11.15.* [27] uiciis *2.3.8.* laborarēt *1.10.* [30] vix Chr. esse exist. *2.3.5.8.11.15.* [32] dissentiam, *2.3.5.8.11.15.* [36.37] diversa sent. *2.3.5.8.11.15.* est *omis. 8.* [37] simoniam, *15.* a *1.10.* o *2.3.5.* [38] antiquitas *5.* antiquas *8.* antiquitus *15.* [39] nobis.... tam *non hab. 1.10.*

§.99. convenit cum Barbaris. proinde cum iam sìmus tam] dissimili vitæ instituto, procul arcendi sunt a nostris mysteriis, magis suspecturi si nesciant: nam si semel intellexerint arcana curiæ nostræ, protinus evulgant, et nescio quo pacto ad vitia reprehendenda sunt oculatissimi, scribunt maledicentissimas ad suos literas; clamitant passim apud nos non esse sedem Christi, sed sentinam Sathanæ; 5 de me disputant, num sic assequutus pontificium, sic vivens, pro pontifice sim habendus, atque ita primum minuunt nostram apud ignotos sanctitatis opinionem, simul et authoritatem, qui ante de nobis nihil audierant, nisi quod Christi
§.100. vicem gereremus, et proximam atque adeo parem potestatem teneremus. Atqui his e rebus intolerabilis ecclesiæ Christianæ iactura nascitur: dispensatio- 10 nes et pauciores et minoris vendimus; minor census redit ex episcopatibus et sacerdotiis et abbatiis; vulgus, si quid exigitur, malignius dat; breviter, un-
§.101. decunque paucior quæstus et steriliores nundinæ; postremo fulmina quoque nostra minus ac minus horrent: quodsi semel eo processerit audacia, ut dicant sceleratum pontificem nihil agere, ac fulmen minasque contempserint, no- 15 bis ad famem plane redierit res. quodsi procul abfuerint, (ita ingenium est Barbarorum) impensius venerabuntur, nosque literis commode scriptis ex animi sententia rem geremus.

§.102. Petrus. Non optime nobiscum agitur, si hinc pendet authoritas apostolica, ut vita ignoretur, nesciantur technæ: nos nihil aliud optabamus, nisi ut 20 universis esset cognitum quicquid vel in cubiculis ageremus, atque ita demum plurimi fiebamus, si vere innotuissemus. Verum illud expedi, adeo religiosos principes nunc habet mundus, tantaque est apud illos sacerdotum reverentia, ut ad unius, atque adeo talis nutum ad arma descenderint universi? nam meis quidem temporibus hos infestissimos hostes patiebamur. 25

§.103. Iulius. Quantum ad vitam attinet, non sunt admodum superstitiosi Christiani: nos plane contemnunt ac pro nugamentis habent. nisi quod aliquot ex his infirmiores nonnihil metuunt terrificum illud fulmen excommunicationis; nec hi tamen perinde re atque opinione commoventur. sunt qui nostras opes vel sperant vel metuunt, eoque nonnihil nostræ deferunt authoritati; quibusdam 30 persuasum, ingens aliquod infortunium manere hos qui sacerdotibus qualibus-
§.104. cunque negocium facessunt; omnes ferme, ut sunt civiliter educati, nonnihil tribuunt ceremoniis, præsertim a nobis provocati: nam ceremoniæ ceu fabulæ quædam vulgo dantur; ceterum res interim serio agitur. nos illos magnificis titulis decoramus, etiamsi sint sceleratissimi: hunc 'catholicum' appellantes, 35 illum 'serenissimum', alium 'illustrissimum', alium 'Augustum'; omnes 'dilectos filios' nominamus. illi vicissim nos 'sanctissimos patres' in suis literis vocant, et aliquoties ad oscula pedum se submittunt; et ubi non multum negotii vertitur, cedunt nonnunquam authoritati nostræ, quo sibi pietatis opinionem apud
§.105. vulgus parent. nos illis rosas mittimus consecratas, tiaras, gladios, et illorum 40 dignitatem maximis bullis confirmamus; illi vicissim mittunt equos, milites, pecuniam, nonnunquam pueros, atque ita mutuum (quod aiunt) muli scabunt.

---

[1] iam *omis. 5.15.* [5] Clamant *5.15.* [6] sic] sit *1.* viuens: nũ ꝑ *1.* [7] atque] at *1.* *At 10.* minuerãt *iid.* [8] nihil ante de nob. aud. *5.* a. nihil de nobis aud. *2.3.8.11.* ante] ac *1.* adhuc *10.* antea *11.* [9] parem Deo *2.3.5.8.11.* [10] e *omis. 5.15.* intollerabilis *11.* [11] paucior *1.10.* parcior *2.3.5.8.11.15.* [14] processerint audaciæ *2.* processerit audaciæ *3.5.8.11.15.* [17] nostrisq; *1.* [19] nobiscum *2.3.8.11.* [22] expedit *15.* [26] superstitiose *2.* [31] aliq̃t *1.* [38] submitunt *1.* [40] patent *1.* [42] et pueros *2.3.5.8.11.15.* *De puerorum sibi missorum*

Petrus. Si tales sunt, nondum intelligo, quo pacto potueris summos reges ad gravissima bella concitare, præsertim ruptis tot fœderibus.

Iulius. Atqui si nunc assequi possis ea quæ dicam, intelliges ingenium plus quam apostolicum.

5 Petrus. Adnitar equidem quoad potero.

Iulius. Illud imprimis mihi studio fuit, omnium gentium, præcipue prin- §.106.
cipum ingenia, mores, affectus, opes et conatus pernoscere, cui cum quo conveniat, cui cum quo dissidium sit; deinde his omnibus ad nostram commoditatem uti. principio Gallos facile concitavimus in Venetos, quod inter hos in-
10 tercederet vetus atque antiqua simultas; deinde sciebamus eam gentem avidam imperii prorogandi, et Veneti illorum quoque nonnullas urbes occuparant: itaque meum negocium cum illorum negocio miscui. tum imperator, quanquam §.107.
non admodum amicus Gallo, tamen quia non erat alia spes a Venetis recipiendi quæ tenebant (tenebant enim urbes aliquot egregias) pro tempore se huic bello
15 adiunxit. deinde cum non placeret Gallos supra modum crescere, (res enim successerat felicius quam volebam) primum Hispaniarum regem in eos extimulavi, primum hominem fidei non adamantinæ, deinde cuius magnopere referebat utcunque premi Gallorum potentiam, cum ob alia multa, tum præcipue ne quando ditione Neapolitana excluderetur. Ad hæc Venetos, tametsi non pro- §.108.
20 barem, ficte tamen in gratiam recepi, ut hos quoque recentis cladis dolore exacerbatos in Gallos immitterem. rursum imperatorem, quem paulo ante cum Gallis coniunxeram, ab illis distraxi; idque partim [pecuniis, quæ apud hominem egentem semper valent plurimum, partim] literis et nuntiis renovato veteri in Gallos odio [quo vir ille mirum quam semper flagrarit, etiamsi deerat
25 ulciscendi facultas]. Iam Anglis sciebam genuino odio esse Gallorum gentem, §.109.
et his coniunctissimos Scotos; ad hæc intelligebam nationem præferocem et belli cupidam, idque potissimum prædandi spe, tum etiam superstitiosam aliquantulum, quod longissime absit a Roma; postremo id temporis nova libertate (quæ tandem illis morte regis omnium severissimi contigerat) insolentes ac
30 pæne tumultuantes, ut facile iam possent ad quamvis insaniam extimulari, quod maxime volebam. accessit ad opportunitatem rerum mearum rex admodum

---

nefando usu multa narrant Iulii osores. in Iohannis Wolfii lectionum memor. tom. II. p. 21. legitur „In commentario magistrorum Parisiensium. Legitur in hoc commentario de Iulio secundo Papa, quod duobus nobilissimi generis adolescentibus, quos Anna Galliarum regina Nanetensi cardinali informandos commiserat, et aliis multis diabolica rabie (proh facinus) stuprum intulerit. Simile quiddam ab alio scriptore narratur, cui Gerbelius hoc addidit distichon:

Venit in Italiam spectabilis indole rara
Germanus, rediit de puero mulier."

Cf. Bal. v. Iules II. not. M. mutuum (qd aiunt (mu'fcabunt *1.* Mutuum muli scabunt, *proverb. de quo cf. e. gr. Auson. præf. monosyll. p.* 476. *ed. Toll.*

[3] Atq; *2.8.11.* Atque *3.5.15.* [6] inprimis *2.8.10.15.* in pr. *3.5.11.* ac præcipue *2.3.5.8.11.* [7] pernosse *2.3.8.11.* [12] q. Tunc *10.* [13] alioqui non *2.3.8.11.* [14] enim *1.5.10.15.* autem *alii.* [17] , non fidei *2.3.8.11.* fidei non admodum adam. *5.15.* [18] tum] tamen *3.8.11.* [19] Ad] At *1.* [22] pecuniis .... partim *om. 1.10.* et] partim *1.10.* [23] literis: ptim nūtiis *1.* [24] quo.... facultas *om. 1.* [25] Anglos *omnes præter 10.* esse in G. *2.3.5.8.11.15.* [26] et in iis c. *2.3.8.11.* in his *15.* his *s.* iis *omis. 5.* [27] suppsticiosam *3.* [29] regis] Henrici VII. † a. 1509. [30] exstimulari *15.* quodque *alii.* [31] oportunitatem *2.* rex] Henricus VIII. natus a. 1491. Catharinam Arragonensem,

adulescens, vel puer potius, nuper regno potitus, ingenio acri vividoque ac vere
iuvenili, hoc est inquieto et bellicoso, nec ætate tantum ambitiosus, sed et ad
res non mediocres erectus, qui iam tum a primis annis huc spectasse dicebatur,
ut Gallos adoriretur armis; super omnia affinis erat Hispano regi, quem iam
§.110. ad arma traxeram. Hisce rebus omnibus usus sum ad ecclesiæ commoditatem, 5
ac sexcentis literis non absque ingenio scriptis tandem involvi principes bello
omnium gravissimo. neque vero quenquam ceterorum intentatum reliqui, neque
regem Hungarorum, neque Lusitaniæ, neque Burgundionum regibus parem du-
cem: verum quia ad hos nihil harum rerum attinebat, perpellere non quivi.
ac sciebam his tumultuantibus neminem ceterorum quieturum: hi igitur cum 10
suo morem gererent animo, tamen honestissimum titulum acceperant a nobis,
ut quo maiorem cladem inferrent populo Christiano, hoc religiosius viderentur
§.111. ecclesiam dei protegere. Atque uti magis admireris vel ingenium meum vel fe-
licitatem, belligerabatur id temporis Hispaniæ rex cum Turcis incredibili rerum
successu maximoque suo quæstu, et tamen illis omnibus omissis in Gallum 15
§.112. universas vires convertit. Ad hæc imperator non fœderibus modo multis, ve-
rumetiam beneficiis immensis devinctus erat Gallis, vel hoc nomine, quod ho-
rum sumptu operaque suas in Italia civitates recepisset. et huic erat quod
ageret, nempe [ut sua tueretur (iam enim Patavium desciverat) et in Burgun-
dia, nempe] ut Geldros hostes gravissimos (in quos belli suscipiendi fuerat au- 20
thor) a nepote suo Burgundionum principe depelleret; et tamen effeci, ut suis
§.113. omissis meum ageret negocium. Cum nulla gens sit apud quam minus valeat
summi pontificis authoritas, quam Anglorum (id quod protinus liquebit, siquis
divi Thomæ Cantuariensis episcopi vitam ac veterum regum constitutiones evol-
verit), ea tamen gens alioqui exactionum impatientissima, passa est se propemodum 25
deglubi: mirum autem quomodo sacerdotes quoque, quamvis a nobis consueve-
rint quicquid possunt subtrahere, has quantumvis mulctas admiserint, haud per-
pendentes cuiusmodi fenestram regibus in posterum aperuerint; quanquam nec
ipsi reges satis animadvertebant quod exemplum induxerint adversus seipsos,
nempe ut liceat Romano pontifici regno movere quem oderit principem. Et 30
rex adulescens maiore etiam motu rem aggressus est quam volebam aut quam
§.114. iusseram, tametsi malebam in hanc peccari partem. Iam vero longum fuerit

---

fratris viduam uxorem duxit dispensante Iulio II. [1] adolescens *2.3.5.8.10.11.15. et sic in sq.* et nuper *2.3.5.8.11.15.* [2] sed *om. 1.10.* [3] dicebat: *1.* [6] Hungarum *2.*. Vngarorum *10.* [10] ac *1.5.10.15.* et *2.3.8.11.* at? [11] acceperunt *2.3.8.11.* [14] rex] Ferdinandus Catholicus. [17] et inm. *3.* et imm. *8.* immēſus deuiet⁹ *1.* [18] huic *1.5.10.15.* hic *2.3.8.11.* [19] ut sua .... nempe *non hab. 1.10.* [20] Geldrios *3.8.11.15.* [21] nepote s.] *Carolo V.* principes *5.* Et sic feci, ut *3.8.11.* [22] agerent *2.3.8.11.* Tum n. g. est *2.3.8.11.* Cum nulla gens, sit *5.15.* [23] quod *omis. 5.15.* [24] Thomas a Becket, *Cantuariensis archiepiscopus anno* 1162. *factus regum Anglorum ecclesiasticam potestatem, quam ante, dum regis cancellarius esset, defenderat, negare cœpit, qua de causa tantum non iussu regis (Henrici II.) ad altare trucidatus est sub finem a. 1170. Divus factus est a. 1174.* constitutionib.] *Cf. e. gr. Mansi coll. concill.* XXI. p. 1187. 1194. sqq. [25]) et sic gens alioq. *3.8.11.* est pr. se *2.3.5.8.11.15.* [26] quomodo] quā *1.10.* quamvis *om. omnes.* quoque, qui nobis consuenerant *2.3.5.8.11.15.* (qui *pro* q̃uis) [27] has] his *1.10.* iis *3.5.8.11.15.* *Pro* has ... admiserint *habet* adduxerim ut regi tributū numerarēt, *2.* [30] liceat postea Ro. sacrifico r. *2.3.5.8.11.* lic. postea Romano Pontifici sacrifico r. *15.* [31] adolescens *5.10.* adolescens maiori *2.3.8.11.* [32] longum *omis. 1.* vero fuerit nimis longum expl. *10.* longum nimis *15.*

explicare sigillatim, quibus artibus eos principes ad tam periculosum bellum excitarim in Christianos, quos nullus unquam pontifex vel in Turcas potuit excitare.

Petrus. At fieri potest, ut bellorum incendium per te suscitatum universum denique mundum corripiat.

Iulius. Corripiat sane, modo Romana sedes dignitatem et possessiones tueatur suas; tametsi conatus sum omnem belli molem ab Italis in Barbaros reiicere; dimicent illi quantum velint, nos spectabimus et fortassis illorum fruemur insania.

Petrus. Hæc ergo nihil pertinent ad pastorem et patrem sanctissimum et §.115.
Christi vicarium?

Iulius. Cur excitant schisma?

Petrus. Atqui peccata nonnunquam ferenda sunt, si plus malorum est a medela. deinde si tu concilium admisisses, non erat locus schismati.

Iulius. Bona verba: ego sexcenta bella malim quam concilium: quid si §.116.
me submovissent a pontificio veluti simoniacum et negociatorem pontificii, non pontificem? quid si omnem vitam meam prodidissent in vulgus?

Petrus. Etiam si verus pontifex esses, tamen satius erat honore cedere quam tantis orbis Christiani bellis malis tuam tueri dignitatem, si modo dignitas est episcopatus indigno commissus, ac ne commissus quidem, sed emptus et arreptus. unde illud mihi obiter venit in mentem, te consilio quodam divino Gallis extitisse pestem, qui prius ecclesiæ te pestem invexerint.

Iulius. Per triplicem coronam iuro, perque meos clarissimos triumphos, si §.117.
mihi bilem moveris, senties et tu vim Iulii.

Petrus. O phreneticum! Verum hactenus nihil audio, nisi ducem non ecclesiasticum, sed mundanum, [nec mundanum tantum, sed ethnicum, imo ethnicis sceleratiorem: gloriaris te] plurimum potuisse ad discindenda fœdera, ad inflammanda bella, ad strages hominum excitandas: ista Sathanæ potestas est, non pontificis: qui Christi vicarium se facit, eum oportet ad illius exemplar §.118.
quam proximum accedere: est in illo summa potestas, sed cum summa bonitate coniuncta, et summa sapientia, sed simplicissima; in te potestatis imaginem video cum summa malicia summaque stulticia copulatam. quodsi malorum princeps diabolus vicarium sibi cupiat subrogare, quem potius asciscat quam tui similem? Dic ubi ubi verum apostolicum egeris?

Iulius. Quid magis apostolicum quam augere Christi ecclesiam? §.119.

Petrus. Atqui si ecclesia est populus Christianus, Christi spiritu conglutinatus, subvertisse mihi videris ecclesiam, qui orbem universum ad teterrima bella excitaris, quo tu impune malus et pestilens esses.

---

[5] coripiat *1.* [7] tuatur *5.* [8] velint] libet *2. etc.* Cf. Plin. H. N. XVIII. 5,5. [10] Pertinet hoc ad pastorem et patrem. *2.* Pertinet hoc ad rem et patrem *3.8.11.* [11] ɔsilium *1.* [17] perdidicissent prodidissentque *2.3.8.11.* perdidissēt prodidissentq; *5.* prodidissentque (*omiss.* perdidicissent) *15.* [18] honori *omnes.* [19] bellis *omis. 2.3.5.8.11.15.* dign. tueri *2.3.8.11.* [20] sed et e. et *1.5.10.* emtus *10.* *(ubique in huiusmodi verbis neglecta* p) [21] concilio *1.10.* [22] inuexerunt. *2.3.8.11.* [23] t. coronam meam *2.3.5.8.11.15.* [25] phræneticum. *1.* [26] nec mundanum .... te *non hab. 1.10.* ne mund. *3.8.* [30] proxime *2.3 5.8.11.15.* [31] Est summa *2.3.5.8. 11.15.* [32] malitia *5.15.* stultitia *5.8.10.11.15.* [34] . Dic ubi verum *5.* Dic ubi virum ap. *2.3.8.11.15. et sic Curæus.* [37] videres *1.* [38] concitaris *2.3.5.8.11.15.* quod *5.15.* inpune *3.*

Iulius. Nos ecclesiam vocamus sacras ædes, sacerdotes, et præcipue curiam Romanam, me imprimis, qui caput sum ecclesiæ.

Petrus. At Christus nos ministros fecit, se caput, nisi nunc secundum caput accreverit. Sed quibus tantum aucta est ecclesia?

§.120. Iulius. Nunc ad rem accedis; itaque dicam: Illa olim famelica omnium et pauper ecclesia nunc adeo floret ornamentis omnibus.

Petrus. Quibus? ardore fidei?

Iulius. Rursum nugaris.

Petrus. Sacra doctrina?

Iulius. Obtundis.

Petrus. Contemptu mundi?

Iulius. Sine me dicere, veris inquam ornamentis: nam istæc verba sunt.

Petrus. Quibus igitur?

Iulius. Palatiis regalibus, equis et mulis pulcherrimis, famulatu frequentissimo, copiis instructissimis, satellitiis exquisitis,

Genius. Scortis formosissimis, lenonibus obsequentissimis.

Iulius. auro, purpura, vectigalibus, ut nullus regum non humilis ac pauper videatur si cum Romani pontificis opibus strepituque conferatur, [nemo tam ambitiosus, quin se victum agnoscat,] nemo tam lautus, quin suam condemnet frugalitatem, nemo tam nummatus, nec fœnerator, quin nostris invideat opibus. hæc inquam ornamenta et tutatus sum et auxi.

§.121. Petrus. Sed dicito mihi, quis omnium primus istis ornamentis et inquinavit et oneravit ecclesiam, quam Christus purissimam pariter et expeditissimam esse voluit?

Iulius. Quid istud ad rem attinet? certe quod est caput, tenemus, possidemus, fruimur, quanquam aiunt Constantinum quondam universam imperii sui maiestatem in Sylvestrum Romanum pontificem transfudisse, phaleras, equos, currus, galeam, baltheum, paludamentum, satellitium, enses, coronas aureas, et auri quidem purissimi, exercitus, machinas bellicas, urbes, regna.

§.122. Petrus. Et extant munificentiæ certa monumenta?

Iulius. Nulla præter paleam unam decretis admixtam.

Petrus. Fabula fortassis est.

Iulius. Id vel ex meipso coniicio: quis enim sanus tam magnificum imperium cederet vel patri? sed tamen valet, libet credere, et omnibus hæc refellere conantibus silentium magnis minis indicimus.

§.123. Petrus. Atqui nihil adhuc audio nisi mundum.

Iulius. Tu fortasse veterem illam ecclesiam adhuc somnias, in qua tu cum famelicis aliquot episcopis frigidum sane episcopum agebas, paupertati, su-
§ 121. dori, periculis ac mille obnoxius incommodis. iam ætas in melius commutavit omnia: alia longe res nunc est Romanus pontifex, tu nomine tituloque dumta-

---

[2] in primis *2.3.5.8.10.11.* inpr. *15.* caput *omis. 5.15.* [4] tantum *1.10.* tandem *2.3.5.8.11.15.* [5] omnium *1.10. omis. alii.* [7] adore *3.* [14] Palaciis *2.* famulitio *2.3.8.11.* [18] nemo tam amb .... agnoscat, *non hab. 1.10.* [20] numatus *3. 8.11.* [26] Constantinum] *Cf. supra vol. I. p.* 155. *sqq.* quendam *2.* (q̃ndã *3.*) *3.8.* [28] balteum *2.3.8.11.15.* : fatellitũ *1.* satellitum *3.8.* [30] istius munif. *2.3.5.8. 11.15.* munificenciæ *3.* [31] palæam *2.* paleam] i. e. Decreti Gratiani part. I. dist. 96. cap. 13. [34] tamen valde libet *2.3.5.8.11.15.* omnibus *1.10.* curiosis *alii.* [35] magnum *2.3.5.8.11.15.* nimis *11.* incidimus *1.* [38] episcopum *1.10.* pontificem *2.3.5.8.11.15.* [39] ac] et *15.*

xat eras pontifex. quid nunc si videres tot sacras ædes regiis extructas opibus, tot ubique sacerdotum millia, plerosque censu amplissimo, tot episcopos armis et opibus summis pares regibus, tot splendidissima sacerdotum palatia? præcipue vero si Romæ nunc videas tot purpuratos cardinales, legionibus fa-
5 mulorum stipatos, tot equos plus quam regios, tot mulos bysso, auro, gemmis ornatos, aliquot soleis aureis et argenteis calceatos? iam si summum pontificem §.125.
conspiceres sublimem in aurea sella militum humeris vehi, ad manum motam passim omnes adorantes? si crepitum audires bombardarum, si clangorem tubarum, si bombos classicorum, si fulmina machinarum videres, si populi ap-
10 plausus, si acclamationes, si omnia tædis collucentia, si summos etiam principes ad beatorum oscula pedum vix admitti? si spectasses Romanum illum sacerdotem pede coronam auream imponentem imperatori, qui rex est regum omnium (si quid modo valent iura scripta), quanquam nihil obtinet nisi magni nominis umbram. hæc inquam si audisses vidissesque, quid tandem diceres?
15 Petrus. Tyrannum plus quam mundanum videre me, Christi hostem, ec- §.126.
clesiæ pestem.

Iulius. Secus loquereris, si vel unum meorum triumphorum spectasses, vel eum quo Bononiam sum invectus, vel quem egi Romæ subactis Venetis, vel quo Bononia fugiens Romam sum revectus, vel quem hic egi postremum, Gal-
20 lis præter omnem spem fusis apud Ravennam; si mannos, si caballos, si militum armatorum aciem, si ducum ornamenta, si delectorum spectacula puerorum, si faces undique lucentes, si ferculorum apparatum, si pompam episcoporum, si cardinalium fastum, si trophæa, si manubias, si in cælum reboantes plebis ac militum acclamationes, si plausu perstrepentia omnia, si lituorum
25 cantum, tubarum tonitrua, bombardarum fulmina, si sparsos in populum nummos, si me veluti numen quoddam sublimem ferri spectasses, totius pompæ caput et authorem: Scipiones, Aemilios, Augustos sordidos ac frugales dixisses præ me.

Petrus. Ohe, satis iam triumphorum, gloriosissime miles, immo illos, §.127.
30 licet ethnicos, odio tui complector, qui cæsis tua causa tot Christianorum millibus triumphos agebas in Christo sanctissimus pater, tot legionibus interitus author extitisti, qui nec unam animam neque verbo neque vita Christo lucrifeceris. o paterna viscera, o dignum Christi vicarium, qui seipsum impendit ut omnes servaret: tu ut unum pestilens defenderes caput, totius orbis exi-
35 tium accersisti.

Iulius. Ista loqueris, quod invideris gloriæ nostræ, dum perspicis quam §.128.
humilis fuerit tuus episcopatus cum nostro collatus.

Petrus. Audes, impudens, tuam gloriam cum mea conferre, tametsi mea

---

[1] si nunc *2.3.5.8.11.15.* nunc? si *10.* [2] plærosque *2.3.11.* [4] si nunc Romæ *2.5.15.* nunc *omis. 3.8.11.* [5] mulas *3.8.11.* [6] ornatas *3.8.11.* [6] soleis etiam a. *2.3.5.8.11.15.* [8] strepitum *3.8.11.* [10] tedis *5.* [12] imperatori Ro. (Romano *8.11.*) *2.3.8.11.* [13] iura *omis. 1.10.* ualerent iura scr. *3.8. Cf. interpp. ad Clem. un. de iure iur.* 2,10. obtineat *5.15.* [14] si uidisses, audissesque *2.3.8.11.15.* [17] expectasses *1.10.* [18] vel eum *omis. 5.15.* eum *omis. 3.8.* [19] refugiens *1.10.* [20] mannos] die teütſchen *Curæus.* [24] lituorum] si oĩa tuo⁊ *1.* [25] cantuũ *10.* [25.26] numos *2.3.8.11.* [27] , tum Sc. *2.3.5.8.11.* Aemilios] Emilos *1.* [29] iam *omis. 2.3.5.8.11.* [30] complecterer *3.8.11.* [31] sanctissimus in Chr. p. *2.3.5.8.11.15.* [32] ne (nec *5.*) unam animulam *2.3.5.8.11.15.* [33] semetipsum *2 3.5.8.11.15.* [36] loquaris *3.8.* invideris *1.3.8.10.11.* invideas *2.5.15.*

gloria Christi gloria est, non mea? Primum omnium si mihi das Christum optimum esse verumque principem ecclesiæ, ipse mihi claves regni tradidit, ipse pascendas oves commisit, ipse meam fidem suo præconio approbavit: te pecunia, te studia mortalium, te fraudes fecere pontificem, si modo pontifex is appellandus est; ego tot animarum millia Christo lucrifeci, tu tot in exitium traxisti; 5
§.129. ego Romam antea gentilem primus Christum docui, tu Christianæ iam gentilitatis extitisti magister; ego vel umbra corporis sanabam ægrotos, liberabam a dæmonio vexatos, ad vitam revocabam defunctos, et quacunque incederem, beneficiis implebam omnia: quid tui simile habuere triumphi? poteram verbo quem voluissem tradere Sathanæ, et quantum potuerim, experta est Saphira 10 cum suo marito; tamen quicquid habebam potestatis, in utilitatem omnium consumpsi; tu omnibus inutilis, si quid poteras (immo quid non poteras?) ad publicam orbis pernitiem vertisti.

§.130. Iulius. Demiror cur in catalogum gloriarum tuarum non hæc etiam addas, pauperiem, vigilias, sudores, tribunalia, carceres, vincula, probra, pla- 15 gas, cruces denique.

Petrus. Recte admones: nam istis de rebus iustius gloriabor quam de miraculis: horum nomine Christus nos iussit gaudere et exultare, horum nomine nos beatos vocavit. ita Paulus, collega quondam meus, cum sua iactat facinora, non commemorat urbes armis expugnatas, non legiones ferro cæsas, 20 non orbis principes ad bella concitatos, non fastus tyrannicos, sed naufragia, vincula, flagra, pericula, insidias: hic est triumphus verus et apostolicus, hæc est gloria Christiani ducis. iactat ille quos genuerit Christo, quos ab impietate retraxerit, non quot ducatorum millia congesserit; denique nos Christo perpetuum iam agentes triumphum laudibus prosequuntur et mali, te nemo non 25 execrabitur, nisi vel tui similis vel adulator.

§.131. Iulius. Rem inauditam audio.

Petrus. Credo, nam quomodo tibi fuisset ocium evangelicas evolvere literas, Pauli measque epistolas lectitare, tot legationibus, tot fœderibus, tot rationibus, tot exercitibus[, tot triumphis] occupato? At ceteræ quidem artes omnes 30 animum desiderant sordidis vacuum curis; Christi vero disciplina pectus requirit ab omni contagio terrenæ sollicitudinis purgatissimum: nec enim tantus magister e cœlo descendit in terras, ut facilem aliquam aut vulgarem philosophiam traderet mortalibus; non ociosa neque secura professio est esse Christianum, voluptates ceu venenum aspernari, divitias perinde ut lutum calcare, vitam pro 35 nihilo ducere: [hæc est Christiani hominis professio:] hæc intoleranda videntur

---

[1] Chr. esse verum princ. *1.10.* [2] tradidit *1.10.* dedit *2.3.5.8.11.15.* Matth. XVI. 19. „*Et tibi* dabo *claves* &c. [3] comprobavit *5.15.* [6] Cristianæ *5.* [8] revocabam *1.10.* revocavi *alii.* ęcunq; *1.* quocunq; *10.* [9] simile tui *2.3.5.8.11.15.* [10] *Cf. Act. Apost.* V. 1...10. faphera *1.* Saphra *5.* Saphyra *10.* [12] immo, (imó, *5.11.*) et quod non *2.3. 5.8.11.15.* [13] perniciem *2.3.5.8.10.11.15.* [14] cathalogum *1.* catalogo *2.8.11.* cathalogo *3.* cathalagum *5.* catalogum *10.15.* [15] addis *2.3.8.11.* [19] Cf. impr. Paul. ep. II. ad Cor. XIII. 23. [22] pericula *om. 1.10.* sed cf. Paul. l. c. v. 26. vere Ap. *2.3.5.8.11.15.* [24] retraxerint *1.* cum Christo *2.3.5.8.11.15.* [28] nam qui tibi *2.3. 5.8.11.15.* otium *2.3.5.8.11.15.* [30] , tot triumphis *om. 1.10.* accupato *15.* ceteri *1.* [31] desyderant *2.3.5.* [32] solicitudinis *2.10.* [29] otiosa *2.3.5.8.11.15.* [34.35] voluptates omnes ceu *2.3.5.8.11 15.* [36] hæc .... professio *non hab. 1.10.* Hæc quoniam intolleranda (intoler. *8.15.*) uidentur, iis qui Chr. sp. non (non *om. 3.* qui non Chr. sp. *8.*) aguntur, ad *2.3.5.8.11.15.*

his qui non Christi spiritu aguntur, ad inania quædam vocabula merasque ceremonias deflectunt, et fictitio capiti Christi factitium addunt corpus.

Iulius. Quid tandem boni mihi reliquum facis, si me nummis exuis, si §.132.
regno spolias, si nudas honore, si voluptatibus abdicas, si vita denique privas?

5 Petrus. Quin tu igitur ipsum Christum infelicem pronuntias, qui cum esset omnium summus, ludibrium factus est omnium; in paupertate, sudoribus, ieiuniis, siti, fame vitam omnem peregit; denique morte omnium probrosissima defunctus est.

Iulius. Inveniet fortassis qui laudent, qui imitentur neminem, his sane
10 temporibus.

Petrus. Atqui hoc ipsum denique laudare est imitari. quanquam Chri- §.133.
stus non orbat suos bonis, sed pro falsis bonis veris et æternis locupletat; at non locupletat nisi prius omnibus mundi bonis abdicatos ac purgatos; ut ipse totus erat cælestis, ita corpus suum, hoc est ecclesiam sui simillimam
15 esse voluit, id est a mundi contagiis alienissimam. alioqui quomodo posset esse idem cum illo qui sedet in cælis, si terrenis adhuc fæcibus immergatur? verum ubi fuerit excussum ab omnibus huius mundi commodis atque etiam, quod amplius est, affectibus, tum denique Christus suas explicat opes, pro relictis mellitis (immo multa aloe tinctis) voluptatibus cælestium gaudiorum gustum im-
20 partit[, pro relictis opibus longe præstantiores].

Iulius. Quas obsecro?

Petrus. An tu vulgares opes putas prophetiæ donum, donum scientiæ, §.134.
donum miraculorum, nisi vilem putas Christum ipsum, quem quisquis habet, in ipso possidet omnia; postremo nisi nos hic pauperem vitam agere putas:
25 ha, ha, quo quisque in mundo est afflictior, hoc uberius deliciatur in Christo; quo quis in mundo pauperior, hoc est in Christo locupletior; quo in mundo deiectior, hoc in illo sublimior et honoratior; quo minus vivit in hoc mundo, hoc magis vivit in Christo: verum cum totum corpus suum purissimum esse voluit, tum præcipue ministros, hoc est episcopos; et inter hos quo quisque
30 maior est, hoc debet Christo similior et ab omnibus mundi commodis expeditior et exoneratior esse. nunc contra video eum qui Christo proximus atque §.135.
adeo par haberi vult, omnium maxime rebus sordidissimis immersum, pecuniis, ditionibus, copiis, bellis, fœderibus, ut ne interim quid de vitiis dicam. et postea cum sis alienissimus a Christo, Christi tamen titulo abutere ad tuam su-
35 perbiam, et illius prætextu, qui regnum mundi despexit, mundanum tyrannum agis et verus Christi hostis exigis honorem Christo debitum: benedicis aliis,

[2] fictitio *1.10.* factitio *2.3.5.8.11.15.* [3] mihi boni *2.3.5.8.11.15.* [4] honore *1.10.* fœnore *2.3.5.8.11.15.* [7] siti, *1.10.* in *alii.* [9] fortasse *2.3.5.8.11.15.* laudet, qui imitetur *2.3.5.8.11.15. (sed emendatione non fuit opus.)* [13] omn. huius m. *2.3.5.8.11.15.* ac repurgatos *2.3.5.8.11.15.* [14] similimam *10.* [15] alienissimum *1.10.* Alioqui qui p. *2.3.5.8.11.15.* [16] fecibus *omnes.* emergatur *1.* [17] hmōi *(huiusmodi) 1.* huius mundi *2.3.5.8.11.15.* [18] anxius *3.8.11.* [19] multo *8.* [19.20] impartit *1.5.10.* impertit *2.3.8.11.15.* [30] pro ... præstantiores *non hab. 1.10.* [22] An *1.10.* Ni *2.3.5. 8.11.15.* [24] agere vitam *2.3.5.8.11.* [25] ha. ha. *1.10. et Curæus.* Ita *2.3.8.11.* delitiatur *2.* [26] quis *omis. 2.3.8.11.* est *omis. 2.3.5.8.11.* [27] hoc *ante* mundo *omis. 2.3.5.8.11.* [29] cum *1.10.* ut inter *8.* [30] debet *1.5.10.15.* sit (*omisso sq.* esse) *2.3. 8.11.* esse *omis. etiam 15.* [30.31] expedio; *1.* [31] exornatio; *1.* exornatior *etiam 10.* [32] omnibus *5.15.* dimersū *1.* demersum *10.* [33] ne quid int. *2.3.5.8.11.15.* [34] postea *omis. 5.15.* ad tuam abuteris *2.3.5.8.11.15.* [36] exig.] agis *3.8.11.*

ipse maledictus; aperis aliis cælum, unde ipse procul exclusus es; consecras execratus; excommunicas, cui nihil est cum sanctis commune: quid enim inter te et Turcarum ducem, nisi quod tu Christi vocabulum prætexis? certe mens eadem, consimiles vitæ sordes: tu maior orbis pestis.

§.136. Iulius. At ego cupiebam ecclesiam omnibus bonis exornatam. sed Aristotelem aiunt tres bonorum ordines constituere, quorum quædam sunt fortunæ, quædam corporis, quædam animæ: itaque nolebam bonorum ordinem invertere, a fortunæ bonis cœpi, fortasse paulatim ad animi bona perventurus, nisi præmatura mors terris me eripuisset.

Petrus. Præmatura sane, nempe septuagenarium, quanquam quid opus erat aquam igni miscere?

§.137. Iulius. Atqui si desunt ista commoda, vulgus nos non pili faciet: quin nunc quoque metuunt et oderunt: atque ita tota respublica Christiana collaberetur, ni contra vim inimicorum sese tueri queat.

Petrus. Immo si Christianorum vulgus conspiceret in te veras Christi dotes, nempe vitæ sanctimoniam, sacram doctrinam, charitatem flagrantem, prophetiam, virtutes, hoc te magis suspiceret, quo a mundi commodis intelligeret mundiorem; et Christiana respublica latius floreret, si puritate vitæ, si contemptu voluptatum, divitiarum, imperii, mortis gentilibus esset miranda: nunc non solum contracta est in angustum, verumetiam si diligentius excutias, ple-
§.138. rosque nomine dumtaxat invenies Christianos. Quæso te, non reputabas tecum, cum esses summus ecclesiæ pastor, quibus modis nata esset ecclesia, quibus aucta, quibus constabilita? num bellis, num opibus, num equis? immo patientia, sanguine martyrum et nostro, carceribus, flagris. tu ecclesiam dicis auctam, cum mundana ditione onerati sunt illius ministri; ornatam vocas, cum mundi muneribus et delitiis inquinatur; defensam appellas, cum pro sacerdotum peculio mundus universus bellis pernitisiossimis conflictatur; florentem dicis, cum mundi voluptatibus ebria est; tranquillam, cum nemine reclamante divitiis, immo vitiis fruitur: atque his bracteatis principibus imposuisti, qui te præceptore docti magna sua latrocinia ac furiosos conflictus 'Christi defensionem' vocant.

Iulius. Atqui ista nunquam ante audivi.

§.139. Petrus. Quid igitur docebant te contionatores?

Iulius. Ab illis nil nisi meras laudes audiebam, phaleratis verbis mea præconia detonabant, me Iovem concutientem omnia, me verum numen quoddam esse prædicabant, publicam orbis salutem, aliaque id genus permulta.

Petrus. Nec mirum sane nullum extitisse qui te condiret, cum tu sal esses insulsus et fatuus: nam id proprium apostolici viri munus, alios docere Christum, idque purissime.

5.6 Aristotel.] Polit. VII. 1. „*τριῶν οὐσῶν μερίδων, τῶν τε ἐκτὸς καὶ τῶν ἐν τῷ σώματι καὶ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ.* Ethic. magn. I. 3. *inverso ordine sic habet ἔστι γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, .. τὰ δ' ἐν τῷ σώματι, τὰ δ' ἐκτός.* 7 aīe *1.* animæ *5.10.15.* animi *cett.* 8 venturus *2.3.5.8.11.15.* 10 esset *1.10.* 13 odorūt *1.* adorant *10. Illud Acci huc pertinet* Oderint dum metuant. 19 esse admiranda. *2.* esset admir. *3.5.8.11.15.* 20 angustissima *3.8.11.* 23 pacientia *2.* 25 mundana *1.5.10.15.* humana *alii.* 26 et *1.10.* ac *2.3.5.8.11.* deliciis *8.* 29 bracteatis *1. 5.10. (substantive)* bracteatis titulis *2.3.8.11.* 30 furiosis *1.* 31 ante hac (s. antehac) *2.3.5.8.11.15.* 33 contionatores *1.5.* concionatores *2.3.8.10.11.15.* 33 illis quidem nihil n. *2.3.5.8.11.15.* 34 Iovem fulmine conc. *2.3.5.8.11.15.* quoddam numen *2.3.5.8.11.15.* 36 Cf. Marc. IX. 49. *etc.*

Iulius. Non aperis igitur?

Petrus. Cuivis potius quam tali pesti: nam tibi omnes quidem excom- §.140.
municati sumus. Sed vis consilium non malum? habes manum hominum strenuorum, habes pecuniam immensam, es ipse bonus ædificator, extrue tibi no-
5 vam aliquam paradisum, sed probe munitam, ne possit a cacodæmonibus expugnari.

Iulius. Immo faciam quod me dignius est, operiar menses aliquot, et auctis copiis meis vi deturbabo vos istinc, nisi in meam deditionem veniatis: neque enim dubito quin brevi sint [ad me] e bellorum stragibus sexaginta homi-
10 num millia perventura.

Petrus. O pestem, o miseram ecclesiam! Sed heus, Genie! nam tecum §.141.
magis libet confabulari quam cum isto teterrimo monstro.

Genius. Quid est?

Petrus. Sunt istiusmodi ceteri [quoque] episcopi?

15 Genius. Bona pars est huius farinæ; verum hic omnium antesignanus est.

Petrus. Tu videlicet hominem ad tot excitasti flagitia?

Genius. Ego minime, immo adeo præcurrebat, ut ipse vix alis adiutus assequi possem.

Petrus. Sane non miror, quod huc tam pauci adveniunt, cum huiusmodi §.142.
20 pestes ecclesiæ gubernaculis assideant, quandoquidem vulgus utcunque sanabile esse vel hinc coniicio, quod ob solum pontificis titulum tam spurcæ cloacæ defert honorem.

Genius. Rem ipsam dicis, sed iamdudum innuit mihi meus imperator et baculum movet, itaque Vale!

25 FINIS.

---

[2] quidem omnes *2.3.5.8.11.15.* [3.4] strennuorum *2.3.5.* [4.5] nouum aliquam P. 2. nouũ aliquem p. *3.8.11.15.* [7] dignum *2.3.5.8.11.15.* [8] meam *omis. 2.3.5.8. 11.15.* uenietis. *2.3.8.11.15.* [9] ad me *non hab. 1.5.10.* sexag.] lx. *2.3.11.* 60.*8.* [10] huc perv. *2.5.15.* [14] Suntne *10.* quoque *non habet 1.* [15] huius est *2.3.5.8. 11.15.* ansignamus *3.* est *omis. 2.3.5.8.11.15.* [19] quod *1.10.* si *2.3.5.8.11.15.* [20] vulgum *3.8.11.15.* [23] iandudum *5.* iamdudumnuit *8.* [24] Imp. Maximiliano I. Papa Iulio 2. mortuo. *addit 10.* [25] FINIS. *dedi ex 1.5.*

Vacuam hanc hiscere paginam nolo, ideo ex Curæi Germanico præcedentis dialogi exemplo locum qui superioribus §§. 123...127. legitur, repetendum iussi.

Petrus. Ich höre warlich nach nichts anders dan weltliche ding.

Julius. Dir getraumbt vileicht nach von der alten kirchen, in deren du mit etlichē hungrischen bischoffen, auch ein schlechter magerer vertroffner Bischoff bist gewesen, der armut, dem schweiß, geferlicheiten, vnd dausentfaltigen scheden vnnd vngefell auß schulden verpflicht vnd vnderworffen. Yetzund aber hat die lenge der zeit alle ding in besserß gewandelt. Es ist yetzund weit ein ander dinng vmb ein Römischen Bischoff. Du bist allein mit dem namem [sic] vnd titel ein Bischoff gewesen. Was würstu gedencken oder sagen wan du yetzund zu diser zeyt seheſt so vil heiliger gotzheüser klöster vnnd stifft mit küniglichen reichtumb vnnd gut erbuwen? Alßo vil dausent priester allenthalbē, den merern teyl mit grossen rey[ch]lichen rentten vnnd gültten begabt? Alßo vil Bischoff, mit waffen vnd rychtum den großmechtigen künigen gleich? Alßo vil kostlicher palast d' priester? Sonderlich aber, wā du yetzund zu Rom seheſt so vil Cardinel in purper bekleydt, mit legionen d' diener vmb geben? alßo vil pferd, me dann küniglich? So vil maulthier mit reynē schneweissen tuch, mit gold vnd edelem gestein gezierd vnd geschmuckt, etlich auch mit silbern hübyßen beschlagen? Wie dan erst, wan du den bapst hoch in einem guldē sessel da her seheſt faren, vnd alle menschen in anbetten zu bewegung siner hand? Wan du das getümel, gestösse oder geklöpffen der büchßen höreſt? das gethön oder erklingen der herhörner? dz || gethön der trümeten? des geklöpffs oder gethemmer des werffzeügs vnd der schlenckern seheſt? Wan du die frolockung des volcks, das anschreyen oder zu ruffen höreſt? Vnnd wan du seheſt wie alle dinng mit brinnenden dortschen vnnd fackeln erleucht werden? Vnd wie auch den öbersten vnd höchsten furstē keißern vnd künigen kaum zu gelassen oder gegeünnet würt, die heylgen füß eins Bapsts zu küssen? Ja wan du seheſt, wie ein Bapst einē Römischen keyßer (der doch ein künig ist aller künigen) die guldin krone mit den fössen vff setzt, solent anders die geschriben recht krefftig sin, wie wol er doch nach der krönung nichts daruon bringt, nach erlangt, dan allein ein schatten eins grossen nammens, vñ ein knechtliche dienstbarkeit, mit deren er eynen Bapst durch gelübt eyd vnd ehre vffs höchst verbunden ist vnd verpflicht ꝛc̄ Ja dißе ding (sag ich) wan du sie gehört hetteſt vnd gesehen, was wurdeſt du dar zu sagen?

Pet. Ich würd sagen das ich sehe einen tirannen ein gewaltigen fursten me dan weltlich, ein findt Christi, vnd ein schedlicher verderber der kirchen. Das (merckstu) würd ich sagē.

Jul. Du würdeſt anderst reden, wan du myner triumphen oder freüdenspiel nur einen heteſt gesehen. Entweders den, mit dem ich zu Bononia bin ingefurt worden. Oder den, so ich zu Rom hab gehalten, da die Venediger gedempt vñ gezwungen sint wordē. Oder den, mit dem ich (als ich vō Bononia flohe) wider ghen rom bin ingefurt wordē. Oder den, so ich hie zu letst gehaltē habe als die frantzosen (on alle zuuersicht oder hoffnūg) zu Rauenna geschlagen sint worden. Ja wan du die teütschen, die reysigē pferd, die spitzen der gewapenten reysigen kriegßknechten. Die gezierde der hauptmenner, das lustig vnd kurtzweilig anschawē od' zusehen der vßerleßnen hübschen knaben. Ja wan du gesehen hetteſt, wie die dortschen vnnd brinnenden fackeln, allenthalben leüchten, ...

. . . . . .

Pet. O hoh, der hoch brachtischen triumphen ist gnug auff eyn mal, du rumreycher theürer held. Dißе dine triumph (wie wol sie heydnisch sint) verhaß ich sie, von dinen wegen, das du der aller heiligeſt vatter in Cristo solche triumph gefurt vnd gehalten haſt, darumb das so vil dausent Cristen menschen von dinent wegen erschlagen vnd vmbkomen sint, das du ein hauptsecher solchs übels souil legion der menschen an lyb vnnd seel verderbt haſt. . . . . .

ORATIO AD CHRISTVM OPT. MAX.

PRO IVLIO SECVNDO LIGVRE PONT. MAX.

A QVODAM BENE DOCTO ET CHRISTIANO PERSCRIPTA.

Plaude, lector, oculos recepit Germania.

Lege et adficieris.

Quanta inter hanc Orationem et Dialogum proxime superiorem cognatio intercedat, ut fere opusculum alterum ex altero enatum dicas, facile legenti adparet; neque vero eidem auctori utrumque adiudicandum esse tam indubitati iuris mihi quam Panzero aliisque visum est, sive vivo Iulio II. composita sit Oratio sive, quod crediderim, circa annum 1512. scripta simuletur: nam ipsa temporis quo scripta est indicationem exempla non exhibent: id unum pro certo affirmaverim, Hutteni non esse. Exempla libelli quæ extare novi, initium quinti lustri sæculi XVI. ætate vix superare videntur. sunt autem hæc:

1.

ORATIO AD | CHRISTVM | OPT. MAX. PRO IVLIO | SECVNDO LIGVRE PONT. MAX. | A quodam bene docto | & chriſtiano | perſcripta.||||

4 *folia in* 4⁰. *Pag. ult. a scriptura vacat. Pag.* 2. *incipit:* ORATIO AD CHRISTVM OPT. MAX. | pro Iulio Secundo || *In fine est* In Germania tandem iam | ſapiente.

2.

ORATIO AD CHRISTVM | OPT. MAX. PRO IVLIO | SECVNDO LIGVRE | PONT. MAX. | A QVODAM BENE DO-|CTO ET CHRISTIA-|NO PERSCRIP|TA. | PLAVDE LECTOR, OCVLOS | RECEPIT GERMANIA, | LEGE ET ADFICIERIS

4 *folia in* 4⁰. *Pag. ult. a scriptura vacat. Pag.* 2. *incipit:* ORATIO AD CHRISTVM OPT. MAX. PRO IVLIO | Secundo Ligure, Pont. Max. a quodam bene docto & | Chriſtiano perſcripta. | *In fine:* IN GERMANIA TANDEM IAM SAPIENTE.

(Panzer, Ulr. v. Hutt. p. 189. *sq.)*

3.

ORATIO | AD CHRISTVM OPT. MAX. PRO | IVLIO SECVNDO LIGVRE PONT. MAX. A QVODAM BENE DO-|CTO ET CHRISTIANO | PERSCRIPTA. | *Lege & adficieris.* |

Plagula 1. *sive* 8 *folia in* 8⁰. *Paginæ* 2. *et tres posteriores a scriptura vacuæ sunt. Pag.* 3. *incipit:* ORATIO AD CHRISTVM OPT. |||| CHRISTIANO PER-|SCRIPTA. | *Pag.* 12. FINIS. *Pag.* 13.: IN GERMANIA TANDEM | IAM SAPIENTE. | *Singulæ paginæ* 24 *versus habent et inscriptionem* ORATIO AD CHRISTVM || PRO IVLIO II. PONT. MAX.

Prodiit hoc exemplum, quod repetendum curavi, proculdubio Basileæ ap. Valent. Curionem. cf. Ind. bibliogr. Hutten. n. XIII. 2.

4.

Cf. supra exempla dialogi IVLIVS. n. 7.

5.

Cf. ibid. n. 13.

6.

Münch, Epp. O. V. p. 459...464.

ORATIO AD CHRISTVM OPT. MAX.

PRO IVLIO SECVNDO LIGVRE PONT. MAX.

A QVODAM BENE DOCTO ET CHRISTIANO PERSCRIPTA.

Domine Iesu Christe, qui vere summus es pontifex et unicum ac unum §. 1.
5 ecclesiæ tuæ caput, quam primus ipse sacrosancta morte tua deo patri reconciliasti, apostolorum sanguine dilatasti, martyrum suppliciis constabilisti, virginum puritate, confessorum pietate ornasti locupletastique (nam huiusmodi præsidiis regnum tuum, utique spiritale, constat), da quæsumus Iulio secundo, ut quod assidue gaudet audire, id re quoque ipsa studeat esse, hoc est sanctis-
10 simus, non inquinatissimus; pater, non tyrannus; servus, non dominus. Tu §. 2.
qui solus es medicus immortalis et efficax, purga cerebrum illius et animi domicilium, in quo tuo numini sedem esse oportebat, omni mania; purga cor eius omnibus intemperiis et illusionibus spurcissimi dæmonis, qui mille dolis non desinit insidias struere tuo gregi, ut tuo iam spiritu ductus atque animatus ea
15 sapiat, ea diligat, ea moliatur, ea sectetur, non quæ sunt huius mundi, id est Satanæ, sed quæ dei, cuius vicarius appellari non gravatur. Tu qui novas §. 3.
omnem creaturam, insere illi mentem sobriam, ut crapulæ nidoribus ac nebulis libera meminisse possit quem occuparit locum, cuius vicem gerere debeat, nimirum tuam, qui repudiatis omnibus huius mundi bonis dilectam etiam ani-
20 mam tuam sponte pro ovibus tuis impendisti, quo veri pastoris officio fungereris reliquisque qui pastoris nomen et vicem capesserent, exemplum relinqueres, fac, ut posthac Iulius non nisi tui spiritus musto repleatur, ut sit sobria quadam et sancta ebrietate temulentus, ut nihil iam eum pudeat nisi turpitudinis, nihil horreat nisi quæ tu odisti, nihil amet nisi cœlestia, nihil sapiat nisi te,
25 in quo uno bona sunt omnia. O transformator omnipotens, qui solus immensa §. 4.
tua potentia vales vel ex Satana angelum lucis facere, profliga a Iulio universam vitiorum colluviem, ne sponsam tuam, quam ut immaculatam haberes, sanguine tuo lavisti, contaminatissimus gubernet; ne is qui omnibus scelerum omnium veniam pollicetur ac vendit, ipse sit sceleribus omnibus obnoxius: ne
30 qui caput ecclesiæ vocari studet, membrum sit diaboli; ne qui claves ostentat, quibus regnum cœlorum aliis aperiatur, ipse sit a tuo regno longe seclusus; ne qui alios a communione sanctorum excludit, ipse nihil habeat cum sanctis commune; ne is per quem ceu canalem omnia sacramenta ad nos derivari dicuntur, ipse nihil habeat sacri; ne qui censor omnium esse debet, sic vivat, ut
35 ab omnibus merito reprehendi possit; ne qui alios infami pictura ulciscitur, ipse plurima fœdissima de se præbeat argumenta, si quis pictura picturam velit retaliare; ne qui tibi proximus est honore loci, longissime absit abs te vitæ dissimilitudine. Quid enim tibi commune cum Belial? quid huic mundo cum §. 5.

---

[1] spirituale *6*. [16] Sathan. *6. ubiq.* [29] is] his *3*. [22] Cf. Act. Ap. II. 13. sqq.
[35] Cf. Hutteni epigr. *In picturam de Cæsare*. [38] Cf. Pauli ep. II. ad Corinth. VI. 15.

tua philosophia? Procul igitur ab hoc eiice sacram auri famem et huius filiam execrabilem Simoniam; tum insanam dominandi cupiditatem, prodigiosas et dictu quoque fœdas libidines, veneficia, cædes, indomitam animi ferocitatem, teterrimam belli sitim ac reliquas id genus animi pestes, cum quis haud quaquam convenit tuo spiritui, per quem mitescunt ac pacantur omnia, ne monstrum 5 tam inauditum ferat ecclesia tua, velut ex deo pariter ac diabolo conflatum, ut qui dei terreni cognomen non invitus audit, nihil minus habeat in corde quam
§. 6. deum. Averte scandalum tam pestilens a populo tuo, ne, in quo pastoris cultum ac titulos agnoscunt, et quem tuas vices sustinere credunt, hunc videant avaritia nihil differre a fœneratoribus, libidine non cedere nequissimis, domi- 10 nandi cupiditate nihil abesse a tyrannis, perfidia nec a lenonibus vinci, religione nihilo præstare Turcis, crudelitate a barbarissimis discrepare. Quod si vitia tolli non possunt, saltem oblivionem immitte tuorum animis, ne benedictiones illius aversentur, si forte in mentem venerit quam detestanda quamque non dicenda manibus illis patret; ne consecrationes illius vilescant, si totius vitæ 15
§. 7. spurcitiem cogitent. Benignissime Iesu, qui vere lux es mundi, illustra pectus illius lumine fidei, ut iam non ab adulatoribus perniciosissimis, qui pessima molienti dicunt 'euge euge', sed de te qui veritas es, pendeat; nec a Iudæis, Chaldæis, sortilegis, sed a tuis sacris literis salutem et oracula petat atque expectet; Petri Paulique, quorum cathedram tenere videtur, evolvat epistolas, has im- 20 bibat, illorum spiritum illinc hauriat, ut quos semper exprimit plumbo, magis exprimat vita; et quibus æquari ac etiam anteponi postulat dignitate, has vitæ sancti-
§. 9. monia non gravetur saltem sequi. Tolle, tolle, Iesu, profundum animi lethargum, tolle crassissimam pectoris noctem, ut videat tuum imperium ab huius mundi dominatu longissime dissidere, tuam sapientiam a mundi huius sapientia ex diametro 25 distare, in summa nihil convenire luci cum tenebris: videat pontificiam dignitatem non in accumulandis per fas nefasque opibus, non in vanissimis titulis, non in fastu strepituque mundano, non in tyrannica potestate sitam esse, quæ tu semper es aspernatus; sed ita demum amplissimum esse pontificem, si vitæ sanctimonia sit principibus quoque reverendus, si vivo dei verbo grassetur, si 30 tuo spiritu sit invictus, si sacrarum literarum scientia dives, si castarum orationum præsidio tutus, si vitæ contemptu semper intrepidus, si crucis æmulatione tibi proximus, ut ita denique summus pontifex appellari glorietur, si tui
§. 9. simillimus esse studeat, qui nunquam quæ tua sunt quæsivisti. Atque his armis vere apostolicis instructus tuis auspiciis veros ecclesiæ hostes fortiter ac 35 feliciter profliget, avaritiam, libidinem, iracundiam, pertinaciam, ambitionem reliquaque vitia, quæ iam sic occuparunt omnia, ut Rhomanam quoque sedem, id est arcem ecclesiæ, sic impie crudeliterque populentur, ut nusquam Satanas regnet insolentius, nec usquam minus sit locus pietati, quam ubi pietatis fontem esse decuit; cum his hostibus, cum his Turcis belligerandum pontifici, sed 40 armis spiritualibus. horum opes quantum attriverit, tantum auxerit opes ecclesiæ. sciat ita rem Christianam propagari, non si flagitiosissimis adiutus copiis magna Christiani sanguinis iactura, summa Christianæ pacis turbatione plusculum oppidorum tyrannide premat Rhomanus pontifex, sed si late regnet in animis hominum spiritus tuus, qui docet terrena hæc, pro quibus ethnici cæci 45
§. 10. digladiantur, pro nihilo ducere. Saltem his malis quæ vidit, sensit, doctus resipiscat, et intelligat quam non sit e re pontificum secularem administrare ditio-

---

19 Caldæis *6*. 21 plumbo] i. e. bullarum sigillis. 27 cumulandis *6*. 29 vita *3*. 34 quæsivit. *6*. 37 Rom. *6*. *ubique*.

nem. Procul hunc furorem avertat tua misericordia ab animo pastoris, ut ob
mundanam ditionem, quam non pauci gentiles paulo cordatiores vel refugerunt
vel deposuerunt, tuus vicarius omnia bello, sanguine, cæde permisceat, ut qui
tuo exemplo pacis omine salutat populum, ipse fax sit belli, et cuius erat
5 Christianos principes bella forte molientes autoritate sua compescere, is modis
omnibus conetur universos Christiani nominis principes ad periculosissimum bel-
lum non excitare modo, verum etiam cogere. Alioqui si quis præter vitia ho- §. 11.
stis est ecclesiæ, quis rogo perniciosior hostis quam pontifex impius? quis
Sulthanus tantum stragis infert ovibus tuis, quantum pastor tuis ornatus titu-
10 lis, cæterum modis omnibus lupum agens? Imo quis æque pestilens Antichri-
stus quam summus ecclesiæ princeps, qui tui nominis autoritate sublimis, Petri
ac Pauli titulis commendatus, tuis decoratus insignibus, tuis armatus legibus,
omnibus his abutitur ad ea quæ tibi tuoque spiritui sunt inimica, et sub pro-
tectoris persona populatorem agit, ut ibi vocetur ecclesia, ubi synagoga est
15 Satanæ, ibi Christus prætendatur, ubi nihil nisi caro, utque nomen hæretici
in eos potissimum detorqueatur, qui pure fortiterque velint esse Christiani?
Quæso, si serpens ille, vetus hostis tuorum, id velit extinctum quod tu con- §. 12.
didisti, quem ministrum optare possit ad hæc magis idoneum quam eum in
quo summa autoritas cum summa impietate, Christi maiestas cum vita diabo-
20 lica sit copulata, ut terrere possit infirmos, fallere simplices, corrumpere me-
diocres, improbis abuti? Exonera, Iesu, Iulium tam intolerandis negociorum sar-
cinis, quibus homo non ætate tantum, verum etiam variis morbis senex in-
digne premitur, ut aliquando per mundanas occupationes vacet intueri scopum
quem tu vicariis tuis proposuisti, videlicet nihil aliud esse spectandum quam
25 ut quamplurimos filios te dignos tibi reddat: negas autem te dignos qui gra-
vantur crucem tuam tollere; porro crucem tollere quid aliud est quam nihil
in hoc mundo vel amare vel concupiscere? At hunc itaque scopum fac ut Iu- §. 13.
lius tuus omnes suos conatus, omnia studia, omnes leges, omnem potestatem
referat, non ad ea quæ tuus spiritus abominatur. nec eo torqueat muneris
30 autoritatem, ut quicquid libeat, id uni liceat impune, sed qui omnibus leges
præscribit, eius vita legum sit exemplar. nec ita sese paret Petri successor,
ut in solis minis, armis et hypocrisi apostolicæ dignitatis præsidium collocet,
utque optimos quosque religionis antistites maxime suspectos habeat ac formi-
det, et apud solos eos veneranda sit pontificis autoritas, qui quod absint lon-
35 gius, pontificis vitam ignorant. Fac ut etiamsi per ostium non sit ingressus §. 14.
in ovile, si per impias artes irrepsit, ne fraudi sit tuo gregi, sed tua iam
virtute immutatus Petrum illum tuum, cuius titulo gloriatur, malit æmulari
quam ethnicum illum Iulium, cuius solum tenuisse nomen abunde satis sit, ut
ne vitam quoque referre libeat; eius nimirum qui omni libidinum turpitudine
40 contaminatus, insatiabili pecunia pariter et gloriæ siti a nullo facinore immu-
nis insanissimam dominandi libidinem immittentibus furiis, postremo nec mente
satis constans, orbem terrarum bellis perniciosissimis commisit, sacra propha-
naque omnia confudit, eoque processit insaniæ, ut optimi cives sint habiti qui
illum e medio sustulerunt ut publicam humani generis pestem. Absit igitur §. 15.

---

[3] ne tuus *G.* [4] ne ipse *G.* [5] auth. *G.* ne is *G.* [10] Immo *G.* [17] verus *G.* Cf. Apocal. XII. 9. [25] Evang. sec. Matth. X. 38. XVI. 24. Marc. VIII. 34. Luc. IX. 23. [30] quidq. *G.* [31] præscripsit *G.* [35] Fac etiam, ut, si *G.* §. 44.] De Cæsare Iulio tum fere perperam iudicare solebant etiam qui Iulio pontifici infensi non erant. [43] insania *G.*

ut hic Iulius Iulio placeat, audiatque pestilentes adulatores Iuliani nominis omen in cœlum tollentes, ne forte cordatior aliquis vitæ similitudinem agnoscens exitum item similem imprecetur; sed Petrum sibi proponat, cui ipse tuas oves pascendas commisisti, sed non nisi ter amorem professo, cuius hæc est vere pontificia vox in evangelio; 'Ecce, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te'; cuius et illa est vere maximi pontificis 'Aurum et argentum non est mecum;
§. 16. quod autem habeo, hoc tibi do'. Quantum absunt ab hac excellentia Petri qui spiritalibus bonis omnino vacui tamen titulos quosdam et mera pietatis vocabula magno vendunt, ac tantum hoc congerunt, et sibi congerunt, quod primus ille pastor se non habere gloriatur. Quam absurdum, ut pauperis Christi vicarius præter aurum nihil habeat, et tantum habeat auri ut satrapas quoque
§. 17. ac reges pecunia possit corrumpere. Hanc igitur tam eximiam Petri sublimitatem magno animo ambiat Iulius tuus, ut vere tuus dici possit; eumque non solum vitiis omnibus libera, ut populus tuus in illo tui videat imaginem, non Satanæ; verum etiam fœdissimam obrue famam quæ de illo toto iam orbe terrarum longe lateque volitat, adeo turpis ut piis non libeat credere, sed rursum adeo constans ut nulli mendax videri possit: quæ quidem bonis mentibus, quas tuus spiritus afflavit, suspiria, gemitum, dolorem adducit, cæterum hostibus fidei risum ac voluptatem adfert, apud quos ob alienam infamiam male
§. 18. audit sanctissimum nomen tuum: prematur igitur hæc teterrima famæ buccina, sed prematur non silentio tyrannicis indicto minis, ut ridicule quod homines sciunt nescire cogantur, quod vident non videre compellantur, quod animo vere recteque cogitant loqui vetentur, sed ipse efficacissimis argumentis, id est vitæ exemplis, hominum maledicentiam redarguat, sublata fronte, unde fœdi mores scatere solent, ut iam bonus sit odor deo in vitam fidelium, non pestilens
§. 19. fœtor in perniciem simplicium animarum. Hæc te, Iesu, pro suo pontifice piis votis orat grex tuus: qui si pro Iulio non meretur audiri, ipse quæsumus pontificem agere non graveris, neque patiaris ut unius vel insania vel impietas tantam pestem adferat rebus humanis. Excita spiritum vel Danielis alicuius, qui senis improbi retundat insaniam; nec omnino sine sponsam tuam fucatis titulis et commutatis rerum vocabulis novo tyrannidis genere opprimi, qui vivis et regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti, deus, per omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

IN GERMANIA TANDEM IAM SAPIENTE.

---

[3] Evang. sec. Ioa. XXI. 15. sqq. [5] Evang. sec. Matth. XIX. 27. [6] Act. Apost. III. 6. [8] spiritualibus *6.* [9] magni *6.* et s. cong. *omis. 6.* [11] satrapas] *Persarum reges.* [14] imagines *3.* [21] fylētio *3.* [25] Cf. Paul. ep. II. ad Cor. II. 11. [29] Cf. proph. Daniel. XIII. 45. sqq. [33] sæc. *6.*

PASQVILLVS

[SIVE

PASQVILLVS EXVL.

DIALOGVS

ANNO M. D. XVIII.

SCRIPTVS.]

Pasquillus

Ain warhafftiges büchlein

Erklerend was list die Römer brauchen mit Creiren viler Cardinäl

auff das sy alle Bistumb Teütscher land vnder sich bringen.

Dialogum hunc ut Ulrico Hutteno auctori adiudicemus, quod multi olim fecerunt, nulla sana ratio suadet, vetant indicia multa eaque tam aperta, ut iis exponendis supersedere debeam. Neque vero Croto Rubiano (quem ipsum potius sub Ciri nomine latere suspicor) libellum adscripserim: nam is Bononiæ tum moratus Romam nondum viderat (cf. Hutt. opp. vol. I. p. 311. §. 15.), et ipse doctius, facetius, salsius, callidius sed et multo Latinius quam hic dialogus scriptus est, sua tum conponere solitus est. Itaque nomen Antileonii auctoris huius dialogi in incerto relinquentes id adicimus, nequis eidem viro adscribere velit, cui nuper Augustanam exhortationem ad principes ne in decimæ præstationem consentiant, (quam hoc signo denotamus *Exh. n. X.*) non sine veritatis specie adscribendam esse disputavimus, Friderico Fischero, sed alterum scriptorem alterius opusculum legisse: ipsi consimiles utriusque libelli loci auctorum diversitatem conprobant. dialogi auctor, Germanus, ni fallor, iuris studiosus fuit; sacrarum scripturarum locos nullos adfert. Hunc Pasquillum sæpius memorant recentiores libelli, Pasquillus Marranus et (qui fortasse Croto adscribendi sunt) Dialogi septem festive candidi, Momus, Carolus *etc.*, S. Abydeni Coralli Germ., Sobii dial. Philaleth. §. 88., alii. Quattuor huius Pasquilli exemplaria Latina, Germanica tria novi. Panzerus etiam (*Hutten* p. 191. sqq.) priora duo Latina exempla descripsit.

1. PASQVILLVS. | *(Rudis Pasquilli icon xylographica)* 8⁰. *folia* 8, *quorum ult. p. vacua est.*

2. Pasquillus
S. P. Q. R.

Primū iter ad Romā faciet te cernere nequā
Præstabitq; seqns via te cognoscere nequam.
Vt per te redeas nequā uia tertia præstat.
Credite romipetis hęc est sententia multis.

Wer zům erstè Rom thut bschawē
Der siecht ein schalck mit synè augē
Wil er zum andern mal dar renne
So lernt er ein schalck erkennen
Kümpt er zům dritten mal do hin
So bringt er ein schalck mit ym
Also pflegen vil zů sagen
Die Rom offt besůgt haben.

8 *folia in* 8⁰. *min. Pagina ult. a scriptura vacat; in pænultima post carmen* 'PASQVILLVS | Pasquillus quondā *etc. est* In Ægypto minori excusum | Anno Dñi. 1520. | *Carmina* Pasquille hespias *et* Exiliū indixit *in aversa inscriptionis pagina leguntur. In fol.* a 2 *est* Pasquillus ad Pontificem. | Ite mouete arma *etc. post quos* 11 *versus, omisso proœmio* Scopus *etc. sequitur dialogus* PASQVILLVS CYRVS | Personæ loquentes. | *etc. qui media pag. pænult. exit.*

3. Pasquillorum | Tomi duo. | *(Indic. bibliogr. Hutt.* n. 55,1.) p. 178...191. *Versus* 1...29. *et ultimi* 8 *leguntur p.* 6...8. 2. *sq.* *quattuor priores in fine positi, ut et* Scopus *etc. omissi sunt. Incipit:* PASQVILLVS EXVL. | NTERLOCVTORES, [*sic*] | Cyrus. Pasquillus. | PAS. *Romam ipse relinquam* ꝛc.

4. Münchius (Hutten. opp. II. p. 437...447.) neglegenter 3. repetiit.

Germanica exempla hæc sunt:

a. **Pasquillus** | Ain warhafftiges büchlein Erklerend | was list die Römer brauchen, mit | Creiren viler Cardinäl, auff | das sy alle Bistumb Deijt-|scher land vnder sich | bringen. | 4⁰. 4 Bll. Rückf. des Tit.: Argument des volgen- den Dialogi. | Schluß auf der Vorderf. des letzten Bl.: Finis. Von diesem oberdeutschen Druck weicht nur in unbedeutenden typographischen Dingen etwas ab

b. **Pasquillus** | Ain warhafftiges buchlin Erklerēd | was list die Römer brauchen, mit Creiren | viler Cardinäl, auff das sy alle | Bistumb Deütscher | land vnder sich | bringen. | (Ebenfalls 4 Bll. 4⁰., auch in den Zeilen- und Seiten-Abtheilungen mit a übereinstimmend.)

c. **Eyn warhafftiges buchleyn Erklerend was list dye Rhö-|mer brauchen mit Creyren viller Cardinäll auf dz sye alle | Bistumb Deutscher landt vnder sich bryngen.** | (Darunter fast blattgroßes Bild: öff. Platz in Rom; auf hoher Säule Pasquin als Pilgerstatue, in der Nähe derselben als abreisender Pilger dem als Geistlicher abgebildeten Cirus die Hand reichend.) 4⁰. 6 Bll. Rückf. des Titels: ¶ Agument des volgendēn Dialogi. | Schluß auf S. 8: Fillis. [Ob dieses c oder a der ältere Druck sei, laße ich unentschieden. Ich führe nur die Varianten der 2 ersten Seiten zur Probe etwas vollständiger an.]

PASQVILLVS.

CIRVS PASQVILLO.

Pasquille, Hesperias tendis velut hospes in oras:
Implevit Latias nuntia fama domos:
5 Siste prius motusque animi mihi dissere causas
4 Usque tuas; tacito pectore dicta feram;
Dic rogo: Cœlicolum cupientes visere templa
Crimine purgato mitia corda gerunt:
Offensus parcas, veniam concede petenti,
10 8 Sin cupis incassum cernere tecta deum.

PASQVILLVS RESPONDET CIRO.

Indixit exilium misero mihi Roma superba,
Contemnit miseros, improba quærit opes:
Infœlix Gallosque Hispanosque advena adibo,
15 12 Impleat ut loculos flava moneta meos.
Roma superba, vale, nummorum quanta potestas,
Aonias sacro vertice pelle deus,
Nec me carminibus decora, sed munere: credo
16 Carminibus miserum iam periisse caput;
20 Dona date astantes, versus ne reddite: sola
Imperat æthereis alma Moneta deis.

PASQVILLVS AD PONTIFICEM.

Ite, movete arma in Turcas, classesque parate,
25 20 Pontifices! nec vos pudeat (proh dedecus ingens)
Quod tribus Hetrusci claudatur Tibridis unda
Lintribus et totum fures impune vagantes
Aequor arent, Romam obsideant? O prisca Quiritum
21 Consilia, o mores, o sæcula dira! ubi Magnus
30 Pompeius, qui fert animo atque ingentibus ausis
Rostratas Cilicum puppes, æratasque transtra
Contudit, inficiens undati sanguine fluctus?
28 Vos turpes proceres, servum pecus, ocia tantum
Quærite, et obscuris vitam traducite in umbris.

---

[2] CYRVS 2. Ad Pasquillum, cum esset peregrinus, Anno M.D.XVIII. 3. [3] *Ante* Pasquille *in 3. est* Via. (= Viator) [4] nuncia 2. [5] discere 1. [6] Usque] Ipse 3. [7] Celicolum 1. cęlicolum 2. [10] recta 2. [11] Pas. 3. Cyro 2. [12] Exiliū indixit 2. Indixi exilium m. mihi: Roma 3.4. [14] Gallos, Hispanos 1.2. [16] numorum 3. [17] Aonias] Amicis, 1.2. deos 1.2. [21] ethereis 1. [22] ad Pontificem *om.* 3. [24] Turcos 2. classemq; 3. [25] pio 2.3. [28] Equor 1. obsideant, 1. [31] Cylicum 2.3. eratasq; 1.

SCOPVS HVIVS DIALOGI

iudicio meo, quanquam plenis naribus.
Sed aliud atque aliud sibi lector formabit argumentum.

¶ Pasquillus Romanus omnium gentium vates: nempe Roma omnium gentium patria est, Plinio authore. ad eum quoque omnium populorum ritus referuntur. is multorum dierum, quare ei de præteritis sicut de præsentibus scribere, simulque in futurum coniicere optimo et præscripto iure licet. Deploratam obsequelam Christianæ plebeculæ nunc et principibus ipsis improperat; tragico, quanquam scito nec minus eleganti cothurno præstigiatoribus (lapsus sum: dico enim prædicatoribus) verbi dei, creaturas infrascriptas puto, quæ voce et opere nobis loquuntur, ipsis enim perinde inculcat, immo in aures susurrat, quod sic scilicet vulgum cunctum (quem non loco, sed opinione metitur Erasmus noster) obedientia ipsa ad baratrum usque seduxerit, quasi diceret 'Ubi tandem supplicii solatium?' Præsupponimus quod Romæ sunt hæredes Pasquilli, videlicet qui magna patrimonia decoxerunt. inde surgit quæstio, Pasquillo decedente e vivis ante satisfactionem voti (devotus enim est ad sanctum Iacobum), utrum

Argument des volgenden Dialogi.

¶ Darmit jr diser zwaien redenden person vnd jr herkömen vernemet, so hat es die gestalt, zů Rom ist ain alte bildtnuß auff ainer seul, vor aines Cardinals hauß lange zeit gestanden, der selb Cardinal hat alle jar dem selben bild ain gestalt lassen machen, auff seinen tag, als Mars, Venus, Saturnus, vñ der gleichen, auff solchen tag das bild vmbhencken lassen, mitt tůchern, das niemant hat sehen mügen, was diß jar dem bild für ain gstalt gemachet sey, biß die menig des volcks (nach dem allwegen grosser zůlauff ist) dar zů komen, als dañ zeůcht man das tůch hinweck, vñ sicht was da sey, demselben machen dañ die Poeten vñ dichter vil verß vnd gedicht, wie dañ ain yeder die scherpff seyner vernunfft zů brauchen, gesehen will werden, das selbig bild haißt Pasquillus. Nun diß jar auff seynen tag, ist solchs bild, wie andere jar verhenckt, vnnd gar vil volcks da geweßt zů sehen, was diß jar dem Pasquillo für ain gestalt angethon sey, als die dichter den vmbhang zohen Ist aldo gestandē ain pilgram wie ain brůder der zů sant Jacob geen will, mit seynem braiten hůt, mantel walstecken, vñ lideren

---

[5] Plin. H. N.III. 5,6. 'Roma terrarum caput.' *Cic. orat. II. contra Rull.* 32. *Senec. de cons. ad Helv.* 6. *Modestinus L.* 33. *Dig. Ad municipalem* 50, 1. 'Roma communis nostra patria est'. *Gratiani decret c.* 37. *Ca. II. quæst.* 7. *(ex Ambrosio)* 'Roma principatum et caput obtinet nationum.' [8] Christiane plebecule, num *1.* . Tragico *1.* [10] creat.] cardinales XXXI uno die a Leone X. creatos. [11] sic *fecit ex* si [16] vivis] cuius *1.*

[16] person a (*ut sæpe* f *pro* s) Do mit yr dyeßer tzweyr redender c vornhemet c [19] zů b (fere solet ů pro ů) tzů c (fere nusquam ů). Rhom c sewl c [20] tzeit c [22] tuchern c [24] grösser b [26] tichter c *et sic infra* geticht c yder c schirff c vernufft c [28] vorhenckt, c [29] angetan c [30] bilgram b ein brůder zu sand Jacob, mit c

possit obligare heredem suum, ut vadat ad sanctum Iacobum. respondet Accursius in glosa finali legis II. de pollicitationibus, et adducit ibi multa iura, 'quod hæres non tenetur hoc voto, sed vadat si velit'. *Urlaub helt do nyemandt.* Parcat reverenda paternitas vestra fatuitati meæ et calamo festinanti, nam ipsum vereor.

PASQVILLVS, CIRVS,

PERSONÆ LOQVENTES.

Pasquillus. Romam ipse relinquam divum Iacobum petiturus. §.1.
Cirus. Quæ tibi causa, ut Romam sanctam deseras?
Pasquillus. Urgentissimæ quidem, et plures.
Cirus. Et quæ?
Pasquillus. Prima omnium, quod cum hactenus per multos iam annos Romæ pluribus inservierim, non nihil me lucraturum sperans, video omni spe me destitutum.
Cirus. Cur, obsecro, omnis tibi spes ablata?
Pasquillus. An non vides quantus sit Cardinalium numerus? §.2.
Cirus. Quid inde? quid tua interesse putas?
Pasquillus. Plurimum inde: adeo enim inter eos sunt pauperes, ut ga-

sach, darauff ain yeder Poet vnd dichter, geschriben vnd sein bests gethon. Aber ainer vnnder den, hatt die person des Pascuillus fürgenomen, in gestalt aines Jacob brüders, der redt mit ainem andern. Cirus genant, vñ sagen die warhait ainander allain, das solches sunst niemandts erfare, wie jr auß disem zůgeschichten dialogo lesen werdet.

¶ Pascuillus. Ich will Rom verlassen, vnd zů sant Jacob geen. §.1.
Cirus. Was ist die vrsach, dise hailge stat Rom zů verlassen.
Pasc. Warlich treflich groß vrsachen, vñ der vil.
Cir. Welche.
Pasc. Auß allen andern, ist das die erst, ich hab biß her manche jar jr vielen hie zů Rom gedienet, verhoffende auch etwas gewinnen, aber ich sich mich aller meiner hoffnung entsetzt.
Cir. Ich bitt dich, warumb kan dir alle dein hoffnung, also benommen seyn.
Pasc. Sichst du nit wie ain grosse zal der Cardinál ist. §.2.
Cir. Was mainst du das dich solchs an gee.
Pasc. Warlich vil, dañ vnder jn seind so arm, das etlich den Cardinal

---

[1] Accur. in glo. fi. lib. ij. de pollic. *1. Ad Ulpiani L. cit. Dig. verba* 'voti enim obligationem ad heredem transire constat' *glossa habet* 'voti enim quod in dando consistit, ... quid autem si voveat ut vadat ad sanctum Iacobum? respondeo quod non transit ad heredem ...' *Accursium vota realia personaliaque q. v. distinguere adparet.* [3] Urlaub] Gelöbniss. [6] PASQVILLVS CYRVS | Personæ loquentes | *2.* PASQVILLVS EXVL. | NTERLOCVTORES, | Cyrus. Pasquillus. *3.* [9] CYRVS. *2.* CY. *3. In sqq. non adnotabo 2. et 3. ubique* Cyrum *per* y *scripsisse.* [10] Vrgentissime *1.*
[20] vergnomen c [22] irfare, c dießem zugeschicken c [23] leßen c [24] wil bc [25] heilige stadt c [26] trefliche große c vill. c [28] iar ir b (nusquam j). Rhom c [29] sihe c [31] bit c benomen sein. c [32] Siheſt c tzal c Cardinal c [33] mainstu b meynst c solche angehe. c [34] vnter yn sein ßo c etzlich c Cardinals huet ßo sie eins c

lerum, si altero indigeant, quidam vix habeant unde sibi comparent; adeo pauperes, ut eorum familia (inter quos longo tempore conversatus expertus loquor) vix inediam depellat.

§. 3. Cirus. Quid tam curiosus tu, o amice, ut eorum tam insecteris inopiam?

Pasquillus. Ex eo omnis spes mihi deperit: nam quo inopiæ consulant, beneficia quæque, etiam minimi momenti, rapiunt, devorant, pervendunt; quid mihi igitur superest spei?

Cirus. Providebit pontifex maximus et tibi inter cæteros familiares suos.

§. 4. Pasquillus. Tot sunt nepotes, nepotum tanta cohors, ut et Cardinales ipsi, qui ex eo numero non sunt, patiantur ob id incommoda: volunt enim nepotes divitias, et quidem ingentes; ad hoc autem acervus beneficiorum necessarius: quid spei igitur reliqui?

§. 5. Cirus. Gratiæ expectativæ hoc tempore dabuntur. siste hic gradum, expecta paulisper, habebis tandem optata.

Pasquillus. Multis iam annis expectativas expectavi, nihil horum datum est. at etsi dentur, quid, putas Florentinos sui immemores? forsan deerunt viris illis remedia, quo minus beneficia pro se aut pro suis piscentur? Disce-

hůt, so sy aines andern bedörfften, kaum zů kauffen haben. Ja als arm, das jr gesind, mit den ich lange zeit in kuntschaft herkömen bin, vñ deßhalben (als der ich erfarn rede) kaum sich des hungers erweren kan.

§. 3. Cir. Lieber freünd wie bist du so hoflich, das dich jr armůt ansicht.

Pasc. Auß dem das mir alle mein hoffnung dardurch entwent ist, dañ darmit sy jrer armůt rat schaffen, reissen sy zů jn, die pfründen, auch die aller geringsten, den stellen sy nach, vñ verschlicken sy, was hoffnung künd mir dañ noch überig sein.

Cir. Der Bapst wirt dich vnder andern seiner diener versehen.

§. 4. Pasc. Es seind seiner freünd zůuil, vnd der selbigen ain so groß getzoge, das auch die Cardinäl, die auß der selben zal nit sein, von des wegen nachtail leyden müssen, dañ die freünd wellen grossen reichtumb, zů dem wil not sein, ain grosser hauff der pfrend, was künd mir dañ darüber zů hoffen seyn.

§. 5. Cir. man wirt jetzůnd gratias expectatiuas, das ist pfründ auß begnadung zů erwarten, außgeben, darumb stee still vnnd bleyb hie ain weil, du wirdest doch zů letst haben des du begeret hast.

Pasc. Ich hab biß her vil jar der vorgemelten begnadung gewart, mir ist nichts geben, vnd ob die gleich außgeben werden, haltst du darfür die Florentiner seyen jr selbs nit ingedenck, villeicht haben sy den selben männern bericht geben, darmit sy dester weniger für sich vnd die iren pfründ erfischen. Ich zeüch schlechts dahin, wil auch nit widerkommen, so lang, biß aintweder die Flo-

---

[1] alieno 2. [3] vix *om.* 2. inædia depellit. *1.* [5] deprit. *3.* inopis *1.* [10] patiunt 2. incōmodam. *1.* [13] Hæ exspectativæ inde a sæc. XII. magis magisque increbruerant. [17] quæ *1.* piscantur? *1.*

[19] sie c *ubique.* bedorfften, c [20] byn c [21] erfaren c [22] frund c bistu b [23] da durch entwedt c [24] armuth rath c [25] kunt c [27] babst c [29] Cardinel c nachteil c [31] pfrend] pferd a b pferde c Cf. §. 6. kundt c [32] itzunt grās erpectiuas c [33] weyll b ut sæpe y pro i [34] lest c bgert c [36] heldest c [37] ingedenck? c mennern c bericht g.] *legit* dixerunt *pro* deerunt. [38] für] vor c [39] widder komen, so c entwedder c

dam, nec reversurus, donec vel Florentini abigantur Roma, vel Cardinalibus fuerit abunde provisum.

Cirus. Ne nimis sis in discessu præceps; ostendam quo pacto tibi optime §. 6.
Romæ sperandum.

5 Pasquillus. Quonam?

Cirus. Si magna tibi nummorum copia, si marsupia plena, brevi tempore potieris non modo uno sed et pluribus beneficiis: nam hic nostro tempore non secus ac cæteræ merces beneficia venduntur: eram altero die nescio cum quibus mercatoribus, ubi tractabatur beneficiorum negotium non secus ac mulo-
10 rum et equorum mercatura.

Pasquillus. Iam dudum id mihi constabat, ut si nummorum mihi vis esset §. 7.
ingens, non beneficia modo me habiturum, sed deum, sacramenta, regnum cœlorum, pontificem ipsum: sunt enim omnia hæc venalia Romæ.

Cirus. Et quidem tam libere, ut liberius nihil hic Romæ agatur quam
15 beneficiorum mercatura, estque eis in fabula id commune, 'quemadmodum Venetiis aromaticæ species, ita Romæ deum ac omnia quæ dei sunt vendi posse.' Sed quid, o Pasquille, ad nos qui omnium sumus pessimi vel ob id quod pauperes? ah!

Pasquillus. Ante annos iam viginti episcopatus prælaturasque maximas, §. 8.

20 zentiner, auß Rom getriben, oder den Cardinälen gnůgsam versehůg geschehen ist.

Cir. Biß nit zů schnell in deinẽ hinweg ziehen, ich wil dir antzaigen, wie §. 6.
dir hie zů Rom am allen besten zů hoffen ist.

Pasc. Wie.

25 Cir. Weñ du vil gelts hast vnd dir dein beitel vol ist, so wurdest du in kurtzer zeit, nit allain ainer, sunder vil pfrenden geniessen, dañ hie zů diser zeit, die pfrenden nit anders, dañ andere war verkaufft werden. Ich was nun anders tags, bey kaufflеůten, do der pfrůnden halben handlung geschah, nit anders dañ in kauff schlegen, der meüler vnd pferd.

30 Pasc. Das hab ich lang wol gewißt, wo ich ein große macht der pfening §. 7.
het, das ich nit allain die pfrůnd, sunder got, die Sacrament, das himelreich, vnd den Bapst selbs kauffen möcht, dañ dise ding seynd alle fail zů Rom, vnnd so frey, das hie zů Rom nichts freyers gehandelt wirt, dañ die kauffschleg der pfrůnden, vnnd ist ain gespöt, das gemain sprichwort, wie die würtze zů Vene-
35 dig in Appotecken, Also mag auch got, vñ was got zůstet, zů Rom verkaufft werden. Aber mein lieber Cire, das geet vns nit an, dieweil wir die aller bösten seyen, darůb das wir arm seyn.

Cir. vor zwaintzig jaren, wo es mir am gelt nitt gemangelt, het ich Bis- §. 8.
tumb vnnd grosse Probsteу leichtlich erlangen mögen, Aber yetz dringen weit

---

[3] optimæ *1.* [9] negocium *2. 3.* ac *omis. 1.* [13] cælorum *2.*

[20] Rhom c Cardinalen gnugsam vorsehung c [22] zychen c [22.23] wye dyr hye zu Rhom c [25] Wan c peutel c wurdestu b [26] zeyt b [27] vorkaufft c [28] leuthen, c pfrůnden b pfrunden c [30] gwißt, wa b pfenning b [31] himelreych b hymelreich c [32] seyl c [32.33] vnd so fr. ꝛc.] Sic usque ad finem §. 7. personæ Pasquilli quæ Ciro dicenda, et §. 8. usque ad verba 'atque fidutia' Ciro quæ Pasquilli sunt, in Germanicis exemplis adscribuntur. [34] wurtze b c [36] die weyl b dye weyl c [37] seyn c *tum* sein b [38] rr c [38.29] Bystüb c leychtlich b c (y pro i in sqq. non indicabo).

si nummi tantum non deerant, facile poteram assequi: modo large cui suppetunt mercatorum banci, magis speranci: sunt enim hi omnium quæ sunt Romæ appretiatissimæ reliquiæ, illic omnis devotio, illic tota curialium spes atque fidutia. sed, ut iam tibi dixeram, mihi non sunt argentarii, quare discedam.

§. 9. Cirus. Perge, mi Pasquille, ut fias fœlix. sed prius quam discedas, alteras ac alteras (si habes) edicito causas.

Pasquillus. Dicam, et libere, sed tibi in aures: scis enim quam sit Romæ res periculo plena verum edicere; omnia enim Romæ licent præter paupertatem ac veri iudicium; hæc peccata sunt in spiritum sanctum, quæ nec hic neque in futuro remittuntur sæculo. sed apud te, qui es ipsissimus ego, libere agam: hic ne morandum, mi Cire, ubi nonnisi fraude, mendaciis, periuriis, et quidem scelestissimis, vivitur?

Cirus. Quo pacto id ostendas?

§. 10. Pasquillus. Perge, obsecro, ad divi Petri ædes, maximis impensis cœptas, vide miserrimum id spectaculum, quam abiecta, quam derelicta sit hæc dei domus.

Cirus. Forte non suppetunt pontifici maximo vires, ut impensas, quæ gravissimæ erunt, ipse sustineat solus.

Pasquillus. An ignoras quot quantasque Iulius secundus ad id omnium

für, die sich der kaufflеüt bench getröstn̄, da ist die eer, da ist die andacht, da ist aller Römischen hoffs verwanten hoffnung vnd vertrawen.

Pasc. Aber ich hab (wie ich dir yetz gesagt) kainen wechßler oder silbermacher, darum̄ zeüch ich da hin.

§ 9. Cir. So far hin lieber Pasquille, das du selig werdest, aber ee du abschaidest, so sag mir auch andere, vnnd andere (ob du die hast) vrsachen.

Pasc. die wil ich dir sagen Aber dir in dein oren vnd haimlich, dan̄ du maist, wie sorgklich zů Rom die warhait zů sagen ist, zů Rom gezimmet sich alle ding, allain armůt, vnd meldůg der warhait, das seind sünd in den hailgen gaist, die weder hie, noch in künfftiger welt vergeben werden küñen. Aber bey dir, der du bist wie ich selbs, wil ich frey reden Solt ich hie bleyben (mein lieber Cire) da allain mit betriegen, mit liegē, mit maynaiden vnd der selben, darnor den thieren grauwen solt, gelebt wirdt.

Cir. in was weg kanst du solichs antzaigen.

§. 10. Pasc. gee hin zů sant Peters kirchen, die mit grosser kostung angefangen, vñ sich wie ain erbermlicher anblick, wie veracht vñ verlassen, das hauß gottes sey.

Cir. villeicht kan die macht des Papst nit genůg seyn, das er den kosten (die aller schwerest sein werden) allain ertragen mög.

Pasc. Weñ du nit maist, wie vil vnd grosses Julius der ander zů disem

---

[2] sperant *3. 4.* *Non intellexerunt lusum.* sperance *Ital.* sperantiæ *Lat. med.* [3] appretiatissime reliquie *1.* appreciatissimę *2.* curaliū *3.* [4] fiducia *2. 3.* [5] felix *3.* [6] adijcito *3.* [9] iudic. (*non* indic.) *omnes.* petā *3.* sunt *om. 1. 2.* [10] seculo. *3.* [14.15] ceptas *1. 2.* [18] grauissime *1. 2.* [19] Cf. Dialog. Iul. §. 26. Exh. ne X. §. 22. et Dialogum Pugna Pietatis. [20] erhe c [21] vor wanthen c vortrawen. c [24.25] abscheydest, Szo c [27] sorglich zu Rhom c [29] wedder hye c vergeben a vorgeben c [31] betrygen c meyneyden c [32] thyrern c werd. c (Sequentia 2 folia meo exemplo c desunt.) [34] ge b [36] Pabst b [38] vnd] vns a b

celeberrimum templum construendum reliquerit opes? Videris insanire, Cire, cum tibi omnium maxime constet quas quantasque ex universo orbe Christiano ad hoc opus construendum collegerit pontifex maximus pecunias; adeo, hercule, ut si in id, ut promiserat, operis, iam non hanc quam cernis, sed treis, sed
5 quattuor omnium celeberrimas construxisset ecclesias.

Cirus. Ut verum fatear, sæpius a mercatoribus ipse audivi ingentem the- §. 11.
saurum exinde pontificem habuisse. sed cur sanctissimus dominus noster huic operi non applicuerit, non constat.

Pasquillus. Hoc est, amice, quod deploro; hoc me conturbat, quod pe-
10 cunias illas immensas, etiam pauperum sanguine undique terrarum angulis conquisitas in palatiis extruendis, in nepotibus ditandis noverim expensas. Dicam §. 12.
verum quo plebecula omnium simplicissima, ultramontana, vel fraude ipsa decipiatur: sunt singulis diebus apud fores ecclesiæ sancti Petri lapidum excisores quam multi; sed quod interdiu construunt, noctu clanculo ad palatium
15 Medices, non Petri, deferunt; sicque lapides noctu migrant, et quod certo certius constat, novi millesimam partem nec in ædificia fuisse expositam: nam vide §. 13.
quid Observantini illi minores contulerint; sive e suis marsupiis (ut universus credit orbis) sive ex indulgentiarum quæstu (ut ipsi asserunt) octuaginta milia aureorum pontifici largiti sunt. quis non obstupescet, quis recto pectore hoc

20 aller kosperlichen tempel zů bawen, reichtumb verlassen hat, so bist du freylich nit bey sinnen, Lieber Cire die weil dir vor andern zum forderſten solchs kündig ist, was vnd wienil der Bapst zů disem werck außzůrichten, gelts, gesamelt hat, auß der gantzů Christenhait, Fürwar so vil, wo er solchs (wie er verhaissen) an diß werck gelegt Er het yetz nit allain diß so du sichst, sonder drey
25 oder vier die aller kostlichsten kirchen gebauwet.

Cir. Das ich die warhait bekeñ, so hab ich zů vil malen von den kaufleü- §. 11.
ten gehört, das der Bapst gar ain grossen schatz daruon gehabt hab. Aber warumb der aller hailigst vnser herr, den an diß werck nit gelegt, da waißt man nit von.

30 Pasc. Das ist auch lieber freünd, so ich klagend bewaine vnd mich betrůb, das ain solchs vnmessig gelt, vnd der armen blůt vnd schwaiß, überal, in allen winckln der gantzen welt zůsamen bracht, die palast darmitt zů bauwen, vñ die freünd darmit reich zů machen. Ich wil war sagen, mit was listen das aller ainfeltigst völcklein §. 12.
(die über das gebürg wonen) betrogen werden. Alle tag seind bey dem eingang sant
35 Peters kirchen, vil stainmetzen, aber was sy am tag arbaitten, das fürn sy bey nacht haimlich zum palast de medicis, also wandern die stain bey der nacht, vnd ist gwisser dañ gwiß, hab das auch erkant, das nicht der tausend tail zů disem baw angelegt ist, dañ sich an was die Obseruantzer barfüsser Münch, hertzů getra- §. 13.
gen haben, auß jren beütlen (wie die gantz welt gelaubt) oder auß dem gewin
40 der genad vnd ablaß (wie sy vorgeben) erobert, mer dañ achtzig tausent guldē, dem Babst gegeben welcher solt nit erschrecken Wer künd das mit geleichem ge-

---

[2] cōstat *2.* [5] q̃tuor *2.* quatuor *3.* [6] fateor. Sępius *1.* [11] palatijs *1.* palaciis *2.* *i. e. vere dicam quo modo.* [12] ultramont.] *Romanis sunt Germani.* [13] Exh. ne X. §. 23. ecclesiæ *om. 2. 3.* [16] expos.] *i. e. expensam.* Cf. Exh. ne X. §. 22.
[17] obseruatini *1.* [18] vrbis *2.* millia *1.*

[20] bistu b [22] gesamlet b [28] her b [40] gnad b vergeben a b

§.14. gestet? Discedam igitur, o amice, ne has fraudes hi oculi deinceps videant: nam crepo cum video sacellanum illum in divi Petri æde qui tam vili pretio animas vendit atque emit, omnia mentiens quæ vel dicit vel promittit, sed hæc stomachato animo.

Cirus. Si altera subest causa, edicito. 5

§.15. Pasquillus. Sat superque iam diximus, at tertiam accipe. Franciscus Urbinas Urbinatum dux dum a nepote pontificis Leonis decimi impeteretur suisque esset e sedibus depellendus, obstitit quoad potuit, (natura enim ita est inditum, ut unumquodque contra alterum se tueatur ac defendat) eo maxime quod omnium sane sentientium (ut dicunt) iudicio naturalis hæres ipse esset, 10

§.16. nihilque ad Florentinum illum Laurentium de hoc principatu attineret. Ubi igitur Leo cum suis Florentinis longe ac ipse speraverat, bellum vidisset protrahi impensasque indies augeri, iam pene exinanitus hanc artem, qua nummos aggregaret, tandem excogitavit: longa enim ac perpetua consultatione habita, tanquam in hoc unico refugio ecclesia Romana conservanda videretur, si XXXI 15 Cardinales uno eodemque die crearentur (iam enim creatio non dei solius, ut olim, sed et pontificis est opus: 'creantur' enim Cardinales suntque humiles pontificis ipsius 'creaturæ'), tantum illinc assequutus pecuniarum ingluviem, ut vix dicere ausim.

§.14. mút tragen Darum̃ mein lieber freünd, ich zeüch hinweg, auff das dise mein au- 20 gen solche betriegerey hinfür nicht meer sehen Ich möcht zerreyssen, wenn ich sich den Capellan in sant Peters kirchen (der vmb so gar schned gelt die altar verkaufft vnd kauffet) das er alles das leügt, so er sagt oder verhaißt, oder das auß zornigem gemút.

Cir. Ist noch ain andere vrsach darunder, so sags. 25

§.15. Pasc. genůg vnd meer, dañ zů vil haben wir yetz geredt, doch vernim die dritten vrsach auch. Franciscus ain herzog zů Vrbin, do der von des Babst Leonis des zehenden freünden übertzogen vñ yetz von dem seinen solt vertriben werden, der sich aber auff hielt so vil er mocht, dann es ist von Natur eingeben, das sich ain yedes ding selbs beschützt vnd wert, Auch angesehen das bey allen 30 verstendigen (wie sy sagen) dauor gehalten, das er ain natürlicher erbe war, vnd

§.16. dem selben Florentiner Lorentzen von solchem hertzogthůmb gar nichts zůstünd. Do nun Leo mit seinen Florentinern sach, das sich weit anders dañ sy verhofften, der krieg in die leng ziehen wolt, vnd sich der kosten teglich meeren vnd gar nahendt erschöpfft waren, do erdacht er jm solche kunst gelt zů kauffen nach lan- 35 gem vñ stetem gehalten radtschlag, als were in dem die Römisch kirch zů behalten allain gelegen. Wie ain vnd dreyssig Cardinál auff ainen tag erschaffen wurden, dann yetz ist die erschaffung nit allain gotes (als vor zeiten) sunder auch werck des Babsts, dañ die Cardinál werden creiert, vnnd seind des Babst demütig creaturen, von denen hat er ain solche summ gelts über kommen, das ichs 40 kaum sagen gethar.

---

[2] sacell. ꝛc.] *papam.* p̃cio *2.* precio *3.* [4] hæc] c̃ *2.* est *3.* [6] Exh. ne X. §§. 21. sqq. et Monitor. I. §. 20. Satis *2. 3.* [7] urbinati *1.* [9] se *om. 1.* [11] hoc *om. 2. 3.* [12] l. *longius atque.* [12.13] protrahi, mihi impensasq3 *2.* [16] dke] 1. Iul. a. 1517. dei] ide *1.* [18] creatura *1.*

[21] mer b [26] mer b [34] meerem b [35] nahent erschöpff b erdachtt b [39] Babst b creiret b Bapst b [40] creaturn b

Cirus. Dic libere, scis enim harum rerum quam sim avidus, quamque mecum omnia tibi liceant: nemo hic est quem revereamur, inter nos hic sermo.

Pasquillus. Dicam, et quidem verissime. ultra quam quingenta milia du- §. 17.
catorum ex his creaturis suis est adeptus: vide quam bonæ creaturæ quæ crea-
5 tori suo tam gratæ: at ubi inter illas creaturas iam maior pars omnibus nummis spoliata, immo et creaturæ se delusas esse viderent (promiserat enim pontifex non nisi paucas creaturas, quibus et abunde in beneficiis providere posset, unde quam hilari vultu ipsi pecunias creatori promiserant; intuentes autem sese illi ipsi XXXI, tantus scilicet numerus, ut etiam Virgo gloriosa puero Iesu
10 timens, ne et ipsum raperent ac in Cardinalem crearent, ad cœlos quantocius apud Mariam transpontinam remitteret, |: fulgure enim cœlos petiit :| tantum inquam eorum numerum, ut pene his providere non posset), subito excogitaverunt creator et creaturæ nescio quæ nova de Sophi, de Turca, Christianæ fidei atrocissimis hostibus: iam Turcam nobis, immo Christianis omnibus imminere, §. 18.
15 cui nisi eatur obviam, actum esse de universa republica Christiana. consultant igitur publice cum omnium principum Christianorum oratoribus, at longe aliter privatim, aliter publice: privatim enim subridentes putant perbelle secum agi

Cir. Sags frey, dañ du waißt das ich solcher ding begirlich bin, wiewol dir
20 alle ding bey mir gezimen, niemandt ist hie den wir förchten türffen, dise red ist zwischen vns allain.

Pasc. Ich wils sagen, vnd auff das aller warhafftigst, meer dañ fünff mal §. 17.
hunderttausent gulden hat er aus disen seynen creaturen erlangt Sihe an wie gůt creaturen das sein, jrem schöpffer so dankbar. Als aber nun der meerer
25 tail vnder disen creaturen alles jres gelts beraubt, vnd sich betrogen zů seyn gesehen haben, dañ der Babst hat jn verhaissen allain etlich wenig zů creiern, die er möcht überflissig mit gůten pfründen versehen, darumb sy auch mit frölichem angesicht, solch gold jrem schöpffer versprochen, vñ dargeben, do sy sich aber selbst vnder ainander angesehen in ainer solchen zal, ain vñ dreyssig. Also das auch
30 die hochwirdig Junckfraw Maria jrs kinds Jesu besorget, sy wurden jn auch hinzucken vñ zů ainem Cardinal erschaffen, darumb hatt sy jn von stund an gen himel geschickt. Wie er dañ in aim blitzen bey der kirchen sant Marie transpontñ zů himel gefaren ist, als nun dises in so grosser zal, gnůgsamme versehung nit geschehen mag, haben der schöpffer vnd creatur yetz behend ain anders
35 erdacht, ich waiß nit was neůwes von ainem Sopffy, von dem Türcken vnd andern des Christenlichen glaubens grausamlichsten feinden vnnd das der Türck vns, §. 18.
ja allen Christenlichen menschen schwärlich oblig. Nun so dem nit mit dapfferer hilff begegnet So sey es geschehen vmb die gantzen gemainen Christenhait, darumb radtschlagen sy, offentlich mit allen Christenlicher Fürsten botschafften. Aber
40 vil anders vnder jn selbs allain, dañ in abgesündertñ radt zwischen jñ, vermainē

---

[1] quam *omis. 1.* quod *3.* [3] Vtra *2.* millia *1.* [4] quæ] qui *edd.* [5] grate. *1.* [6] imò *3.* [7] posset. Vide q. *edd.* [10] cęlos *2.* quātotius *1. 2.* quantocyus *3.* [11] cælos peciit) Tantum *2.* [14] Turcam *om. 2.* imò *3.* [15] christianæ. *2.* [16] principiū *1.* at] Ac *1. 3.* [17] *i. e. ut et dona sponte sua et symbola publice exigenda pontifici darent populi.* subridens, *2.*

[20] niemāt b [22] förchtē b [24] merer b [25] creaturn b [26] Bapst b [27] überflisig b
[30] Jhesu b [32] himell b [37] schwärlich b [40] absönderten b

quando eorum egestati subveniant vel Barbari ipsi; publice decimas, vigesimas, quinquagesimas atque cruciatam universo populo Christiano indicunt; id sibi privatim pollicentes creaturæ, ut habitis Barbarorum aureis nemo e creaturis
§.19. futurus sit pauper. Iam vero quis emulgeat tantam vim auri? Quo igitur optatis potiantur, mittunt ad Hispanos, ad Gallos, ad Anglos, itemque ad Germanos legatos quatuor. et ut videant principes Christiani id non sacri auri amore fieri, interdicunt eis facultates omnes, etiam a iure concessas, inceduntque tam simplices quam olim simplicissimi, nihil præter Christum, et hunc crucifixum prætendentes, nihil præter deum in ore, in corde vero nihil nisi Barbarorum
§.20. argentum gestantes. Et nisi hæc sole clariora tibi essent, (ut puta qui et eos qui missi sunt in cute noveris) longius tecum agerem. et cum huiusmodi sint homines, bone deus, quanta pompa, quanto apparatu urbem exiere, quantoque fastu patrias pontificias aliasque sibi destinatas transiere! nescio si Diocletianus quispiam tanto superbivisset.
§.21. Cirus. Rumores plane sunt per universum iam Christianum populum Tur-

sy als wol zugangen, so sy jrer, armůt vnd gebresten zů hilff kommen, durch das schlecht vnd vnerfarn volck, das sy verfürn, in offnem radt setzen sy dem Christenlichen volck auf allain den zehenden vnd zwaintzigsten fünfftzigsten pfening vnd Cruciaten, aber vnnder in selbst verhaissen sy ainander, weñ sy solches gelt
§.19. von dem volck erlangen, das kainer auß den creaturen künfftigklich arm sey Wer kan ertzelen die macht aines solchen gelts, auff das sy nur solchs jrer begern erfolgen, schicken sy zů den Hispaniern, in Frankreich, Engeland, vnd zů den Deütschen vier Legaten auß, vnd darmit die Fürsten sollen sehen, das solches nitt gescheh võ liebe wegen des hailgen gelts, verbieten sy jn alle macht vnd gewalt die jn auch von rechts wegen sunst verlihen sein, vñ geen da her ainseltiger dañ die aller ainseltigsten, nichts achten, dañ Christum den gecreützigten, nichts dañ got, im mund merung der Christlichen kirchen, vnd nichts dañ der
§.20. völcker vnd Deütschen, gelt im hertzen tragen, vñ wo die solche ding nit klärer dañ die sõ wer, vnd die yhenen so außgeschickt werden, nicht innen vñ aussen erkentest, so wolt ich lenger mit dir reden dauon. Aber nach dem sy solich leit seind (O güter got) mit was gepreng mit was schein seind sy außgetzogen, wie mit grosser hoffart, vñ mit brechtlichen geberd seind sy jr bistumb vnd lender durch zogen Ich waiß nit ob ain Diocletian so vil hoffart getriben.
§.21. Cir. Das geschray ist gleych wol durch das gantz Christlich volck, die Tür-

---

[1] quando] quõ *1.* quum *3.* egestati *2.* [3] creacuræ *2.* habitis] *si haberent, si præstigiæ bene successerint.* [4] Exh. ne X. §. 5. Nã si qs emuget *1.* Nã qs enuet *2.* Nam quis renuet *3.* enumeret *legit versio Germ.* Cf. Exh. ne X. §. 5. „Denominantur-legati-ut-pecuniam emulgeant." [5] ad Anglos *om. 2.* . Itẽ atq3 ad G. *1.* [6] non] nã *1.* [7] . Interdicũtq3 *1.* Interdicuntq; *2. 3.* [8] olim] oim *2.* (omnium) hinc *2.* [9] ore] *plenior h. l. vers. Germ.* [10] qui] qm̃ *1. 2.* quoniam *3.* [11] huiusm.] huiusce *edd.* [12] Cf. Exh. ne X. §. 5. cit. [13] patrias] *regiones, terras.* Dioclet.] „quippe qui primus ex auro veste quæsita serici ac purpuræ gemmarumque vim plantis concupiverit *etc. Aur. Vict. de Cæsarib.* 39. [14] supbuisset. *1.*

[16] hilf b [17] vnerfaren b [20] creaturn a b [21] ertzeln a b [24.25] facultates sive a papa sive a iure concessas non satis inter se distinxit versio. [25] *i. e.* achtende [28] ttagen a [29] die ienen b [31] gebzeng b

cas adesse, nihilque subesse figmenti, imo pontifici maximo sanctissimoque patri ac universo cœtui Cardinalium eum esse animum, ut in Turcas expeditio et equidem validissima paucis ab hinc diebus fiat atque habeatur. ob idque, Pasquille optime, non videntur adeo pontificis ac cardinalium improbanda con-
5 silia, quibus bellorum nervi (pecunias dico) aggregari queant.

Pasquillus. Si Roma mihi patria non foret, si Roma me non educasset, §. 22.
si Romano aere non tanto vixissem tempore, si Romanorum ingenia mihi non adeo essent perspecta, iam tecum irem in gratiam crederemque pro certo quæ tu cum Romanis tuis affirmas. sed novi mores vestros: iam quanto tempore
10 eum habuistis clamorem, Turcam imminere cervicibus Christianorum! Sed dic pro fide tua, quis minus exposuit pro expeditione? quis plura accepit quam vos qui Romæ hactenus Christianorum suxistis sanguinem? Vobis bonus Turca §. 23.
est qui tot tantaque aureorum milia vobis quotannis dat ac per banchos Christianos Romam mittit. quot Alexandri sexti tempore centenaria, immo mille-
15 naria aureorum vobis contra Turcas data! ubi ubi sunt? in quem usum conversa? in eum quidem qui nec nominari debet.

Cirus. Præterita carpere possumus, at emendare nequimus, unde nihil de §. 24.
præteritis mecum agas: at de futuris spes longe amplior longeque certior mea.

Pasquillus. Unde spes tibi hæc ingens?

20 Cirus. Ex his quæ iam deforis vidimus: nam pontificem in universo clero §. 25.

cken·seynd vor handen, vnnd sey kain gedicht, vnd dem Babst vnnd Cardinälen gantz vnd gar im synn, das wider die Türcken auff das aller sterckest, vñ noch in kurtzen tagen der zug sol fürgenomen vnd gehabt werden, dardurch lieber Pascuille, so ist des Babsts vnd der Cardinäl ratt in dem nicht zů verschlahen,
25 ob sy gern die enthaltung des kriegs (das gelt sag ich) auff hauffen möchten.

Pasc. Weñ Rom nit wer mein vatter land, het mich Rom nit ernert, vnnd §. 22.
ich nit so lang in Römischer lufft gelebt het Weren mir auch die mit jrer böß-listigkait, nit so gar offenbar durchsichtig, ich würd villeicht mit dir des ains werden, vnd möcht dir glauben, was du von deinen Römern sagst, aber ich hab
30 eüwer siten erkennet, wie lange zeit her habt jr gesagt, der Türck lig den Christen auff dem nacken. Nun sag auff dein trew wer hat weniger außgeben zů solchem zug, wer hat meer eingenomen dañ jr, die biß her der Christen blůt zů Rom gesogē habt Es ist auch gar ain güter Türck, der eüch so vil tausent §. 23.
gulden alle jar gibt, vñ durch Christlich banck gen Rom schickt. Wie vil seind
35 eüch zentner (oder warer zů sagen) tausenter, der gulden bey zeiten des Alexanders wider den Türcken gegebñ. Wo, wo seins, in was brauch gehört, in dem, so man nit nennen sol.

Cir. vergangen ding mögen wir schelten aber die nit widerbringen, darumb §. 24.
darffst du vergangner ding mitt mir nit handlen, von künfftigñ ist mir zů hof-
40 fen, vnd das gemůt gewisser.

Pasc. Wañ her kumpt dir dise groß hoffnung.

Cir. Das haben wir wol gesehen auß den dingen die du yetz hie verlassen §. 25.

---

[1] *dele* que [2] cetui *1.* [5] aggregare *omnes.* [13] millia *1.* [14] quod] Qd *1.* Quod *2. 3.* Alexandri tempore sex centenaria *3. perperam.* imò *3.* [16] qui nec] Cf. Exh. ne X. §. 16. [17] Cf. Exh. ne X. §. 2. Præterea *1.* possimus *1. 2.* [18] ptis *2.* [20] nam] Num *1.* [21] seind b [26] vaterland b [36] gekert b [40] gewissers b

Romano quam devotus in processione publice (ut dicunt) incesserit, ipse vidisti. num gemitus, lachrymas idque generis multa contemplabaris mecum? Exinde coniicio pontifici atque reverendissimis cardinalibus mentem inesse optimam, quo hæc expeditio fiat.

§. 26. Pasquillus. Dic tibi aut tuis similibus hæc somnia, mihi vero frustra persuades. dic, si pontifici mens hæc de expeditione in Turcas, cur cardinales Romæ degentes tanto apparatu, tanta aurea argenteaque suppellectili superabundant? quantus equorum mulorumque acervus, ut vix Tiberis pons aliquando sufferre possit! cur non partes duplas iam eis abstulit dudum? poterat enim, si hæc faceret (scis tu quam vera dicam) Turcam ex Asia atque Thracia depulisse. sed tantum abest ut hæc vel pontifex capiat vel ipsi tribuant, ut indies suppellectilem illam adaugeant ac longe reges ipsos in his exuperent.

§. 27. Cirus. Nescio quid boni consulam: perge tu; ego hic Romæ manens horum omnium expectabo finem. Dic quid legati reverendissimi expediant, quidve sperandum de eis.

Pasquillus. Quid apud Hispanos quidve apud Gallos agatur, satis sciunt

wilt. Ist nitt der Babst mit aller Römischen gaistligkait so gar andechtig in offner procession gegangen, wie du selbs gesehen Vnd mit mir entgegen, das seüfftzen der zeher vnd der gleichen betracht hast, darauß nim̃ ich, das der Babst vñ die Cardinál gar ein gůt gemůt in jnen haben, solichen zug zů volbringen.

§. 26. Pasc. Solche traum sag dir oder deins gleichen, dañ vergebens vnderstest du dich, mich des zů überreden Sag her ist dem Babst ein solcher zug wider den Türcken im syn Warumb haben dañ die Cardinál zů Rom wonende, so gar übermessige grosse kostlichait, so grosse menig der gulden vñ silber kleinat vñ haußradts, ein solchen hauffen der pferd vnd meüler, das jnen zů zeiten die gantz Tyber bruck zů klain ist, warumb hat er nitt vor langst zwifache kost daruon genomen, wo er das gethon, so het er (wie du waist das ich war sag) den Türckē auß Asia vnd Thracia vertriben. Es felet allain an dē das der Babst solchs von jn neme, oder das sy solchs dargeben. Aber jr kostlichhait wirt teglich gemert, das sy die Künig darmit selbst weit über treffen.

§. 27. Cir. Ich waiß nit was ich gůts dartzů sagen sol, zeüch du hin, ich wil hie zů Rom bleyben, vnd end diser ding warten. Nũ sag mir was richten die Erwirdigesten vnsere Legaten auß, oder was mainst du das von jnen zů hoffen sey.

Pasc. Was biß her mit dem Hispanier vnnd in Franckreich gehandelt, das

---

[1] processione] habita medio m. Martio a. 1518. Cf. Ciaccon. vitt. pontiff. III. p. 312. i. f. 316. init. *Roscoe life of Leo X. ch.* 18. [2] mecum *om. 2.* suppælectili *2.* [8] tyberis *2.* Tyberis *2.* [10] Tratia *1.* [16] apud Hispanos ab Aegidio Viterbiensi, apud Gallos a Bernardo Tarlato s. Divitio da Bibbiena, de quo videsis Ciaccon. vitt. pontt. III. p. 339. sqq. *de Hispanis etiam et Aegidio habet versio Germ.* Fuit is Aegidius Viterbiensis, ordinis fratrum eremitarum s. Augustini prior generalis, inter XXXI cardinales a Leone X. d. 1. Iul. a. 1517. creatus. Cf. Ciaccon. l. c. p. 395. sqq.

[17] gaistlikeit b [19] Bapst b ut fere solet. [20] zugk zu volbrengen c [21] aber c vorgebens c [25] silberklainet b [26] brucken c tzwysachte c [28] feylet c [30] gmert b [35] Was c dtm a

omnes rumores; nescio autem si crediturus sum unquam quæ e Germania atque Anglia huc ad nos devenerunt, quod scilicet Angli perhumane suum exceperunt Campegium, Cæsar ac Germani principes item Caietanum suum tanto apparatu atque lætitia, ut dici vix queat. at ubi de bellorum nervo sermo habitus, gen- §. 28.
tes heæ, quæ suapte natura sunt iræ omnium impotentissimæ, quantum incan-
5 duerint, quanto ludibrio hanc Florentinam industriam habuerint, non satis possit legatorum curialium literis exprimi: scribunt enim indies ac omni die deteriora; stolidos dicunt et Anglos et Germanos; deplorant vices suas, quod tandem ultimo sapere cœperunt Barbari; quod etsi sero, nimis tempestive tamen contra se actum putantes: videntur altera sæcula, videtur alter mundus eis qui
10 alias ingentes summas evexerant.

Cirus. Mi unice, si vera sunt quæ propalam hic Romæ circumferuntur: §. 29.
dubito autem figmenta esse quæ hi dicunt; nosti enim quam hic Romæ omnes sint de pontifice maximo et reverendissimis cardinalibus ad mala proferenda promptissimi: ob id vehementer dubito vera non esse quæ circumferuntur.

15 Pasquillus. Utcunque, si vera sunt, nihil mirabilius, nihil monstruosius §. 30.

ist durch gemain gerücht hie meniklich wissent. Aber ich waiß nit ob ich ymmer widerkömen werd Von Deütschen vnd Engeland vnd Hispaniern ist die sag, das die Engelender iren Compegium, die Hispanier jren Egidium gar erberlich entpfangü, der Kayser vñ die Deütschen Fürsten jren Cayetanum mit grossem bracht
20 vnd gebrengk in frölichkait (das kaum zů sagen ist) angenõmen haben. Aber do §. 28.
sy jr anbringen gethon vñ jr red von den krefften des kriegs (domit sy das gelt mainent) geweßt ist, wie groß dise völker so gar darob entzünt vnd solche behendigkait der Florentiner gantz verachtlich, für ain spot gehalten, das mögen der selben legaten hoffgesind, in jren brieffen nit gnůgsam außtrucken die sy teg-
25 lichs (vnd alle tag meer ergers) hieher schreiben, sy haissen die Engelender vnd Deütschen tholl vnuersunnen leüt, so beklagen sich irs beuelchs, den sy auff sich genomen haben, die weil yetz zů letst die Deütschen auch weyß worden seynd, wiewol vil spat, so bedunckt sy doch jn vil zů frů, sy sehen ain andere welt, andere zeyt, vnd nimmer die, die sich vor haben vmbfürn lassen.

30 Cir. seind anders dise ding (lieber freünd) war, wie hie zů Rom allent- §. 29.
halben geredt wirt. Aber ich zweyfel, ob dise ding, darnon sy sagen, vileicht erdicht weren, dañ du hast selbs gůt wissen, das menigklich hie zů Rom dem Bapst vnd Cardinälen übel nach zůreden am allergnaigtestñ ist, von des wegen zweyfel ich fast, das dise ding, so sy geredt werden, nit möchten war seyn,

35 [Pasc.] im sey nun wie im wöll, ist es war, so bedũcket mich nichts seltza- §. 30.

---

[1] unq̃. E Germania *1.* [3] Campeiũ *2.* [4] lęticia *2.* [5] heæ] eæ *3.* ire *1.* impotentissime, q̃nto *1. 2.* [8] uires *1.* [9] ceperunt *1.* cęperũt *2.* Qd si fero *1.* [9. sq.] Similibus fere verbis utitur Menius in responsione ad Croti apol. §. 10. (cf. supra vol. II. p. 459.) secula *3.* [10] alias ... evex.] *feci ex* alias gẽtes eas luexerãt. *1.* alias gẽtes eas inuenerint. *3.* *Ex Germ. versione coniectaveris* quam olim gentes eas uexarant. [14] quam] q *1.2.* (quod pro q̃) [16] Vtrũq3 *1.* Vtrunq3 *2.* mõstrosius *2.* [16] immer b ymer c [17] widerk. w.] *falso legerat* rediturus sum *pro* cred. s. [18] Compegiũ b c Hispaner c erbermlich a b erberchlich c perhumane *Latine.* [20] frolikeit c [22] entzindt c [23] vorechtlich c [25] Engellender c [26] vnuorsunnen c [27] wurdẽ c [28] früe c [29] umb furen c [33] gneigsten c [34] gereth c [35] *Pasquilli nomen h. l. omis. omnes.* wöl b wolle c bedũckt b

dici potest, quam Anglos, quam Germanos aliquando sapere cœpisse ac aliorum nescio quas prævidisse fraudes. dii boni, ubi creaturæ restabunt? quis nummos rependet? impensas ingentes ac nimios fecerunt labores: sitim, vigilias ac famem nonnunquam patientes vacui redibunt? quis apparatus suos hos
§. 31. magnificos persolvet? Discedam ego, ne horum particeps tandem et ipse cogar decimam, vigesimam atque quinquagesimam de penu nostro dissolvere: si enim Barbari nolunt, nobis tandem imminebit periculum: scis enim tu, mi Cire, quam vehemens qualeque sit Florentinorum simulque creaturarum in extorquendis aureis ingenium; non cessabunt, ita me dii adiuvent, (nisi desuper veniat auxilium) quoadusque sua avaritia universalem destruant ecclesiam.

§. 32. Cirus. Forte hæc non ita se habent; quodsi (quemadmodum vehementer addubito) vera sint, non ob hoc tamen desperandum quasi iam de nobis sit actum: emendabunt se in curia Romanus pontifex et suæ creaturæ, videntes Barbaros ipsos iamiam etiam ingenia eorum novisse.

Pasquillus. Ah, Cire, iam non videris esse ipse qui esse solebas, neque tu nosti curialium Romanorum mores: tibine conscium Romanorum ingenium? tibi spes est emendæ?

mers noch wunderbarlichers, dañ das die zů Engeland vñ Deütschen doch zů letst, auch angefangen haben weyß zů werden, vnd durch der andern betrug, gelernet jn selbs fürsichtig zů sein, wo bleyben nu (o jr lieben gött) die creaturen, wer gibt jn nur ir gelt wider, o wie grosse mechtige darlegung vnd vnzalbar arbait haben sy gethon, durst, wachen, hunger vnd kumer erliten, vnd sollen yetz wider lár haim kömen, wer wirt jn iren grossmechtigen bracht vnd gebreng beza-
§. 31. len, ich zeüch hinweg, darmit ich der ding nit tailhafftig, vnd zů letst auch bezwungen werde, den zehenden, zwaintzigsten, oder fünfftzigsten pfening zů geben, dañ so die andern land das nit thůn wöllen, so wirt vns solche gferligkait obligen, du waißt wie behend, vnd was der Florentiner, auch der creaturen, gelt zů überkommen, list vñ scharpff synn, sy werden nit auff hören (als mir got helff) es kum dañ darüber ain andrer rat, biß sy mit irer geytzigkait, die gantzen Christenlichen kirchñ gar zerbrechen.

§. 32. Cir. Es mag villeicht solches nit also sein, vnd ob das, wie ich fast zweifel, wär, darumb ist nit zů verzagen, allain ob es darumb solt gar auß sein, dañ sy werden sich selber zů Rom bessern, der Babst vnnd sein Creaturen, weñ sy sehen das die andern völcker yetz ir listigkait vñ gescheidigkait erlernet vñ erkant haben.

Pasc. Jetz wirdest du erst nit mer fur den angesehen, der du vor gewesst bist, waist du nit der Römer sitten, bist du dir selbs so vnwissend, kenst du dich selber nit, hast du ainige hoffnůg der Römer besserung.

---

[1] cepisse *1.* cępisse *2.* [1-2] aliorum] *an* Italorum *scribendum?* [4] patientes] partes *1.* pertæsi *3.* suos] *eorum, cardinalium creatorum.* [5] pticipes, *2.* [6] pœnu *2.* [12] addubio *2.* [14] iugenia *2.* [16] curaliũ *1.* [17] emēde. *1.* emergēdi. *3.* (*emenda* = Buße, Beßerung.)

[19] betrůg b [20] vorsichtig c göt b got c [22] erlyden c [23] lere c [25] zwantzigsten c pfennig c [29] helf b [30] zerprechen. c [33] pabst c Creaturn b Creatur c [34] ir] in a. gscheydigkait b geschidigkeit c [36] wirdestu b c [37] pißt c

Cirus. Certo mihi persuadeo, cum ipsi se sentient deprehensos in fraude §.33.
sua, resipiscent ipsi tandem vel sero.

Pasquillus. Scis quam ad cor conversi fuerint ob ditissimi regni Bohemici ab ecclesia defectum, quantum eis illud cordi fuerit: num quidpiam eorum
5 abusuum abrogarunt, ob quos Bohemici desciverunt? minime quidem. ita et deinceps, mihi persuadeo, fiet, maxime Florentinis rem publicam Christianam moderantibus.

Cirus. Id mihi summopere displicuit, mi Pasquille, ut cum ipsi ingentem §.34.
acceperint a Barbaris nostris contra Turcas pecuniam, nihil harum in commune
10 prodeat, nec quidpiam sit præ oculis (ut dicunt) quo in Turcas fiat expeditio.

Pasquillus. Quasnam?

Cirus. Annatarum.

Pasquillus. Id quarto mihi loco stomachum movet, quo hinc discedam, §.35.
ut vel divo Iacobo de his annatis querar. scio ego; tunc (ut es solers) iam
15 vides quantum auri illinc sit haustum? ad annos quattuor Calixto ipsi assen-

Cir. Gantz für gewiß, acht ichs bey mir, dañ so sy empfinden, das sy an §.33.
jrer betriegerey ergriffen, sy werden in sich selbs geen.

Pasc. Nũ waist du doch wol, wie sy in jr hertz gangñ, von wegen des
aller reichsten Künigreichs zů Behem, von der kirchen abgefallen, wie groß jn
20 das angelegen, haben sy auch ye der selben mißbreüch ainen abgethon, dariñ da
die Behem geergert, warlich gar nichts, also wirt hinfür (als ich halt) auch geschehen, sonderlich alle die weil die Florentiner den gemainẽ christenlichen stand
regieren.

Cir. mir hat auch noch ains gröslich mißfallen, das sy so ain grosse summa §.34.
25 von den Deütschen überal wider den Türcken empfangen vnd eingenomẽn, vnd
das so gar nichts in gemain des zů liecht kumpt, vnd das yetz so gar nichts vor
augen seyn soll, ainen zug wider den Türcken zů machen.

Pasc. Was summa gelts mainst du.

Cir. die Annata.

30 Pasc. Das hat mich zum vierden gröslich in zorn bewegt, darumb ich auch §.35.
von dannen ziehen wil, vñ dem hailigen sant Jacob von solchen Annaten klagen, aber du bist mir zů geschickt vnd vor komen, wie vil mainstu gelts dardurch geschöpft sein worden Zů den zeiten Calixti, haben die Fürsten das auff

[1] sentiũt *1.* [4] qppiã *2.* [5] abusum *1.* abusiuũ *2.* [9] harum *sic edd.* ingentes ... pecunias *præcessisse debet.* [10] qspiã *2.* [11] *i. e. pecunias.* [13] Cf. Exh. ne X. §. 12. In *1.* quarto[q̃to *2.* (quanto). [14] tu me *2.* [15] vides] venis *2.* q̃tuor *2.* quatuor *3.* Calixti ipo *1.* Calixto]? *In* Concordia in concilio Constantiensi inter Martinum V. papam et nationem Germanicam (*d.* 3. *Mai. a.* 1418.) *facta legitur cap.* 3. „De Annatis. De ecclesiis et monasteriis virorum duntaxat vacantibus et vacaturis solventur pro fructibus primi anni a die vacationis summæ pecuniarum in libris cameræ apostolicæ taxatæ, quæ 'communia servitia' nuncupantur ... Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum a die habitæ pos-

[16] vor *c* gwiß *b* pey *c* [17] betrygery *c* [19] abfallen *b* [20] mißpreüch *b* mißbrauch *c* [22] christenliche *b* [23] regiren *c* [25] entpfangen *c* [27] fall *c* tzuck *c* [30] hatt *b* [31] sand *c* [32] zugeschickt vñ in v'kumen, *c* [33] geschöft *b* geschopfft *c*

sere principes; iam ad annos quos vides durant, perpetuo, ni principes resipiscant, duraturæ; nec in urbe quispiam qui vel sciat contra Turcas eas im-
§. 36. pendendas: iam in officiis publice divenduntur. ac miseri Barbari ipsi (nimis autem, nimis Græcani, ac si mavis Italicani) hactenus magno ipsorum incommodo, iactura maiore, uti bestiæ ac omnium ignorantissimi ab Italis refutati census hos annuos contra deum, contra æquitatem impenderunt, et nisi principes (ut paulo ante dixi) resipiscant, nec æs Barbaris ipsis sufficiet, quo ho-
§. 37. rum hominum avaritia expleatur. Ob id maxime hinc mihi abeundum, ne infernus terra me tandem absorbeat; ac tam diu illinc moraturus, quoad deus maximus divusque Petrus rem in meliorem restituerint formam.

Cirus. I ergo fœlix, ac siquid Hispani parturierint salvi, nos quantocius certos redde: nihil enim præter Carolum potentissimum regem nobis salvi est relictum.

vier jar bewilligt, die weren noch biß her, vñ ewigklich (wo sich die Fürsten nit darwider setzen) kainer ist in der gantzen stat Rom, der da waißt dz solchs wider die Türcken sol gebraucht werden, dañ die in ampten yetz offentlich ver-
§. 36. kaufft, vnd die armen Deütschen, gantz vnd gar, vō den walhen mit jrem grossen nachtail, grossen schaden, als die bösten, vnd als vnwissend veracht vnnd hindan geschert, das sy solch järlich zins, wider gott vnd seyn gerechtigkait verthün, vnd on werden, vnd wie die Fürsten (wie ich nechst gesagt) dem nit wider steen, so wirt alles der Deütschen ertz vnd gelt nit gnůg seyn, diser men-
§. 37. schen geitzigkait zů erfillen, von des wegen ich aller maisten wil hinweg ziehen, auff das mich die hell oder das ertrich nit verschlich, vñ als lang von hiñen bleyben, biß der gröst got, die ding in ainen besseren form vnd wesen bringt.

Cir. so gee hin selig, vnd was die Hispanier güts geschafft, vñ wie es jn zůsteet, laß mich forderlich wissen, wir haben doch nichts zů vnserm hail, dañ den allermechtigsten Künig Carolum.

---

sessionis pacificæ totius vel maioris partis solventur et pro media parte alia infra sequentem annum" *etc. et cap. XI.* „De horum concordatorum valore. Item sanctissimus dominus noster papa et inclyta natio Germanorum consenserunt et protestati sunt, quod omnia et singula supra dicta durare et tolerari debeant usque ad quinquennium duntaxat a dato præsentium numerandum .... sed lapso dicto quinquennio quælibet ecclesia et persona prædicta liberam facultatem habeat utendi quælibet iure suo ..." *Frustra etiam* decreta Basiliensia (tit. IX.) *statuerunt quod* „de cetero nihil penitus ante vel post exigatur ratione litterarum bulle, sigilli, annatarum, communium et minutorum servitiorum, primorum fructuum, deportuum aut sub quocunque alio titulo ..." *cf.* Avisamenta a. 1441. Moguntiæ concepta, §. 10. Iam a. 1448. quæ Martino V. concessæ fuerant annatæ Eugenio IIII. permittuntur nulla temporis præscriptione adiecta.

[1] ni] in *1.* [2] durature *1.* [4] grecani *1.* [6] ho anno. *1.* æqtate *1.* [7] es Barbarinis ſ. *1.* æs] eas *3.* nec eas ſufficiet, *2. om.* Barb. ips. ipsis *om. 3.* [8.9] infernus, *1.* inferius t. *3.* aut terra *vers. Germ.* [10] restituerit *1.2.* [11] q̃ntotius *1.* q̃totiꝰ *2.* quantocyus *3.* [12] Carol.] *mox imperatorem deligendum: exeunte anno* 1518. *hic Pasquillus in publicum prodiisse videtur.*

[14] bewilgt c wu c [16] offentlich c [18] aller vnwyssende veracht c [19] solche ierliche tzynß c [19.20] vorthun c [20] negest c [22] geitzkeit c [23] hel b aber c vorschlich c [24] eynem c [25] geschaft b [26] zustehet c [27] mechtigistenn konig c

Pasquillus. Vale, frater, pro me ad deum maximum preces effundito. §.38.
si quidquam, cum redierint legati, novi attulerint, ad ultimas Hispaniarum oras
mihi mittito. Vale.

PASQVILLVS.

5 Pasquillus quondam fueram, regnante Leone
Mars, Phœbus, summus rex quoque cœlicolum;
Advena sum Teucris, misera tibi, Roma, caveto,
4 Ni Decimus faveat pastor. abite procul,
Audite, o proceres, libertas maxima Romæ
10 Est hodie, scribit quod sibi quisque libet;
Nunc impune licet laudare et carpere mores;
8 Tanta est Pasquilli gratia multiloqui.
Sed forte si aliquid salsum aut emunctius audes,
Tollitur, ut vero non sit in urbe locus.
15 Ergo hæc libertas Romæ est, o tempora, vana,
12 Non est libertas, sed grave servitium.

Pasc. gesegen dich got lieber brůder, vnnd geüß auß dein gebeet für mich §.38.
zů dem höchsten gott, vnnd so die Legaten wider kommen, vnd ichts neüwes
bringen, das thů mir an die eüsserſten ort der Hiſpanier zů wiſſen.
20 Vale Got behůt dich Ich far dahin.

Finis.

---

[2] q.lq3 *1.* qeq̃ *2.* quicquam *3.* [3] mitti. *2.* [4] *Ad versus* 1...4. *explicandos facit dodecastichon quod est in* Pasquill. tom. II. p. 2. sq.:

Pasquillus cum esset Orpheus sub Leone X. Anno MDXV.
Vix totidem formas habuit Vertumnus et ille
Qui pelagi incoluit littora Carpathii:
Nam modo Neptunus, modo sum Grynæus Apollo,
Nunc mitram et Bacchi cornua fronte gero;
Interdum Odrysii Martis fera bella ministro,
Nonnunquam Alcides horrida monstra domo;
Denique divorum atque hominum captare figuras
Cogor et in quosvis se mea forma refert.
At nunc Bisthonius, pecten sylvæque sequentes,
Ut taceam qui sum, sat tibi signa dabunt.
Miror, Roma, tamen, cum sit tibi cura Priapus,
Cur mage non facias me tibi Lampsiacum.

[6] , Phœbus ſummus, rex *1.* celicolū *1.* cælicolū *2.* [7] Teucris] Cf. sq. pag. misera] miſſa *1.* [9] Versus 5...12. extant in Pasquill. tom. II. p. 8. [15] est? ô tempora uana: *3.* In eorundum Paſquillor. tom. I. p. 94. [*i. e.* 90] hæc legitur

Paſquilli Valedictio.
Roma, vale! vidi: satis est vidisse: revertar
Quum leno, meretrix, scurra, cinædus ero.

[17] gieß *c* gebet *b* gebett *c* [18] ichts *c* nichts *a b* [19] orth *c* [20] behut *c* oa hyn. *c* [21] Fillis. *c*

PASQVILLVS DE SE IPSO ET ORIGINE SVA.

Ut propriam noscat pubes incana figuram
Et ne vana meæ narretur fabula sortis,
Ipse canam (prima repetens ab origine cuncta)
Fataque fortunasque meas, quo nomine dicar,
5 Cur durum in lapidem versus prærupta petivi
Æquora, cur iterum superas erectus in auras
Lauder, et immoto lapidi serventur honores
Certatimque ferant sublimia carmina vates.
Sum Lycha, Orescuntis quondam mæstissimus Hylæ
10 Ductor, cui nunquam similis erravit in orbe;
Infœlix cupiens subito mandata referre,
Dum vult Alcides Cenæo sacra parare
Vota Iovi, fusam Nessæo sanguine vestem
Perfero, quam mittit coniunx: capit inscius heros
15 Induiturque: mali vis it diffusa per artus
Herculeos, late virus descendit ad ossa.
Letiferam cum non posset rescindere vestem,
Fervidus hæc in me turbato protulit ore:
O facinus! mortis autor certissime nostræ,
20 Haud impune feres nostris contraria fatis:
Ipse uror, gelidis tu nunc morieris in undis!
Nec mora: dicentem verba excusantia pernix
Corripit Alcides liquidumque per aera mittit.
In saxum pendens corpus lapidescit in auris
25 Atque exsangue metu tandem consedit in undis
Euboicis, formæ servans simulacra prioris.
Heu quoties pandas cervici instare carinas
Conspexi et miseros nautas erroribus actos
Illisos tenuem scopulis effundere vitam!
30 Atque adeo hæc cunctis iniecit fama timorem,
Ut nemo Euboici ratibus tentare latebras
Auderet magno donec, Neptune, tridente
Vertisti rigidi prægrandia robora saxi.
Quamprimum evelli sensi me, quærere terram
35 Paulatim nitor, medioque ex æquore lapsus
In siccam tandem felix appellor arenam.
Nunc me Roma tenet sortemque miserta quotannis
Turba pædagogûm meritos instaurat honores.

IDEM DE SE IPSO.

Si non sum sicut estis, habent mea pondera causam:
Deucalion saxum volvere non potuit.

Quæ hic lacunæ explendæ causa addidimus carmina, ex Pasquillorum tom. I. p. 1. sq. deprompta sunt. De Pasquilli metamorphosi Lichaque et combusto Hercule confer Ovidii metam. lib. IX. et Serv. ad Verg. Aen. VIII. 300. Versu 9. *Crescuntis* habet Curio, sed aperte ὀρεσκοῦντος (silvani) voluit auctor. v. 12. Cænæo *Curio*. v. 25. exangue *Curio*.

[IACOBI SOBI
LEGVM DOCTORIS]

PHILALETHIS CIVIS VTOPIENSIS

DIALOGVS

DE FACVLTATIBVS RHOMANENSIVM

NVPER PVBLICATIS.

HENNO
RVSTICVS.

PRÆFATIO.

Iacobum Sobium Coloniensem huius dialogi auctorem esse quamvis eius æqualis idemque popularis Henricus Cornelius Agrippa a Nettesheim in epistula ad Brennonium d. 16. Iun. a. 1520. scripta (Hutt. Opp. vol. I. p. 360. §. 4.) aperte testatus sit, atque huic testimonio quod repugnet, nihil, quæ vero id confirment, sana quidem argumenta plura sese offerant, tamen Simlerus in Gesnerianæ bibliothecæ epitoma (Tiguri a. 1574. fol. p. 324.) et post hunc Iosephus Hartzheim (bibl. Coloniens. 1747. fol. p. 154.) Sobii esse hunc dialogum a quibusdam existimari scripserunt, sed non quasi de Agrippæ testimonio dubitarent, sed quia id extare ignoraverunt. Itaque mirum non est alios qui ne huius quidem coniecturæ notitiam habebant, Huttenum auctorem esse suspicari: quæ quidem suspicio a Melchiore Adamo (vit. Hutt. i. f.), Paulo Frehero (Theatr. virr. erud. clarr. 1688. fol. p. 807[a].), Vincentio Placcio (Theatr. anonymor. Hamburg. 1708. fol. De scriptorib. pseudonym. p. 499. n. 2110.), Petro Bælio (Diction. vit. Hutt. not. M.), Io. Petro Nicerone (versionis Baumgart. tom. XI. p. 323. n. 42.), F. G. Freytagio (Adpar. litter. 1755. 8°. III. p. 304.) et aliis ita pervulgata est, ut iam Burckhardus (a. 1723. vit. Hutt. II. p. 304.) 'neminem ferme esse qui in dubium vocet, quin Hutteniani ingenii fetus sit', adfirmaret, quod Panzerus (U. v. Hutt. p. 198.) repetiit, quamvis Meinersius, sive consilio sive neglegentia, Hennonem inter Hutteni scripta non receperit neque, si bene memini, usquam memoraverit eum. At vero quæ Münchius (Epp. O. V. Lips. 1827. p. 471.) deliravit, lepidiora sunt quam quæ omittere liceat: inanis iactantiæ homo hæc præfatus est: „*Alle spätern Bearbeiter Huttens pflichten ihr [der Meinung, dass Hutten der Verfasser dieser überaus schlagenden Satyre sey], als einer ausgemachten Sache, bei. Da über diesen Dialog sehr wenig Notizen vorhanden sind, so lässt sich eben weder für noch wider jene Behauptung vieles sagen. Der Ton und die Sprache scheinen uns so ziemlich im Geiste Huttens, und alle von ihm vielfach abgehandelten Lieblingsmaterien kommen, mit neuem Reize ausgestattet, auch hier wieder vor. Wir bemerken daher nur so viel, dass im sechzehnten Jahrhundert* Iohannes Sobäus *bei Einigen für den Verfasser galt, von dem wir übrigens nicht wissen, ob er wirklich unter diesem Namen gelebt, oder ob es bloss ein angenommener Name sey. Auf keinen Fall findet man ihn unter den auch nur halbwegs berühmten Schriftstellern* [i. e. vita eius in Iœchero non legitur], *und es muss im besten Fall ein bei allem Genie und sprudelndem Witz überaus bescheidener Gelehrter gewesen seyn*". In his somniis vix singula verba, omnia sine concinnitate nutantia, sibi non ipsa contraria sunt, acsi pro cerebello pulticulam multiferum scriptoris caput condidisset.

Sobium mireris neque Periandro, Adamo, Hamelmanno, Fabricio, Iœchero, Saxio, Fellero, aliis, neque inter Reuchlini defensores (Hutt. Opp. I. p. 130. sq.) memorari, cum aperte inter humaniorum studiorum restauratores Coloniensesque ecclesiæ repurgatores non infimi ordinis atque inter Hermanni de Neuenar Erasmique Rot. amicos, Aesticampiani, Petri Mosellani, Cæsariique collegas fuisset, ipse solidæ doctrinæ elegantisque ingenii homo. Quod humanioribus studiis Germanicæque nationi contra Romanistarum leguleiorumque deprædationes bene voluit, argumento est eius „Oratio Germaniæ nobilium qui in comitiis regiæ ele„ctionis Francofordiæ convenerant, admonens Carolum Cæsarem de prohibendis „per Germaniam latrociniis, de bello vitando, de pace amplectenda, de misera „Germanorum expilatione per Romanos sæpe facta Pontifices, de sacerdotiorum „invasoribus ac iurium patronatus violatoribus, postremo de legibus ac ca„lumniosis commentatorum ineptiis quos isti scribentes vocant, repurgandis, Au„tore eximio viro Iacobo Sobio, LL. Doctore", quæ cum „Epistola Germaniæ „studiosorum ad Carolum Cæsarem, Autore Hermanno Comite de Noua aquila" coniuncta prodiit „Selestadii apud Lazarum Schurerium mense decembri" anni 1519. tribus plagulis sive 12 foliis in 4°. Repetierunt utramque Goldastus in Politic. imperial. (Ff. 1614. fol. p. 353...358.) et Freherus in Rer. Germ. Scrippt. (ed. Struvio. 1717. fol. tom. III. p. 181...189.) Atque egregie huius orationis itemque præfationis Livio Coloniæ apud Ioa. Soterem a. 1525. in f. edito præmissæ (dedicatæ Coloniensi consuli Iohanni a Ryedt, repetitæ in ed. Drakenborch. VII. p. 268. sq.) ingenium cum ingenio dialogi Philalethis convenit, unde repudianda est Erhardi (*Gesch. des Wiederaufbl. der Wiss. Magdeb.* 1832. 8°. III. p. 207.) coniectura, auctorem orationis illius, cum LL. doctor diceretur, a Sobio Livi editore diversam personam fuisse. Præter illam orationem, Livium ac dialogum Philalethis Sobio ab Hartzhemio l. c. adscribitur „*Vita B. Antonii Monachi Ægyptii „ab Athanasio Græce scripta, ab Evagrio Presbytero Antiochiæ, inde constituto Epi„scopo in Latinam linguam quam elegantissime traducta*". 'Sobius' (Hartzh. verba sunt) 'hanc Latinam versionem invenit in Collegio Cunibertino in 4to Coloniæ 'pp. 8. pulcherrimis exaratam characteribus, cuius copiam nactus per D. Petrum 'Huls [? Suls ?], Canonicum et Scholasticum primo curavit transcribendam, dein 'edendam typo, quam editionem dicavit Reverendo in Christo Patri Domino An'dreæ de Venraidt decretorum Doctori, sacræ Sedis Apostolicæ Protonotario, 'Ecclesiæ sancti Cuniberti Præposito. Sic finit præfationem: *Coloniæ ex Dia'triba nostra Corneliana*, quæ se totam tuæ paternitati commendat XV. Kal. Mar'tii'. Neque hunc librum, neque Hennonem memorat Erhardus l. c., sed Hieronymi Vitam Pauli Eremitæ a Sobio editam dici adnotavit.

Ceterum de Sobii vita hæc enotanda esse videntur

ex Simleriana bibl. Gesner. l. c.:

Literas aliquando cum Mosellano et Aesticampiano docuit Fribergi in Misnia, et post Coloniæ cum Cæsario.

ex Hartzhemio l. c.:

Iacobus Sobius, Agrippinæ Ubiorum natus, anno 1516. Professor fuit apud eosdem Bursæ Cornelii. Anno 1517. Fribergam, Misniæ superioris urbem, venit, in eaque Cathedram nactus videtur, de quo canit Ioannes Bucerus:

Tu quoque, magne Sobi, cui magna Colonia primum
Vitales auras et lucis præbuit usum,
Tu quoque magnanimi rellinquens littora Rheni
Friberga gaudes studiis clarescere in urbe.

Ibidem cum Mosellano et Aesticampio docuit. subinde cum Cæsario. . . . Ex commentariis D. Scil Canonici Cunibert. Gesner in Biblioth.

Ex his locis adparet Erhardum l. c. (p. 296.) parum adcurate dicere „*Iacob Sobius, wie es scheint, ein Schüler von Rhagius* [Aesticampianus], *lebte als Mönch im Kloster S. Cornelii zu Cöln, legte sich aber mit grossem Eifer auf die alte Literatur, und trat darinn, neben Cäsarius, als Lehrer auf; ja er scheint für die eigentliche Philologie noch mehr als Cäsarius gethan zu haben, weil dieser sich mehr auf die Philosophie legte. Sein Hauptwerk ist die Ausgabe des Livius.* etc.

Præterea quæ de Sobi vita referam alia mihi ad manus non sunt, nisi quod Erasmus Tielmannum a Fossa (s. Gravium Coloniensem) in ep. Basileæ d. 27. Aug. a. 1527. scripta (Erasmi epp. L. B. 1706. fol. p. 1009.) plurimam illi salutem dicere iussit, tum Hermanno comiti de Neuenar d. 3. Ian. a. 1528. (Epp. vitt. p. 1058.) scripsit „Sobium exoculatum valde doleo".

Exempla dialogi Philalethis Latina tria extant (de Münchiano Germanico exemplo in Huttens auserl. Werke. 1822. 8⁰. II. p. 344...403. verba facere operæ pretium non est): nam quod de exemplari Goldastiano in 'Monarchia S. R. Imperii tom. III.' (Ff. 1613. fol.) apud multos scriptores legitur, unus nescio ex cuius scriptoris neglegentia primum enatus error est a multis et a Panzero quoque Münchioque transcriptus.

1.

PHILALE|THIS CIVIS VTOPIENSIS DIA-|LOGVS, DE FACVLTATI-|BVS RHOMANENSI-|VM NVPER | PVBLICA|TIS. | HENNO | RVSTICVS.

Plagulæ 3½ *(a...d.) sive* 28 *foll. in* 8⁰. *In ult. pag. est* PLAVDE LECTOR, OCVLOS IAM | RECEPIT | GERMANIA. | *Exemplum simillimum est libellis qui ex officina Curtonis Basileæ prodierunt. Cf. Ind. bibliogr. Hutt. n.* XIII. 2. *et quæ ad Orationem pro Iulio II. adnotavimus.*

2.

POLITICA | IMPERIALIA, | *etc.* | Ex Bibliotheca ... | D. MELCHIORIS GOLDASTI HAIMINSFELDII ||| FRANCOFVRTI || *Anno M.DC.XIV.* | fol. p. 1069...1080.

Goldastus lemmata margini adposuit, quæ in notis nostris asterisco adposito insignivimus.

3.

EPISTOLÆ | OBSCVRORVM VIRORVM | *etc. durch* | Dr. *Ernst Münch.* | Leipzig, 1827. || 8⁰. p. 472...502.

[IACOBI SOBI]

PHILALETHIS CIVIS VTOPIENSIS

DIALOGVS

DE FACVLTATIBVS RHOMANENSIVM

5 NVPER PVBLICATIS.

INTERLOCVTORES

HENNO rusticus, POLYPRAGMON negociator, BRVNO puer, BARTOLINVS curtisanus, LEGATVS ROMANVS.

Henno. Heus heus! estne Polyphemus ipse domi, meus pannicida? §.1.

10 Puer. O Henno noster, salve! ut vales? uxor quomodo habet?

Henno. Bene habet, laborat ut solita est. sed ubi tuus est magister? quid agit?

Puer. Cœnat.

Henno. Me, quæso, hic esse dicito, atque eo convento opus esse.

15 Puer. Quid? emere ab eo quippiam vis?

Henno. Alia emenda mihi modo sunt, ad quæ opus habeo maturo eius consilio, et ne id gratuitum sit, hæc ei viginti ova recentia atque hunc etiam sabbatinum caseum dono domo attuli.

Puer. Bene egisti, o Henno, quando huc nemo fere gratus adventat va- §.2.
20 cuus hospes. Culinam interim ingreditor, ego magistrum devocabo, in superiori enim tabulato cœnat, atque inde auram captans in Rhenum prospectat. 'Magister!'

Polypragmon. Quid clamas? §.3.

Puer. Henno ipse von Gluvel adest, ova caseumque portat, ac te con-
25 vento opus esse ait quam ocyssime, quare descende.

Polypragmon. Gratus hospes, modo venio. Henno, salve.

Henno. Salve, o Polypheme.

Polypragmon. Polypragmon vocor.

---

[2] in Utop.] Post Thomæ Mori Utopiam Lovanii primum a. 1516., tum Basileæ apud Frobenium a. 1518. impressam Utopiæ nomen ad designandum locum, ubi recta ratio per omnia valeret, in usum venit, ut e. gr. libellus (F. Fischeri), ne decimæ præstarentur, a. 1518. compositus, et Pirckheimeriani Eccii dedolati alterum exemplum Utopyæ sive in Utopia prodiisse feruntur. Fere similiter posterioribus temporibus magna librorum copia *à Londres* prodiit. [9] pannic.] *Gewandschneider*. Pannicidarum mercatoria fraternitas sive gilda fuit. [13] Cænat *3*. [18] sabb. cas.] delicatiorem, *Sonntagskæse*. [24] von Gluvel] *i. e. Gluvelensis*. Gleuel vicus est tres ferme horas a Colonia africum versus distans. Cf. §.75. [25] q. ociissime *3*. [27] Festivus nominis error.*

§. 4. Henno. Veniam precor, difficile nomen est. Sed pro Iupiter, o Polypragmon, est quod tibi velim, in quo mihi tuo consultissimo consilio subvenias obtestor.

Polypragmon. Si quid, Henno, in me consilii est aut auxilii, quo tibi subvenire queam, audacter utitor: quid id est? eloquere. 5

Henno. Cupio, siquidem prius hos abire iusseris.

Polypragmon. Secedite vos, abite: eloquere.

§. 5. Henno. Vix ausim.

Polypragmon. Ne retice, neve verere; eloquere, inquam, nihil hic periculi est: mederi vulneri si voles, detegas oportet. 10

Henno. Siquidem fidem dederis taciturum te omnia.

Polypragmon. Adeone levi mea apud te fides momento pendet, qui etiam tibi mea credam?

Henno. Ova tibi caseumque attuli.

§. 6. Polypragmon. Scio id, sed hoc age. 15

Henno. Battum meum unicum illum quem habeo filium nostin'?

Polypragmon. Quid ni? illum ais latis humeris, cæsio colore, naso aquilino, capillitio rufo, quo non alter toto vestro pago habitior est?

Henno. Illum inquam: nebulo hic, vicini nostri cauponis nigro vino probe potus, amore etiam incitante Elsæ sororis meæ filiam conscensa fenestra con- 20 stupravit: cuius cum ventrem vidit intumescere, fuga sibi consuluit, timens quos hic fiscales vocant, sacerdotum diabolos; meque interim domi senem deserens, qui præ ætate labores deinceps ferre non valeo, ac unice etiam affe-
§. 7. ctam matrem. Si quod ergo consilium habeas, quo mihi ac matri restituatur filius, id impertias precor. Pastor ipse noster admonuit me, munusculum ali- 25 quod fiscali deferrem, fore forte tunc ut mitigetur: tuli hos ergo sacco inclusos mecum altiles capones duos, quibus dixit hos homines apprime delectari. Atque adeo, o Polypragmon, nulla tibi cum eo intercedit familiaritas, quo mecum eas atque pro me illi supplices?

§. 8. Polypragmon. Nulla prorsus; vellem libens alioqui. Sed ipsum quod 30 refers, filii scelus grande admodum est, vix viginti illum placabis aureis.

Henno. Pro deus, viginti aureis!

Polypragmon. Vereor ne non quadraginta.

Henno. Enecas, mortem mihi præoptavero, iam certe ad rastros mihiipsi res rediit: non tantum distracto et agro et supellectile tota et ipso etiam meo 35 turguriolo corradere possem unquam, hei hei!

§. 9. Polypragmon. Ne plora, aderit forte consilium: conveniemus ex curtisanis hic unum aliquem, quocum familiaritas mihi est: quod si qui possunt, hi sunt maxime rerum malarum et patratores et consultores. Sed quem potissimum conveniam habeo. heus tu, Bruno, huc ades! 40

Puer. Hem adsum tibi, quid vis impera.

§. 10. Polypragmon. Nostin' templum illud, in quo hodie allocutus senem illum primarium Curtisanum?

Puer. Novi, decrepitum illum veteratoremque ac impostorem existimas,

---

17 cœsio *1. 2.* 20-21 construpavit *3. Similia multa 3. in sqq. non adnotabimus.* 20 Mireris consuetudinem Alamannicam *das Fensteren* dictam sic a Coloniensi rustico describi. 22 Fiscales sacerdotum diaboli.* fisc.] accusatores publice constitutos persequendis fiscalibus pœnis. 23 Vereo *3.* 24 Ter. Heaut. V. 1. 58. „mihi illæc vere ad rastros res redit". 35 suppell. *3.* 44 Curtisanis dignum odium.*

pestem multorum, qui passim apud omnes audit male, nec curat tamen: quem utinam dignus factis exitus tum cum arcte custodiebatur, excepisset.

Polypragmon. Et domum, quam habitet, nostin'?

Puer. Item novi, tantum, ne præcurram. amplius nihil?

5 Polypragmon. Domi, si commodum sit, maneat, dicito; moxque affuturum me cum hoc Hennone.

Puer. Abeo.

Henno. Hau hau! §. 11.

Polypragmon. Ne te macera, consilium hic dabit commodissimum.

10 Henno. Utinam, sed pecuniam non habeo; ova habeo; pullos gallinaceos habeo, vaccam etiam, si omnino volet, habeo, præterea nihil.

Puer. Iam venies, te domi otiosus operitur.

Polypragmon. Move vero te, Henno.

Henno. Et moveo et promoveo; hei! spiritus deficit.

15 Polypragmon. Salve, Bartoline reverende et multiscie. §. 12.

Bartolinus. Et tu. Quin hodie consilium prosecutus es meum, quo monui, ut acta absolvi curares apud notarium?

Polypragmon. Sedulo.

Bartolinus. Bonam causam habes.

20 Polypragmon. Hoc profecto adversarius negat. Sed hic Henno meus amicus una mecum ad te venit consilium petiturus; id ut sit fidele, ego precor.

Bartolinus. Iudex ego cum sim, consilium dare lege prohibeor: si tamen quid hic dare potest, ei tui causa gratificabor.

Polypragmon. Ova, caseum, butyrum, mel, capones, hœdum potest,

25 pecuniam non potest.

Bartolinus. Ea cum domi non adsunt, pecunia comparare mihi cogor. Sed quid id est?

Polypragmon. Henno, tu huic narrato: nosti enim melius quam ego §. 13. causam.

30 Henno. Eloqui apud hos magnates non ausim: proinde tu quæso dicito, me verecundia ac imperitia etiam vetant.

Polypragmon. Dicam ergo: huius filius Battus nomine, vino amoreque suadente vicinæ in secundo gradu vitium obtulit; illa compressu facta est gravida; ille hinc aufugit, fiscalem timens; ut tuto redire possit, id vero petit.

35 Bartolinus. Ha ha, næ Rhomæ non fuit is, ubi nihil quam hoc minus §. 14. peccatum est: nec tamen ex Rhomanæ curiæ re esset, istiusmodi homines eam frequentes adire aut eius mores pernosse; minoris certe suas absolutiones cogerentur vendere: quanquam et iam non sine detrimento eius homines quoque hi agrestes illa intelligere incipiunt, quo fit ut minoris veneant indulgentiæ,

40 autoritas pereat pontificia, curtisani non in tanto honore ut olim habeantur, parum curent pontificis fulmen, pereant denique Rhomæ omnia quæ quondam magni erant momenti: quod tamen adeo eorum fit culpa, qui ita in Florenti- §. 15. norum manibus permittunt omnia, ut pontifex etiam ipse habeat præ eorum avaritia nihil: ad quod accesserunt tot uno die Cardinales creati, qui cum parvo

45 expleri non possint, aperte ita emunt ac vendunt omnia, ut talpa etiam cæ-

---

[4] tantumne *3*. [13] Movero te *3*. [14] permoveo *3*. Cf. Ter. Eun. V. 3, 4. [23] tui] tua *recte* §. 30. [24] Cutetenus excusat.* [25] ne Romae *4*. Rhomana quædam.* [36] Rom. *et sic ubique 3*. [42] quod] Quo *3*. qui] quum *3*. [44] tot] XXXI. uno die] 26. Iun. a. 1517. [45] Talpa cæcior, *τυφλότερος ἀσπάλακος*. Diogenian. VIII. 25.

cutientior sit qui hæc non videat atque detestetur; neque ego etiam laudare possum hæc quæ agunt omnia. Ut tamen huic restituatur filius, atque adeo constupratam etiam a se in uxorem accipiat sine scelere, sine infamia, hoc agat
§.16. oportet. Legatus hic agit apostolicus, qui ante paucos annos Rhoma indulgentiarum facultatumque ingentes acervos huc advexit ad structuram basilicæ divi Petri apud Rhomam.

Polypragmon. Scio hominem comitumque virgineas facies, fœdissimam ventrum proluviem, uncasque manus et pallida semper ora fame; quem cum suis nemo non odio prosequebatur, non execrabatur pecuniis Germaniam despoliantem, novum pseudapostolum, venundantem omnia Christi membra, omnem Christi sanguinem, omnes sancti spiritus gratias, totum ecclesiæ thesaurum, atque illa etiam quæ nec habuit nec vendere potuit; cuius quæstus cum hic cessasset, in Suetiam Daniamque a latere pontificio legatus abiisse ferebatur, ibique meritis pœnis a Barbaris, quos ita vocant, affectus, spoliatus scilicet argento omni atque auro, quod cælatum magna vi hinc abstulit: excæcatus ipse, comites suspensi dicebantur: num ergo revixit hoc monstrum?

§.17. Bartolinus. Bona verba de legato Rhomano: non potuit revixisse non mortuus. sed nescio quæ mala fortuna utrumque agitaverit, illum, id quod constat, Rex ille Danorum spoliatum auro, argento, supellectile omni, captivum insuper tenuit, causatus perfide legatione sua functum, et pacis prætextu egisse alia: asservatur etiamnum adhuc frater, eius loco, donec se redimat, captivus.

Polypragmon. Recte; sed dic quæso mihi, quid tibi accidisse conquereris?

§.18. Bartolinus. Mihin'? redeuntem iam Rhoma triumphatorem de tot litibus, continuo captum me illius principis consultores carceri commendant iniustissime.

Puer. Iniustissime profecto, quod non e vestigio totum Rhenum epotandum tibi propinarunt, quo toties traiicientes naulum vectori solvere coacti non fuissemus.

§.19. Polypragmon. Ad Legatum redeo; rediit vero?

Bartolinus. Rogas? non id ex publicatis nuper novis vidisti facultatibus?

Polypragmon. Non hercule, novasne habebimus indulgentias? id enim videor audisse me, Rhomæ vetustate corruisse hospitale sancti spiritus, laborantesque oppressisse ruina, recenti ad id ex Germania opus pecunia esse, consumpta ad basilicam veteri.

§.20. Bartolinus. Has alius inferre tentavit, frater professionis Franciscanæ, religionis eximiæ ac sanctitatis.

Puer. Sanctum vero scilicet in Vestphalia pergræcantem multa nocte in diversorio meritorio, abiecta cuculla, serico indutum, inter scorta comprehensum; atque ut scias, o magister, hac in deum pietate, his crebris in cubiculo orationibus iam genibus callum obduxit: nimirum evangelico præcepto obediens, quod iubet, cum orare volumus, in cubiculo clauso ostio orandum esse: atque ea tanta abstinentia omnibus exhaustus viribus pallet totus: ea est viri sanctimonia.

---

[4] Legatus] Angelus Arcimboldus. *Cf. infra* §§. 54. sqq. In legatum Apostolicum quædam.* [7] Verg. Æn. III. 216. sq. [8] Avari adiectiva.* [13] Sueciam *3.* [18] utrunq; *1.* [19] rex Danorum] Christianus s. Christiernus II. [31] non] num *edd.* [38] In Franciscanum quædam indulgentiarium.* Westph. *2.* [41] Evang. sec. Matth. VI. 6. [42] quod] quo *edd.*

Polypragmon. Ain' vero?

Puer. Certissimum est, ne dubita.

Polypragmon. Quare non hæc portenta, has pestes pestilentissimas, hanc §.21.
malam zizaniam Christi hortis extirpamus ferro, igni, quacunque etiam alia vi?

5 Bartolinus. Non convenit, et me periculum maneret.

Polypragmon. Ipse etiam tibi conscius es?

Bartolinus. Vereor ne non solus, longus ordo est, multi adhuc eius farinæ supersumus, siquidem eos putas quos Rhoma huc misit, inter quos tamen boni adhuc, licet pauci, viri degunt.

10 Polypragmon. Profecto raros credo, sed quis tu es inter eos?

Bartolinus. Si de his rogas, quos Rhoma habet, ego ad elephantes §.22.
sum culex: hic vero primum aliqui esse aiunt me, ego vero non facile tantum mihi arrogavero; hoc tamen in meis laudibus asscribi vel in primis exopto, nunquam melius habere me quam cum litibus multos turbavero: atque
15 adeo octoginta licet annos habeam, quæro tamen undique ut me exerceam: quamprimum enim materia amplius sese non suppeditaverit, otium torpor, torporem morbus, morbum mors occupabit, proculdubio, agendum ergo aliquid.

Polypragmon. Quid interim illi qui te ita exercent, quid aiunt, quid contra faciunt?

20 Bartolinus. Quid dicant, quid contrafaciant, rogas? Alii impostorem, ut §.23.
qui multos calumnier, multos male tractem, vocant me; falsarium alii, ut qui egregie adulterare instrumenta possim; sacrilegum alii, ut qui pulchre corruptis Rhomanensibus, apud quos non minus ipse Christus venalis modo atque olim tota ipsa civitas, (quemadmodum rex quondam ille Numidiæ dixit) diplo-
25 mata pontificia suffurari queam; alii in lites ceu theatrum mecum congrediuntur, nequicquam tamen: quos omnes vel contemno, non amicos esse mihi, §.24.
qui talia de me dicant, affirmans; quod adeo Rhomæ didici apud quos pecuniæ sacerdotiorumque causa nemo non male audire contemnit. tum vero illos qui sese ex adverso obiiciunt, egregie familiaris mihi dei auxilio supero deque
30 illis triumpho.

Polypragmon. Cuius dei?

Bartolinus. Ne quæras, annulo inclusum habeo, atque ad omnem mihi paratum nutum.

Puer. Proh dei atque hominum fidem, talesne ecclesia Christi prælatos §.25.
35 habet, tales sacerdotes! isne spiritus sanctus est novus, quo nostri hi apostoli faciunt magnalia? Deone successit diabolus? Sed heus, magister, sol in occasum vergit, Henno ipse domum festinat: consilium ut cum D. Bartolino matures, rogat.

Bartolinus. Non poterit abire hodie, conveniendus hic quem dixi apo- §.26.
40 stolicus est legatus; sero iam admodum est, cras summo mane eum conveniat oportet: et quo facilior aditus pateat, literas iam tibi ad paternitatem eius commendatitias dabo, rogaboque, ne nimium et pro absolutione et pro dispensatione, quibus tum ob commissum incestum, tum coniungendum matrimonium opus habes, abs te exigat.

---

[11] Fiscalium felicitas.* Roma *h. l. etiam 3. et sic in sqq. saepius.* Culicem elephanti conferre, *κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν* ex Libanio enotavit Erasm. in adag. *Κώνωπος ἐλέφας Ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει.* Ex Phalar. Epist. 29 Apostol. X. 37. [23] dicam? *1. 2.* [21] Calumniæ Fiscalium.* [21] rex Numidiæ] Iugurtha ap. Sallust. c. 39. [28] *i. e.* nemo male aud. non c. [37] Bartilino *1. 2.* [42] et *bis habet 1.* [43] incœstum *1. 2.*

Henno. Fac id quæso, o domine, quando multum haud queam dare.

§.27. Bartolinus. Diligenter causam tuam agam; sed heus tu, capones habere te hic intelligo; hos hic relinquas oportet: non enim soleo adeo gratuitam clientibus operam navare, quin aliquid dare necesse sit; quodsi pecunia non adest, alia quædam dare coguntur: Apostolorum illud quondam fuit 'Gratis accepistis, gratis date': non Curtisanorum; alia olim, alia modo in ecclesia disciplina est; atque adeo nisi ego supra duo milia ducatorum Rhomam apportassem, non tam habuissem faventes mihi et procuratores et advocatos et iudices; neque etiam meus ille deus profecisset quippiam, si non ei adfuissent illi fulvi satellites.

§.28. Puer. Recte et te et illos prædicas.

Polypragmon. Quando ita vis, dabit, licet me intercepturum sperabam. Henno, dato huic quos tecum affers capones duos.

Henno. Hem accipe.

Bartolinus. Heus tu, Henrice, Henrice, inquam, heus heus, prodi, hos capones ab Hennone accipe, alterasque his alas præcide, facque ut probe saginentur. Sed tu, o Polypragmon, est quod vehementer doleam: erat mihi coquinaria non infida, neque segnis etiam, ac satis industria, misera ea obiit mortem; quæ me res miserum cruciat admodum, quoniam ex eo famuli tempore detractant officium suum admodum, plus viventem etiam eam quam me veriti.

Polypragmon. Requiescat in pace.

§.29. Bartolinus. Amen; at vos sodes parumper me expectate hic, donec ingressus ad Legatum literas perscripsero, quas hic Henno reddat cras. considite interim, iam iam adero.

Polypragmon. Quis tibi hic videtur, Henno?

Henno. Vultus ipse rusticanus, ingenium vafrum, multa vidit opinor.

Polypragmon. Plurima egit.

Puer. Certe et plurima et pessima.

Henno. Hæcne Rhomæ discunt?

Puer. Et hæc et alia multa.

§.30. Bartolinus. Amice admodum ac officiose scripsi, licet immunda sit charta, nec characterum satis ornatus ductus: facit enim hoc qua totus coopertus sum scabies; quæ peto, tua causa faciet tamen, plane confido: sed vide summo mane accedas, Henno, quo tu sis primus qui eum conveniat: proderit enim tibi hoc tum in aliis tum maxime quo citius ad tua reverti queas.

Henno. Sedulo faciam: verum domum quam inhabitat non novi; tum autem ipsum non vidi unquam.

§.31. Puer. Magister, si per te licet, ego eum eo deducam; et domum et ipsum novi; simul pro Hennone, si opus erit, verbum faciam: ac pariter spero auditurum aliquid me quod in rem meam sit ac tuam etiam: neque hic Henno, ruri assuetus, cum isto hominum genere ullo modo convenire potest: non intelligens scilicet illa quæ isti agunt, quæque ut vocant, practicant; cumque eum solum advenire viderint, imponent ut placuerit, tractabuntque ex libidine hominem agrestem, nihili facientes literas domini Bartolini.

§.32. Polypragmon. Frugi homo es, sapis, hortandus profecto veniebas quo

---

[5] Evang. sec. Matth. X. 8. [7] millia *2. 3.* [19] ex eo famuli tempore detractant *sic inverso ordine omnes.* [24] perscr. lit. *3.*

faceres id; verum vide ne tibi quicquam intercidat verborum hujus Legati; doctum enim alioqui eum esse audio.

Bartolinus. Hoc agite, nunquid vultis me amplius?

Polypragmon. Ut valeas.

5 Puer. Male.

Henno. Vale.

Bartolinus. Orsola vostra me recommando.

Henno. Quid ait? maledicit mihi hic, o Bruno?

Puer. Nonne id intelligis? profecto maledicit.

10 Henno. Non intelligo, ut eum dii deæque perdant omnes; quantum video, nebulo est nequissimus.

Puer. 'Accipe nunc Danaum insidias et crimen, ab uno Disce omnes'. §.33. Verum tu, Henno, in crastinam lucem para te, ut cum adeundus nobis ille legatus est, comptior sis aliquanto, vestem luto commaculatam expurgato, cal-
15 ceos lotos sevo inungito, barbam radito, pexus fac sit capillus, demum et manus et faciem lavato diligenter, digitorum etiam ungues præsecato; in summa fac civis, non rusticus appareas; aut si penitus rusticum obvelare nequis, civilior fac sis rusticus: alioqui opportunum cui imponat æstimabit te, oculi ei alioqui lincei sunt.

20 Henno. Fideliter mones, ita vis agam, quemadmodum cum apud meos §.34. populares iudicio iudex præsideo; nemo in nostro pago est qui me civilitate morum superet: dignum esse aiunt omnes, qui cum magistratu oppido etiam opulento præsim. quid? in hac urbe ego ab ipsis prope incunabulis enutritus ad pubertatis annos usque mores, civilitatem pernosco civium. legatos tamen
25 apostolicos antehac conveni nunquam; ibi quid agendum sit quæso edoceto; ars est profecto posse recte primi accessus ceremoniis uti: solent multo ante mei meditari vicini, quomodo vel me vel ipsum etiam pagi dominum convenire oporteat; talis est apud nos etiam rerum ordo omnium, tanta et reverentia.

Polypragmon. Quin sequeris, Henno? domi apud me pernoctabis, lectus §.35.
30 tibi stratus erit; nusquam abeas vide.

Henno. Consilium, quid agendum cras mihi sit, hic a Brunone capio: quod iubes ut apud te maneam, ei præcepto libens parebo.

Puer. Tu cum primum ad limen accesseris, invocata dei gratia opus erit, quo omnia ex sententia succedant tibi: deinde cum ipsum videris legatum, pro-
35 nus in faciem procides, exosculaberisque pedes; tum ori etiam prius domini Bartolini admotas literas reddes ei, hac præfatione 'Humilis sanctitatis vestræ orator has literas præsento'.

Henno. Papæ pedes exosculari eumque vocari 'sanctum' solum antehac §.36. audivi semper.

40 Puer. Et huic, quia Pontificis personam gerit, quippe legatus, idem fieri convenit.

Henno. Pedes exosculatus fuero libentius multo quam podicem, maxime ubi operæ precium.

Puer. Et eum quoque si voles, Henno.

45 Henno. Apage, garris. Iam introiit ædes Polypragmon ipse, assequamur

---

[7] nostra *3.* 'Ursulæ vestræ me recommendo' *Italice profert.* [10] Plaut. Pers. II. 4,21. [12] Accipe ... crimine .. omnes] Vergil. Aen. II. 65. sq. [19] *i. e.* lyncei [23] urbe] Colonia. [27] quo *3. scil.* quõ *1.* Mos adeundi pontificios.* [30] Rusticæ.*

ipsum ocyus, facque quæso actutum cubitum concedamus, ut cras citius eo queamus strato surgere.

§.37. Puer. Tu cum primum crastinam exorientem lucem cubiculum ingredi senseris, me inclamato; gravate enim mane surgere soleo.

Henno. Non fuit monitore opus, ipse alioqui fecissem id, ut qui certus sim hanc me noctem pervigilaturum. Tu ergo, o hospes Polypragmon, vale fortunatus in crastinam usque lucem.

Polypragmon. Vale et tu, o Henno. Verum heus, priusquam abeas, potum iube afferri tibi, ut bibas.

Henno. Non libet, abeo.

Heus, Bruno, lucescit, evigila.

§.38. Puer. Hem Henno, iam surgo, suavis profecto socordibus somnus res est. quin ornasti te quemadmodum heri tibi præceperam?

Henno. Plane, nonne vides? intuere et tunicam ipsam, et calceos, et faciem, et capillos, et manus.

Puer. Pulchre, Henno, iam vide ne te conspicientes matronulæ misere ament: periculosum enim est in hac urbe ac miserum formosum esse nimis.

Henno. Garris rursum, et canum et senem matronæ amarent? istæc mihi olim fortuna fuit: quin imus.

§.39. Puer. Nulla in me mora est.

Henno. Quam viam ingredimur?

Puer. Novistine ædem, in qua armatus ille sanctus equo vehitur lapideo?

Henno. Novi, recta ergo imus, deinde per angiportum læva declinamus: ibi demum prope templum insignis rotunda turris conspicitur, vetustatis monumentum admodum egregium.

Puer. Ibi in ea ipsa domo legatus hospitium habet, velim tamen esset alibi: in invidiam enim et domum et dominum vocat,

Henno. Iam appropinquamus, en novi turrim adhuc. Sed vereor ne ni-
§.40. mium mane sit, quarta adhuc audita hora non est. O Iupiter, quæ sunt istæ palliatæ, quæ ex Legati prosiliunt hospitio? credo profecto super forma inter treis illas deas novam exortam litem esse, et quia Phrygius ille pastor non superest amplius, hunc apostolicum iudicem noctu quæsisse in insomniis: felix profecto insomnium, siquidem puellæ hæ non deæ essent.

Puer. Deas has esse vero credis, Henno? ah falsus es, deæ apud gentiles fuerunt quondam, nos non esse dicimus, id habet religio vera.

Henno. Credebam; quæ sunt igitur?

Puer. Clini palæstritæ sunt puellæ pauperculæ, quæ ob nocturnam diligentemque navatam operam eleemosynam ex thesauro apostolico acceperunt. Putant enim illi in nullum pium magis ac sanctius has Germanicas barbaricas-
§.41. que opes converti opus posse, quam in has vere puellas pauperculas. Atque adeo audistine hoc amplius, o Henno, omnes illas pecunias, quas intra multos annos in indulgentias nos contulimus certatim omnes maxima vi, sub prætextu vel Turcici belli, vel congregandorum conciliorum, vel templorum exædifican-

---

[1] ocius *3.* [8.sq.] *einen Schlaftrunk.* [11] *Nocte peracta sequentia peraguntur.* [16] Cf. Plaut. Glorios. I. 1,58. Nimiast miseria nimis pulchrum esse hominem. [22] sanctus] Martinus? [23] leua *1.2.* [30] Paridis iudicium. [37] Clini pal.] κλίνης παλαιστρῖται, libidines quasi publicum certamen exercentia scorta. cf. *clinopalen* ap. Suet. Domit. 22. Aur. Vict. Cæss. 11,5. palestritæ *3.* [42] Opes indulgentiariæ in quem usum versæ.

dorum; quasque etiam Rhomam misimus pro emendis episcoporum palliis, singulas singulis annis ducatorum myriadas, aut eo amplius etiam, proque annatis beneficiorum, quemadmodum constitutiones illæ, quæ Concordata principum Germaniæ vocant, coegerunt (quibus aiunt astutius nihil violentiusque excogi-
5 tari potuisse a Rhomanensibus); quas etiam ex tot bullis, supplicationibus, concessionibus, privilegiis corraserunt; quas deinde ex tot regnis, potentatibus, urbibus, pagis, vectigalibus, sine modo, sine misericordia extorserunt, nusquam cessisse alio quam in has pauperculas: atque id quidem sanctissime ac ex evangelica plane apostolicaque doctrina.

10 Henno. Magnam expilationem Germaniæ enumeras, mirum superesse ipsis adhuc pecunias.

Puer. Hoc est quod dolent illi, ad sese non omnes deferri. §. 42.

Henno. Sed cedo, mulieresne solæ sunt, quæ hæc capiunt, inque eas hæc profunditur tantum commiseratio?

15 Puer. In puellos etiam ac viros: non enim personarum acceptionem oportere esse, ex sacris libris audiverunt, quos egregie charos amiculos vocant.

Henno. Quid cum eis agunt?

Puer. Agant quæris? quod olim Iupiter cum Ganimede catamito, quem per aquilam ex Troiade rapuisse dicitur, id quod Iunonem admodum affecit male.

20 Henno. Intelligo, Florentinos audivi facere: num et hi etiam? ah scelus!

Puer. Non Florentini solum obnoxii huic scelestissimo sceleri, sed etiam §. 43.
illi qui Rhomæ rubris nigrisque insignes galeris longissima trahunt syrmata: atque adeo audivi frequentibus hæc inter sese iactare conviviis, quasi scelus non sit, sed ludus quidam iocularis et amœnus; quinetiam aiunt æstate mu-
25 lieres fœtere, hos vero tum ad concubitus præstantissimos esse: atque his etiam artibus pueros in episcopos cardinalesque provehi, ecclesiæ columnas, ex quibus postea maximi deligantur pontifices.

Henno. Mira narras, sed apud illos forte hæc scelera non sunt, aliis §. 44.
licent alia quæ aliis minime; loco fortasse peccamus: veluti apud illos grave
30 scelus esse audivi inebriari, obiicique hoc pro vitiosissimo nobis, nos contra in laudibus ducimus. Ita si tales ego in meo pago comprehenderem, igni evestigio adiudicarem: non secus quam qui cum iumento coiissent, adeo scelus istud execramur etiam. Sed audi precor, quantum intelligo, non penitus vanum hoc est quod vulgo fertur apud nos proverbium, 'quo Rhomæ propinquior
35 quisque ac vicinior, eo minus Christianus': quod adeo etiam ex nostris sacer- §. 45.
dotibus intelligimus, qui ipsi Rhoma venientes, omnibus sceleribus obruti, nobis ad imitationem pessima quæque proponunt exempla: interim nihil quod ad pietatem vitæque institutionem valeat, aut verbis edocentes, aut operibus, ignari omnium adeo rerum, ut nec divinum recte officium perficere, nec ipsum etiam
40 evangelium plebi, ut intelligi possit, proponere queant, superbi, iracundi,

---

[2] miriadas *1.* [3] constit. illæ] *Vide collectas e. gr. in* Gærtneri Corp. iur. eccl. Salisb. 1797. 8°. tom. I. [14] eas tantum pr. tantum comm. *3.* [16] sacris lib.] c. c. Paul. ep. ad Rom. II. 11. caros *3.* [18] queris *1.* Iupiter] cf. e. gr. Ovid. met. X. 154. sqq. Ganym. *2. 3.* [20] Florentina.* [22] nigr. galer.] *cf. infra* §. 113. l. tr. syrm.] *ex Vadisco.* [24 sq.] Cf. Epp. O. V. II. 39. [31-32] igni ... adiudicarem] nimirum Henno Gleuelianus scultetus (sive potius Sobius iuris doctor) vult eam sceleris pœnam quæ const. crim. Bamberg. art. 141. (repet. in const. crim. Car. V. art. 116.) proposita est, „*straff der vnkeusch so wider die natur beschicht*". [34] *Je näher Rom, je schlimmer Christ.* Simrock Sprichw. n. 8509. [38] naleaté aut. *1.* [40 sq.] Cf. Pauli ep. ad Tit. I. 7. 8.

vinolenti, incontinentes, percussores, inhospitales, cupidi, aleatores, vaniloqui, seductores.

§. 46. Puer. Quomodo meliores esse possunt hi qui ex asininis stabulis, ganeis, lupanaribus (hæ enim Romanensium scholæ) ad altaria Christi accedunt, inque hac exercitati palæstra præponuntur ecclesiis? nec mirum hos nostros esse pessimos, cum talia etiam Rhomæ sint capita.

Henno. Quomodo eadem capita et pessima esse possunt et sancta, non intelligo.

§. 47. Puer. Neque tuum est scire illud, nec licet etiam: quin et in evangelio Christus abscondita alia apostolis, alia sapientibus, alia indoctæ plebi voluit esse: non mirum ergo si rusticus ipse ignores plurima, etiam capere nec possis nec liceat, atque illa etiam nondum prudentissimis optimisque aperta sunt mortalibus. quam vero me vellem Rhomæ esse: quicquid esset rerum arcanarum ac technarum brevi intellecturum me confiderem, tam felix meum novi ingenium.

§. 48. Henno. Hem obviant nobis palliatæ, hui quam elegantes: ego illas vel sobrius! nostine has, o Bruno?

Puer. Sacræ mihi hæ videntur esse virgines, atque illæ quas sæpius etiam convivio adhibet legatus.

Henno. Quid ais? sacræ virgines?

Puer. Quid mirum sacrum sacro, malum malo si aptissimum? similes labra si habeant lactucas? chorum tenuerunt nocturnum, alternatimque matutinas absolverunt preculas. Virgines tamen esse eas, in eo tibi fidem meam non obstringam: mirum est quam meticulosus in eam sim partem.

Henno. Quam me in hoc monasterio æditnum esse vellem.

Puer. Apage, rustice, non tibi cani hæ conveniunt balneæ, nihil cum amaricino sui: tum autem si istuc voles, canos tegas ac rusticum oportet. Salvete! nosne fugitis? silent.

§. 49. Henno. Non licet sacrosanctas cum prophanis verba facere, quantum intelligo. Pulsabo ostium; sed iam ecce patet; quin ingredimur: Bruno, præito, ego sequar.

Puer. Deum ut iussi invoca, Henno.

Heno. Te ego datorem cunctorum invoco deum, bonum mihi, felicem fortunatumque hunc ad apostolicum legatum accessum reddas, vosque, o Petre ac Nicolae, cum Martino liberalissimo reliquisque divis cœlestibus, adeste, facite quo fortunatus recuperato amisso filio domum ad uxorem familiamque
§. 50. revertar, voti reus tria vobis ardentia cerea lumina statuam. Sed estne hic legatus, quem video, brevi statura hominem, bovino vultu, voce vasta? leonem rugientem audire videor; iam pronus cadam in faciem, ut iussisti.

Puer. Noli, inquam, hic legatus non est.

Henno. Credebam, quis tum est?

Puer. Papæ cuiusdam avarissimi cognatus fuit, Testa de Buffalo vocant,

---

[4] Scholæ Romanensium.* [16] ego ... sobrius *omis. 4.* *('Das wär' ein Frühstück!')* [22] labræ *1. 3.* Similem habent labra lactucam [i. e. similia similibus contingunt], proverbium ap. Hieronym. ep. VII. 5. dictum a M. Crasso, cum vidisset asinum carduos comedentem. [26] 'Quid cani cum balneo?' *Τί κυνὶ καὶ βαλανείῳ*; Macarii parœm. VIII. 34. 'Nihil cum amaracino sui.' „Vetus adagium est Nihil cum fidibus graculo, Nihil c. a. sui". *Gell. N. A. præf.* 19. [29] prof. *3.* [36] rucupato *1.* [42] Testæ de Buffalo factum.* Testa di B. = caput bovis buffeli.

qui additus est huic legato a Florentinis, ceu quondam ad Io vaccam a Iunone oculatus Argus, (tanta etiam inter eos fides est) ne quicquam ex pecuniis pontificiis suffuretur. Atque adeo, o Henno, quid aliquando hic fecerit, audi precor: nimium, ita me deus bene amet, id tibi narrare gestio: dispeream, si
5 non fidissimo quondam gravique narrante viro mensæ inserviens apud magistrum audiverim.

Henno. Obsecro quid id est?

Puer. Vocatæ ad cœnam a legato matronæ erant, non impuræ, tum autem §. 51.
forma præstanti ac primariæ etiam: quæ cum accubuissent, inter duas ex his,
10 veluti Musas, hic se Apollo tertium composuit convivam: qui cum loqui cum his non potuisset, neque illæ ipsum intelligerent, cœpit nutibus gestibusque suis adblandiri eis, atque ad eas alludere: quæ cum aversæ hominis inconditos mores detestarentur, benivolentiam ipsarum re, cum verbis non posset, comparare sibi aggressus est: comprehensa siquidem alterius, quæ inter utrasque
15 formæ palmam obtinuit, manu crassum ac plane equinum penem caligis extractum in manum dedit. illa ingenti insuetoque territa monstro ac rubore perfusa tota manum haud secus quam si serpentem contigisset, pavida retraxit.

Henno. Quid reliqui vero convivæ? intellexerunt autem? nonne illum maledictis fustibusque eiectum convivio male tractaverunt?

20 Puer. Minime, Rhomanenses erant omnes qui convivio interfuerant: non insueta illis res, discussa risu est: unus tamen ex illis, ad quem aliquantulum iniuriæ eius pars pertinebat, commovebatur: eximiæ ipsæ vero puellæ, demisso vultu, rubebant omnes, tacebant tamen.

Henno. Fœda, ita me deus bene amet, res est: ego profecto virgis pu- §. 52.
25 blice cæsum ac altera abscissa aure pago eiecissem, huic nebuloni turpissimo prope supplicassem. Sed heus, Bruno, estne et reliqua huius Rhomani legati familia isti lenoni impurissimo similis?

Puer. Uniusmodi profecto omnes, atque adeo propter stupra adulteriaque ac reliqua scelera non modo odio prosequuntur a civibus, verum etiam vi
30 atque telis.

Henno. Mirum quod hæc magistratus patiuntur: ex hac certe familia do- §. 53.
minus ipse plane cognoscitur. audivi quendam ita dixisse olim philosophum, quales in republica principes sunt, tales reliquos esse solere cives.

Puer. Philosophus num tu es, Henno?

35 Henno. Licet philosophus non sim, hoc scio tamen et compertum usu habeo. Pape, quis hic est, o Bruno, quem appropinquantem video, hominem statura longa, serico indutum, pileo rotundo, instar hirci barbatum, plurimas manu bullas gerentem? ipsum opinor esse legatum.

Puer. Is est; præceptorum vide sis memor, Henno.

40 Legatus Rhomanus. Nimiæ curæ nimiaque sollicitudo non sinunt me §. 54.

---

[1] ad Io] *cf. e. gr.* Hygin. fab. 145. [24-25] publice cæs. *etc.*] Cf. Bambergens. art. 223. §§. 3. 4. CCC. art. 198. §§. 3. 4. [25] ; et huic *3.* [29] prosequuntur a civ.] *l.* petuntur a c. [21] *Notissimum proverbium 'Wie der Herr, so der Knecht'. Cic. ad Att.* V. 11, 4. „illud *οἷα γ' ἡ δέσποινα* [*τοῖαι καὶ θεραπαινίδες*]'. *Idem ad fam.* I. 9, 4. „quæ sunt apud Platonem nostrum scripta divinitus 'Quales in republica principes essent, tales reliquos solere esse cives'." *Et Ies. Sirac.* X. 2. „Qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea". *Cf. Proverbior.* XXIX. 12. *et v.* [40] Audi legatum bone lector.* legat.] Ioannes Angelus Arcimboldus, de quo vid.

nec noctu conquiescere nec interdiu: adeo præter nauseam, quam ex Dania contraxi, et ille bolus extractus faucibus male me cruciat, ita ferente mala fortuna. Elapsus enim archiepiscopatus, quem in meis manibus, pulchre excogitato ad id modo, prope habui: amissa deinde (id quod minus curo tamen, quando illinc resarciri potuisset quicquid hic perditum erat, et quia non tam mihi quam pontifici periit) ingens pecunia, quam ad structuram felicis alioqui mihi divi Petri basilicæ diligentissime a Danis Suecisque ad viginti millia du-
§.55. catorum collegeram, me vix fuga elabente, quam adeo contra ius gentium adversum me rex ille barbarus molitus est, cum primum tamen advenientem humanissime exceperit, Angelum pacis affirmans esse me, ut qui nullam venissem illuc aliam ob causam, quam ut, pace utcunque inter barbaros composita, omnia tranquillissima redderem: quo nomine satis prospere venerunt apud Danos, homines et simplices et religioni addictos, admodum indulgentiæ meæ ac reliquæ quas habui facultates; quin et rex ipse quoque digna et se et pontifice maximo hospitalia elargitus est munera, qua benivolentia comitateque illectus ego in Suetiam abiens fratrem, quem habui mecum, Mediolanensem civem, unice charum mihi, eius fidei commisi: rediens deinde ex Suetia, quo ad componendam, bello posito, seu æquis seu iniquis conditionibus, pacem inter utramque gentem iungendaque fœdera abieram, mutatum erga me eius intellexi ani-
§.56. mum, hostilemque induisse: quod cum mihi suboluisset, alio itinere Barbarica gaza ut avehcretur curavi, ad aliud meipsum commisi, ego evasi incolumis, opes interceptæ, frater in carcerem contrusus est. Redditur postea mihi exemplum regis ad Pontificem accusatoriarum literarum, quibus plurimis me urget sceleribus, nominans subinde non Angelum pacis et Rhomanum apostolicumque legatum, sed concitatorem tumultuum et proditorem pessimum, ut qui archiepiscopum Upsaliensem, virum alioqui præstantissimum, quod sibi faveret, per hostem suum acerrimum contra ius fasque ad resignandum archiepiscopatum et
§.57. invitum et captivum compulerim, superque archiepiscopatu septingentos ducatos pro pensione annua pactus mihi fuerim, et quo ea fraus occulta maneret, tectaque esset tum ambitio tum avaritia, hæc omnia ipsum sua sponte Suetiæ Tyrannum ac motu (ut aiunt) egisse proprio, me et ignorante et nolente, confinxerim; quique ab eodem suo hoste in expeditionem (ut vocant bullarum) tria milia ducatorum et in argento informi et cupro acceperim, quo eum rebellesque Suetiæ populos adversus regem verum et legitimum regni principem Rhomæ defenderem, atque ex Cardinalium numero quem vellem in Suetiæ protectorem
§.58. atque patronum ad me cooptarem; qui deinde passus sim præsens eundem archiepiscopum, virum optimum et dignissimum, a tyrannico satellite in caput vulnerari primum, percussore deinde ab irregularitate absoluto, ipsum etiam ac parentem, strenuissimum auratum equitem, ac alios item nobiles in teterrimos rursum contrudi carceres, quo ne quando recipere spem possent aliquam,

---

Dahlmann, *Gesch. v. Dännemark.* III. 330. *sq.* *Schröckh*, *Kirchengesch. seit der Reform.* II. 11. *sqq.* [2] Cf. Ter. Heaut. IV. 2,6. [3] archiep.] Upsaliensis. *Schröckh.* l.c. p. 12. [8] colleg.] Cf. *Dahlmann l. c.* q̃ *1.* quæ *4.* [9] rex] Christianus II. [15] Diripiuntur legato bona, quæ coegerat barbarica.* [16] in S. abiens] *ineunte a.* 1518. [19] abi.] *a.* 1518. [21] evasi] *Lubecam.* [25-26] Archiepiscopum Upsaliensem archiepiscopatum deponere compulit legatus pontificius, nomine Ioannes Accimboldus. Anno 1517.* archiep. Ups.] *Gust. Trolle.* [26] Portenta facinorum.* [30-31] Suetiæ tyrann.] *Sten Sture.* † *d.* 9. *Febr. a.* 1520. [32-33] millia *2. 3.*

et ego interim septingentis ducatis fraudarer. ad hoc, ultra quod excommu- §.59.
nicationem iniuste in se apostolicam impetraverim, crimina plurima ac falsis-
sima apud Suecos in sese perfide contra legationis ius ac mittentis mentem
pontificis congessisse me, acriter accusat. Iisdem deinde literis obnixe admo-
5 dum a pontifice maximo petit, ut in me et perfidum legatum et proditorem
suum recte ac iuste animadvertat, ne id ipse facere cogatur: alioqui quæ
nescio omnia quo pacto rex ipse rescierit, a meis proditus non sum certo
scio, quando præter unum aut alterum, ac eos mihi fidissimos, quid egerim
ego novit nemo, nisi quantum ex ipsius regis accusatione intelligo, literas
10 vereor interceptas: scribit enim totam sese rem hostis sui literis probaturum,
id quod profecto curis auxium reddit me admodum: nec scio quo me pacto §.60.
hac turba evolvam, nisi quod contra omnia ea obstinatissima negatione mihi
opus est, qua adhuc tantum profeci, ut non solum vindictam non timeam pon-
tificiam, verum sperem etiam fratrem me posse captivum ex regis manibus libe-
15 rare, agente non solum pontifice, verum his etiam vicinis principibus. nam
quod iussit pontifex, Daniæ regno vicinos episcopos veritatem facti diligentius
investigare, id ego et precio et precibus periculum leviter discutiam: maxime
etiam si me hic aliquamdiu continuero, donec tandem etiam sua sponte res
conticescat, hoc quod me aliqui etiam monuerunt amici. Adeptus tamen et id §.61.
20 interim sum, adiutantibus fideliter Florentinis, quo hic et honeste agere va-
leam et pecuniam insuper corradere non contemnendam, ut mihi eædem red-
ditæ sint, quas olim hic habui facultates ac plures et maiores etiam: quibus
tamen huius episcopi consultores, maligno spiritu indurati, uti me archiepiscopi
nomine vetuerunt, in iniuriam et contemptum sacrosanctæ sedis apostolicæ, dicti-
25 tantes fraudes esse et imposturas quicquid ago, nihilque aliud conari me quam
utcunque deceptis Germanis eos pecunia despoliare, vendens honesta ac inho-
nesta omnia; ac plura etiam quam olim Simon ille magus, ad Petri pedes pe-
cunia posita, dari sibi petierat. Quam vellem tamen et habere me illa quæ §.62.
Petrus habuit, gratiam videlicet linguarum, gratiam curationum, leprosorum
30 mundationem, resuscitationem mortuorum, prophetiæ spiritum, per impositio-
nem manuum immissionem sancti spiritus: maiorem profecto his mihi fructum
facerem, quam olim Petrus ille reliquique rustici fecerunt apostoli; quibus ad
omnia illa, unde sibi operæ precium facere potuissent maximum, ac immensas
comparare divitias, etiam victus prope defuit; quibus quam rectissime dici po-
35 tuit id quod olim in Punico bello Hannibali Maharbal dixisse fertur, 'Non omnia
eidem dii dedere', vincere sciverunt, at victoria uti potuerunt minime. Iam §.63.
vero cum nihil præter chartacea ego feram diplomata, nihil præter obtusum
etiam usu nimio anathematis fulmen, remissionem disciplinæ apostolicæ, per-
fidiam solutis iuramentis, abrogationem sanctissimorum conciliorum, corona-
40 tionem stultorum, largitionem nigrorum galerorum, multaque, ut ipsi affirmant,
exempla reipublicæ Christianæ pernitiosissima, atque ea etiam omnia pecuniæ
causa dumtaxat, minus curant, contemnunt etiam: quo fit ut merx mea non

---

[1] Isdem d. litt. *3.* [26] Idem hic fur Angelus Tacitum Corbeiensi abbatiæ abstulit a Leone X. quingentis zecchinis emptum Philippoque Beroaldo iuniori edendum traditum. [35] fertur] *Liv.* XXII. 51. „Tum Maharbal 'Non omnia nimirum eidem dii dedere. Vincere scis, Hannibal, victoria uti nescis'. [36] Quæ afferant legati Apostolici.* [42] dūtaxat *1.* duntaxat *2. 3.* [42 sq.] Obulo mox vendenda erunt Rhomana.*

ematur, ego penuriam cum meis patiar prope; et nisi omnia obulo deinde vendidero, actum erit mecum, atque ad restim famemque tandem res veniet. Salva res est: his, quos video empturos, aliquid esse apparet.

§.61. Puer. Recte intellexi omnia, nihil horum mihi intercidet: gesta ab sese plane apostolica enarravit: nihil est, si cum hoc ad gentes missum Paulum comparaveris. Quin procidis, Henno?

Henno. Humilis sanctitatis vestræ orator has literas præsento.

Puer. Certe arator: rusticus ipse exosculari literas, quemadmodum docui, neglexit, adeo non potest suum etiam illum exuere rusticum.

Legatus. Levate hominem. Quomodo sese habet dominus Bartolinus? num ex scabie convalescit? Indigne profecto contigit bono viro et industrio iniuria contumeliaque, qua ab illis male tractatur. Verum tu, quod tibi nomen est?

§.65. Henno. Hennoni.

Legatus. Rusticus opinor.

Henno. Ita est, negare non possum.

Legatus. Quod opus exerces?

Henno. Agriculturam.

Legatus. Ex domini Bartolini literis quid velis intelligo, ut scilicet absolvatur primum ab incestu filius, quo in secundo gradu consanguinitatis vitiavit virginem, deinde uxorem quoque constupratam a se accipiat: eane petitionis summa?

Henno. Ea.

§.66. Legatus. Quanta autem hæc sint, quæ pro filio petas, accipe. principio scelus est gravissimum, quod leges etiam prophanæ capite puniunt, constuprare virginem, illud adimere quod ipse etiam deus non potest restituere: tum autem ansam ipse tuus dedit filius pluribus sese subiiciendi, ac quæstum denique corpore faciendi: experta siquidem semel eius libidinis dulcedine abstinere vix potens est mulier: quæ tandem omnia peccata in primum stupri au-
§.67. thorem vertuntur. huc accedit secundus consanguinitatis gradus, quem vos ante omnes Germani sacrosanctum inviolatumque observatis, adeo ut comprehensum qui in eum libidinem expleverit suam, igni adiudicetis. quæ scelera, præterquam quod gravem petunt pœnitentiam, pernitioso etiam apud vos, si temere ac cito absolvantur, exemplo fierent. quo fit ut si impunitatem remissionemque huius facinoris ipse voluisset filius, coactus fuisset abire etiam Rhomam usque magno suo sumptu, tum autem maiore molestia. ad hoc, si amat illam, si vult ne reliquis sese commisceat, sed ut ipse potius in uxorem ducat eam, quanta istic in dispensando res agatur, tum scies optime, cum quid olim quidque vetitum sit modo, ordine narravero.

§.68. Puer. Si hic Henno tenere ea quæ dices omnia non poterit, at ego ne oblivioni ea tradam operam navabo.

Legatus. Antiquæ legis patribus in sua cognatione non solum permissum erat matrimonia coniungere, imo non licebat extra eam quærere nuptias: ita Abrahæ frater Nachor Melcham filiam Aram fratris sui uxorem duxit. neque aliam fas fuit Isaac uxorem accipere, patre ministrum per femur adiurante, quam ipsam Rebeccam, filiam Battuelis filii Nachor et Melchæ. huius etiam filius

---

[2] Ter. Phorm. IV. 4,5. „Ad restim mihi quidem res rediit planissume." *item* Cæc. Stat. 215. [4] Recte, int. *1.3.* [7-8] orator *et* arator. [30] „Sororem filiis idem apud avunculum, qui apud patrem honor". *Tacit.* Germ. 20. [41] Mos coniugiorum veteris instrumenti.* [43] Genes. IX. 29. [44] Genes. XXIV. 15. sqq.

Iacob duas sorores Lyan et Rachel, filias Laban avunculi sui, in matrimonium, servitutem serviendo, adeptus est.

Puer. Expecto quorsum evadat. §. 69.

Legatus. Atque etiam in legibus Hebræo populo statutum fuerat, ne extra tribum uxores ducerent, abstinerent vero penitus ab alienigenis, atque adeo frater fratris, proximus proximi semen exuscitaret; id quod de Thamar et Ruth Moabitide commendatum memoriæ est. Quarum rerum omnium has ego tibi rationes dicam. primum quoniam ita ob hominum penuriam erat necesse, nec potuit aliter fieri: quomodo enim filii Adæ, quomodo deinde filii et nepotes Noë extra cognationem nupsisse potuissent, humano genere vel recenti adhuc vel deleto penitus? quomodo postea Abraham extra suam stirpem, cui soli §. 70. data circumcisio erat, cum externo genere sine commaculatione iunxisset matrimonium? vetuit enim deus, ne commiscerentur cum alienigenis, per quas a cultu veri dei ad idolorum convertebantur: commixti siquidem filii dei cum filiabus hominum in diluvii pœnam dei iram provocarunt. superveniente deinde vera religione ac veterem solvente legem, quam latissime seminarium charitatis diffundi optimum erat; quod adeo nulla alia re aptius fieri potuit, quam ut utili honestaque concordia diversarum necessitudinum vinculis necterentur homines; suadebat etiam hoc humana quædam verecundia et naturalis et laudabilis, ut quibus debeamus ob propinquitatem honorem verecundiæ, ab his abstineamus etiam.

Puer. Quantum ergo intelligo, cum in gradibus dispensatur propinquitatis, et charitati Christianæ et verecundiæ naturali fit detrimentum. §. 71.

Legatus. Negari non potest id; verumtamen quia hoc iuris est positivi humanique instituti, per hominem, hoc est summum pontificem, derogari potest, aut si velit, penitus aboleri ex tabulis omnibus: tanta enim est vis pontificii pectoris, quæ et in me ceu per canalem derivata, ut quod ipse Rhomæ, ego hic eius nomine possim. veruntamen quoniam gravi hic sumptu premor, ob familiæ magnitudinem, magna etiam necessitate urgeor, gratuito fieri dari- que id a me non potest: ad hoc certa ad exigendum ex singulis facultatibus a Pontifice mihi præstituta est pecuniæ summa: ut ergo et a stupro et incestu absolvatur filius, deinde per bullam apostolicam ei liceat constupratam in uxorem ducere, quadraginta ducatos det oportet.

Henno. Eheu eheu! o, o! §. 72.

Puer. Iam plane video quid pecunia possit: hanc cum dederis, solvet tibi disciplinam charitatis Christianæ, naturalem humanamque verecundiam omnem. quin iam per hunc legatum, omni sublato discrimine, in promiscuos, ferarum ritu, concubitus ruimus? non filius demum matris ducatur verecundia, non pater filiæ, non frater sororis, non privignus novercæ: videmus enim exiguas scelerum scintillas in maximum tandem prorumpere incendium, ac mala omnia in peiora, ac bona etiam in mala converti quotidie, mala in bona nullo unquam versa fuisse tempore. Profecto divinabam, imo certo sciebam, totam §. 73. hanc theologicam veteris novique testamenti commemorationem huc tandem redire, 'pecunia detur oportet'.

---

[1] Genes. XXIX. 16. sqq. [6] Genes. XXXVIII. 8. et Ruth. IV. 5. 7. [12] Genes. XVII. 10. sqq. [13] Exod. XXXIV. 16. Numer. XVIII. 4. sqq. [14] Genes. VI. 2. sqq. [15] 35. q. I. cum igitur. *in marg. 1.* i. e. Gratiani decret. part. II. caus. 35. quæst. 1. (ex Augustin. de civ. dei XV. 16.) [25] Vis pontificii pectoris.* [35] Hui belle.* [40] Curt. VI. 3,11. „Parva sæpe scintilla contempta magnum excitavit incendium."

Henno. Proh deus immortalis, perii, occidi, o me miserum! o illum perditissimum Battum, qui tot me iam calamitatibus affligit, tot me miserum excruciat modis! egone quadraginta dare ducatos possem, qui in quadraginta annis me unum quidem vidi? tum autem, ut et heri dixi, si producerem omnia mea, et tugurium ipsum et agrum, unde victus mihi ac meæ suppeditatur fa- 5 miliæ, et meipsum pro pecunia in servitutem tradidero postea, non quadraginta aureis omnia venirent.

Puer. Quid agimus, Henno?

§. 74. Henno. Quid agam nescio, totus quantus quantus sum perii.

Puer. Supplicemus huic: qui scis? remittet aliquid. 10

Henno. Hoc aliquid nihil est: ah perii, neque hoc aliquid dare possum, quicquid remiserit.

Legatus. Novi iam hos homines ego, plurima cum habeant sintque locupletissimi, nihil sese tamen habere astute simulant. Tu, Henno, ornatus, mundicies, habitus ipsius oris etiam indicant divitem esse te. 15

§. 75. Puer. Præstitisset sordidatum accessisse hunc; non rectum illud fuit consilium, quo iussi vestibus, calceis, manibus facieque lota venire huc. iam vero quem mulgeat, putat reperisse se: ah falsus est! non habet profecto, o domine, ipse vel per tuos exploratione investiges licet: pagus enim in quo habitat, haud ita longo distat ab hac urbe intervallo, intra primum lapidem situs est. 20

Legatus. At viginti potest; grande scelus est.

Puer. Licet, non certe decem ab his electoribus etiam poterit signatos aureos.

§. 76. Legatus. Hem? non decem aureos? frustra ergo huc accessit: meum non est gratis dare, quando ego gratis nihil habeo: atque adeo si possem aut liceat 25 etiam, quare Italus de Germano et rustico bene mereatur, non video.

Puer. At quia Christianus et pauper: cœlum hac beneficentia commercaberis.

Legatus. Cœlum apud me iamdudum habeo, et cui ego volo, vendo quotidie: quin et Christus ipse in potestate est mea, cogitur velle id quod ego 30 volo etiam.

Puer. Et eum vendit tua paternitas? emptum credebam esse semel, nec posse amplius.

§. 77. Legatus. Non ita ego vendo, ut Iudas ille olim, qui venditum ad excruciandum Iudæis tradidit: ego licet vendam, retineo tamen, hoc quod fieri 35 modo etiam sine proditionis scelere potest.

Puer. Mirum, quam vellem idem artificium meus noscet magister, ut divenditum pannum retineret tamen: brevi Crœsi vinceret opes, et ego quoque Crassi divitias nihil præ meis fore certo confiderem.

Legatus. Non omnia possumus omnes. 40

Puer. Video.

§. 78. Henno. Ah miserum me, utinam capones adhuc haberem meos, nec illos perdidissem etiam! næ infelici sydere natum esse me plane sentio.

Legatus. Hem? capones habuit Henno?

Puer. Habuit, heri domino Bartolino consilii causa dedit eos. 45

---

[19] Cf. §. 3. [22] potest] *t. e. dare aureos.* [23] 'ne decem quidem vel Rhenenses florenos aureos dare poterit' *interpretor.* [31] Christus ipse in potestate legatorum.* [35-36] excrutiãdum *1.* [38] noscat. *3.* [41] Non omnia p. o.] Vergil. ecl. VIII. 63. [44] sidere *3.* [45] hæri *1.*

Legatus. Male factum, huc portasset potius; sed quantum dare potest cedo.

Puer. Pecuniam nullam: duas habet vaccas, quæ ei lac, butyrum, caseum præbent, quæ partim vendit, partim in sustentationem sui ac familiæ sibi retinet: fraudans ergo genium alteram huc adductam divendet, utrasque, quemadmodum tu ipse intelligere potes, nisi fame perire malit, non potest.

Legatus. Quam vellem divitem esse hunc. Sed vos me hic expectate, §. 79.
donec huc redeam: ego interim capto a meis, quid agendum mihi sit, consilio propere ad vos revertar.

Puer. Bono animo fac sis, Henno: satius est vaccam quam filium perdere.

Henno. Siquidem vacca defungi possem.

Puer. Ne dubita, non te vacuum dimittet, quantumvis etiam parum dederis: atque adeo, Henno, non male hoc mihi in mentem consilium venit, quo monui te, priusquam hunc accederes, votum nuncupares deo, cuius tu nunc præsenti ope iuvaberis.

Henno. Merito te amo, mi Bruno, nec me huius tanti beneficii imme- §. 80.
morem senties.

Legatus. 'Non dimittendum hunc, licet prope nihil det, mei mihi suadent, neque expedit etiam: tum ne penitus habeam nihil, tum opus esse sentio, ut liberalitatem aliquam meam ac benivolentiam etiam ii homines sentiant'. Tu vero, Henno, quando præter vaccam dare nihil potes, industria et favore tuam hanc paupertatem compenses oportet.

Henno. Si possem modo, equidem libentissime faciam; et quod non potero ego, ipse efficiet filius.

Legatus. Imo poteris, maxime si eos ad quos tu veneris, quibusque in- §. 81.
tellexeris facultatibus meis esse opus, edocueris quantæ mihi a sacrosancta apostolica sede datæ sint.

Henno. Has ego non novi, o domine; tu vero si quæ sint ostenderis mihi, sedulo apud meos agam, quod id quod ego dare non potui, aliunde resartiatur abundanter.

Legatus. Id volo etiam.

Puer. Iam hoc agam quod et ipse meus me magister iussit, et ego volebam summopere, doctiorem certe futurum me non diffido.

Legatus. Bene agis, maxime si hic Henno memoria complecti omnia non possit. Ex Christi evangelio apostolicisque actis iam primum omnium satis §. 82.
constat, apostolos ipsos, atque Petrum ante omnes apostolorum principem, accepta ligandi a Christo solvendique omnia in terris potestate, ac faciendi etiam miracula plura et maiora quam ipse etiam fecerat Christus, in omneis terrarum parteis dimissos esse, quo ad Christi evangelium ac baptisma a gentilitate dæmonumque cultu gentes cunctas perducerent, sibique terrarum subderent orbem: quibus tandem per varias mortes in cœlum abeuntibus natio- §. 83.
num omnium episcoporumque demum, quos successores atque discipulos apostoli reliquerant, consentiente sententia, Romanus ipse pontifex, Christi vicarius summus, ecclesiæ caput, Petri successor pontifex maximus est constitutus, ut quemadmodum in ea urbe terrarum nationumque omnium esset principatus

[5] Ter. Phorm. I. 1, 9. sq. Quod ille unciatim vix de demenso suo Suum defrudans genium comparsit miser". [14] hunc *omnes*. [18...20] 'Non ... sentiant' *secum dicit legatus*. [30] resarciatur *2. 3.* [35] Potestas ligandi et absolvendi.* [43] consentienti *1. 3.* [45] *Cf. supra p.* 468.

atque domicilium, ita ibi quoque rectissime religionis Christianæ caput optime
§. 84. esset collocatum; qui omnia unus per terrarum posset orbem ligare et solvere, dare et accipere, condere et abrogare, mittere et revocare, iubere et vetare, servare et condemnare; sub cuius potestate reliquæ essent Christianæ nationes omnes, reliqui omnes episcopi; qui hoc in orbe possit terrarum, quod alii tantum intra sua septa suis ecclesiis; cuius solius arbitrio Romani etiam deligerentur et reges et imperatores, reiicerenturque quos ipse non probasset solus; sine cuius interposita autoritate nullus uspiam constitueretur episcopus; qui solus regna, nationes, populos, urbes sceptro regeret; qui unus bella, pacem, fœdera moderaretur; in summa unus omnia acciperet, unus daret omnia.
§. 85. Is ergo universalis ecclesiæ Antistes me, ceu Christus apostolos, per Germaniam, Daniam, Suetiam item misit universalem nuntium: primum ut omnem eis Christi ecclesiæque thesaurum, indulgentiarum videlicet, velut in sinum infunderem, in exædificationem templi maximi, quod Petro Romæ extruitur, aliaque deinde eis erogarem quæ ex ordine audies modo.
§. 86. Puer. Quanta pontificis maximi sit potestas tum in alios Christianæ reipublicæ episcopos, tum in Romanum etiam imperatorem, quem et si non superiorem esse constat ob sacerdotii honorem, alterum tamen ei gladium commissum, ipsumque longo tempore ecclesiæ Romanæ episcopos dedisse, nemo potest ire inficias; tum etiam quod illi uni liceant omnia, id excutere quibus
§. 87. et maior eruditio et ad quos id plus spectat, relinquo. Verum hæc scio longe aliam fuisse missionem apostolorum Christi et huius pontificis: illi in prædicationem evangelicæ disciplinæ ad gentes et incredulos mittebantur, in piscationem hominum, in extructionem vivorum spiritussancti templorum, ac
§. 88. per summam paupertatem in præsentia pericula et mortes; te vero vidimus missum ad fideles Germanos, non tam in fide continendos (sunt enim religionis tenacissimi) quam pecunia spoliandos, non in piscaturam hominum, sed Germanici thesauri: id quod maxime vos novos apostolos petere vel orbis testis est, non in constructionem vivorum spiritussancti templorum, verum mortuorum (atque utinam id, audio enim nihil ædificari minus Romæ, quam Petri templum, aut si quid ad ostentationem elusionemque Germanorum fabricæ operæ interdiu perficiatur, noctu in domum, nescio cuius cardinalis, id avehi totum) lapidum, ac si apud nos non satis onerati in extruendis simus lapidibus, quibus ipsi frui possumus et ad magnificentiam et ad pietatem, non demum per summam paupertatem in pericula et mortes, verum summas divi-
§. 89. tias, fastum, luxum et libidinem. Licet sciam inter Germanos paulo oculatiores esse aliquos, ad quos si veneris, periculum tibi vitæ tam præsens foret forte, quam apostolis inter gentes olim, ac tibi apud Daniæ regem nuper fuerat: nec tamen sanctitatis tuæ causa id, verum quia vident te ac tuos non tam Christi similes apostolis, quam eius quem ex Babylone futurum ferunt, Antichristi, omnia vendentem pecunia, sacra atque prophana, qua Florentini reliquique Romanenses ad omne libidinis genus abutantur, deceptosque stolidos Germanos irrideant.

Legatus. Quid tute tecum immurmuras?

§. 90. Puer. Tacitus sanctitatem legationis tuæ mecum reputabam, teque comparabam cum apostolis Christi.

---

[2] omnia nunc un. *3.* [7] dilig. *edd.* [11] Legatus.* [17] De imperatore.* [22] Quæ missio apostolorum.* [31] siquid *etc.*] Cf. Pasquill. exul. §. 12. et Orat. Ne in decimæ præstationem consentiatur. §. 23. [32] 'ad palatium Medices' *Pasquill. l. c.*

Legatus. Nulla comparatio ibi esse potest, adeo alia res in ecclesia modo, alia olim fuit.

Puer. Id erat profecto quod admirabar: mirum tamen, ecclesiam Christi §. 91.
mutari posse, cum eundem adhuc quotidie audiam vivere Christum, solidum
5 eius et caput et fundamentum; idem etiam evangelium, quod tunc manebit
etiam immotum, cum cœlum ac terra transierint; atque adeo tum meliora fuisse
omnia, ac perfectius Christianam et charitatem et pietatem viguisse in viris ac
fœminis, cum nostram vitam ad evangelicam disciplinam attemperavimus potius
quam ad nostram libidinem repugnantes incœpimus trahere scripturas. nisi
10 forte tu mihi prædicas ecclesiam malignantium, scribarum scilicet et pharisæo-
rum ementium et vendentium, quam in propheta spiritus etiam sanctus odivit,
cuius cœtum atque trapezas Christus suo eiecit templo; quæ contemptis dei
mandatis proprias sibi statuit traditiones, asserens Christianam esse se, et non
est, verum mentitur, cuius etiam caput non ipse Christus est, immo Satan po-
15 tius, et consummatio illius flamma ignis.

Legatus. Ecclesiam, cuius caput ipsum credimus summum esse Pontifi- §. 92.
cem, aliam æstimare quam Christi, religio est hæresisque perditissima; cuius
etiam evangelium ne in iota quidem est mutatum; quin et ipsum tum legi-
mus tum canimus quotidie. verum mores ad id nostros formare perquam
20 difficile semper fuit, nec nisi perfectis datum, atque paucis etiam illis qui
Apostolorum propinquiores fuerunt temporibus: quorum enim quenquam vidisti
qui modo perfectus sit adeo, ut auferenti iudicio pallium tunicam addat etiam?
ut percutienti malam alteram alteram porrigat item? diligat inimicos, oret pro
persequentibus, benefaciat iis qui eum oderunt? in summa, diligat dominum suum
25 adeo ex corde animaque sua tota, ut nihil præterea, proximum suum sicut
seipsum? Imo vim vi repellere licet modo, pro rebus iniuste ablatis nobis iu- §. 93.
dicio conflictari, eadem remetiri mensura qua mensi nobis fuerint homines; et
si non plane odisse inimicos, nec amare etiam nec coniungere consuetudinem;
præter deum etiam ipsum in dubios rerum eventus et pecuniam colligere et
30 de futuro providentia humana sollicitos esse; et cum ipsum recte volvimus
evangelium animo, imperfectis etiam nec in totum desperandum est.

Puer. Cum de plebe loqueris, credo: hoc tamen scio, tepidos aspernari §. 94.
dominum, ferventes velle maxime: quare hæc culpa, quantum video, tepescen-
tis scilicet religionis Christianæ, tota in illis est qui Mosi cathedram apposto-
35 lorumque loca occupaverunt: ex iis enim reliqua plebs metita est vitam suam
omnem: quod si in iis adhuc luminis fuisset aliquid, non tantæ profecto tene-
bræ orbem occupassent Christianum.

Legatus. Quin hæc missa facimus. Hoc intelligis, Henno, universalem §. 95.
per Germaniam nuntium esse me, summi universalisque Romani pontificis, qui
40 omnia potest?

Henno. Intelligo.

Puer. Pestem generalem contagione fœdantem omnia, ego intelligo.

Legatus. Iam quid eo nomine amplius possim, accipe.

6.18 Matth. V. 18. 10 Psalm. XXV. 5. 12 Matth. XXI. 12. Marc. XI. 15. Luc. XIX. 45. 15 Ecclesiastici XXI. 10. 22 Evang. sec. Matth. V. 39. sqq. Luc. VI. 29. sqq. *etc.* 26 Vim vi repellere] Ulpian. L. 1. §. 27. Dig. de vi XLIII. 16. Innoc. III. cap. 18. X. de homicid. V. 12. 27 Matth. VII. 2. Marc. IV. 24. Luc. VI. 38. 33 Culpa tepescentis religionis pontificiorum est.

Henno. Hoc ago.

Puer. *Οὐδὲν ὑγιές.*

Legatus. Quid ais?

§.96. Puer. Nihil. perge, domine.

Legatus. Cum iam per orbem terrarum latissime sese Christiana fides diffunderet, multi per ecclesias constituti sunt et sacerdotes et diaconi; qui cum crebras inter sese dissensiones commoverent, in schismatis remedium unus electus est per ecclesias, qui cæteris præponeretur, ne unusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet; hunc in excelsiori gradu collocatum episcopum nominabant, quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconi ex sese electum industrium 'archidiaconum' vocent; qui ubicunque fuerit, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Regii, sive Alexandriæ, sive Tanis, eiusdem meriti, eiusdem est et sacerdotii; habetque eandem in subiectos sibi et monendi et castigandi
§.97. et puniendi autoritatem. Iam vero nomine summi pontificis, qui primum locum et maximam potentiam sibi occupat solus, si qui sunt qui sese suo episcopo subditos esse volunt, quique proprii episcopi iudicium subterfugere conantur, sive calumniæ sive alia causa quacunque, mea interposita autoritate aliunde iudicem sibi ut placuerit asciscere possunt; immo etiam ereptos proprii episcopi iudicio aliis quibus commodum est trado iudicibus, et id intelligis, Henno?

§.98. Henno. Non admodum, nisi ita velis, ut si quem mihi ex meis quibus iudicio præsum, quo alium impune calumniari possit, adempta mihi omni iudicii pœnæque in calumniatorem potestate subtraxeris.

Legatus. Omnino, recte capis, ab inferiore iudice libero et superiori trado.

Puer. Hoc agitur, quantum intelligo, huic detur pecunia, et ipse schismatum erit autor, non secus agens quam si pastori oves obedire vetuero, parentibus liberos, præceptoribus discipulos, magistratibus cives, dominis servos;
§.99. et quantum video, quando hoc admittimus, quid opus erit peculiaribus nobis episcopis, quos tanto hic sustinemus sumptu, cum Romanus ipse pontifex et sui Legati, abiectis a cognitione dissensionum inter suos episcopis, ipsi *ἐπισκοπέοντες*, hoc est superintendentes esse volunt? si hi nobis iudices ad suam libidinem instituere conantur, non sint officiales deinceps, non sint episcoporum vicarii, non sint fiscales, non sint episcoporum in Germania nomine concionatores; non obediat sacerdos episcopo, non diaconus sacerdoti; permisceantur involvanturque omnia, pereat illa quantulacunque adhuc est in ecclesia disci-
§.100. plina. Hoc illud est profecto, quod Africana sæpe episcoporum concilia Romano scripserunt Pontifici, tantum sibi postulanti tyrannidis, oculos plus videre quam oculum, iudicia quam iudicium plura dispicere, orbem maiorem quam urbem esse, nullum ipso proprio pastore suas oves melius nosse, melius pascere, melius tondere, melius si morbidæ fuerint curare, melius ab irruente defendere lupo.

§.101. Legatus. Item potestas relaxandi iuramenta, quæ præstita in contractibus, instrumentis, obligationibus omnibus, præterquam quæ data cameræ apostolicæ.

---

[2] *Οὐδὲν ὑγιές.* Nihil sanum. Eurip. et Aristoph. Cic. ad Att. XV. 1, 2. Nihil sani.* [12] Tanis] Tarsis (*i. e.* Tharsis)? s. Thamnis? s. Tunis? [27] Pastori oves obedire vetant suis statutis Romani.* [37] *Cf. concill. Carthaginn. et impr. Cyprian. atque Augustin.* [40] esset *1.* [43] Relaxandi iuramentum potestas.*

Henno. Habeo, ut si qui sint qui capti ab hostibus fidem dederint, qui creditori certo tempore debitum solvere iuraverint, qui patriæ, rebuspublicis, qui regibus, qui collegiis, qui cognatis sacramentum præstiterint, id scilicet solves.

5 Legatus. Omnino. et si qui fuerint qui adepti sacerdotia, monasteriaque in- §.102.
gressi, sacramento, syngrapho sigilloque interposito bonis paternis aliqua portione fratribus cesserint renuntiaverintque, eos ego, iuramento antiquato, in integrum restituo, locumque actionibus iudicialibus tribuo: non enim æquum mihi esse videtur, ut bonis suis fraudentur ecclesiastici, ipsique prophani ecclesiæ
10 habeant bona.

Puer. 'Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?' Una res est qua §.103.
Germani omnibus nationibus præstant, fides constantiaque; et dictis et factis omnibus eam tuemur, eam defendimus, eam hostes servamus hostibus, eam vel addictam inter pocula sacrosanctam inviolatamque custodimus, ob eam in exi-
15 lium, in carcerem, in mortem, relictis patria, parentibus, coniugibus, liberis etiam ivimus, eam en novi hi apostoli adimere nobis suis bullis volunt, perfidiam eius loco introducentes. quid enim aliud erit quod remanserit, fide §.104.
soluta? profecto perfidia. Volunt credo id de nobis prædicari quoque quod iam de illis multo ante dictum est 'Hæc est gens, quæ non audivit | * Hiere. 7.
20 vocem domini dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides et ablata est de ore eorum.' Non credo ullos unquam tyrannos in Germanos voluisse hoc malum invehere, quod nostri, immo Antichristi modo ferunt apostoli. Perfidiæ duas esse audivi vires, mentiri ac fallere; tantumque incommodi afferre mortalibus, quantum salutis bona fides præstat. O Romana vetus gentilisque disciplina, o §.105.
25 nunquam satis laudate Marce Regule, o Christiana respublica, o Petre, o Christe, voluistis docuistisque hæc ipsa mortales unquam? hæcne vestra præcepta, ut plus etiam quam Punicam induamus perfidiam? ut sacramentum iurisiurandi irritum faciamus? ut mentiri discamus ac fallere? ut invocatum sacramento dei nomen irritum vanumque his præeuntibus efficiamus? hoc credo nec Germanus,
30 nec Christianus petet unquam, ut soluta fide periurus efficiatur. Et quod ma- §.106.
lum est, quæ ista informis est camera apostolica, cui soli fidem servare cogimur iuramenti, cui soli servare iusiurandum? maiorne illa publica est fide? maiorne illa est Christo? multos iampridem eam exhorrere audivi, multos execrari, praviorem truculentioremque omnibus tyrannorum carceribus esse; siqui-
35 dem quæ non corpora ferreis contineat vinculis, verum animas nexibus invisibilibus implicet, ac malis tradat dæmonibus: credo profecto eam esse, in quam pontificia comportatur pecunia. Pontifici ergo soli in pecuniæ solutione fidem §.107.
servare cogemur iuramenti, Christo non cogemur? Germanus per deum iuratus Germano exigua pecuniola ab hoc Legato perfido emet perfidiam? 'Dii, ta-
40 lem avertite pestem.' 'Ite, o Germani, ferte citi flammas, date vela, impellite remos.' Et quid de hoc pacis perturbatore pessimo, quid de hoc tumultuum concitatore digne loquar? Vide, o Germania, vide quæso, quid non faciat avaritia, quid non cogitet. Vetus ille apud te mos fuit nobilium, vetus §.108.

---

[11] Quid *etc.*] Vergil. Aen. III. 56. sq. fimes *1.* [12] Germanorum fides et constantia.* [19] Ierem. VII. 28. [22] Perfidiæ vires.* [25] *Redit fabula de M. Atilio Regulo Carthaginem reverso a Pœnis mire cruciato. cf. e. gr. Gell. N. A.* VI. (VII.) 4. [39.40] 'Di, talem terris avertite pestem.' *Vergil. Aen.* VI. 620. [40] Ite, Ferte citi &c.] *ibid.* IV. 593. *sq.* [13] Mos Germanorum de hæreditatibus.*

illa laudataque consuetudo, nec oblocutum huic omni ævo quicquam nisi fraude interveniente adeo uti nec æqui nec boni ibi umbra reperiatur, ut si cui parenti maxime potenti ac diviti plurimi contingant liberi, ne principatus ipsi ditionesque ac patrimonia in plurimas minutulasque partes dirimantur, neve fratres cogant fratres ad inopiam et egestatem, ne maximæ lites, ingentes se- 5 ditiones horrendaque exoriantur bella, filii maiores natu sortem totius solent accipere patrimonii, quo ipsi sobolem susceptam ex sese et commode et libere et honeste educare possint, ipsamque sustentare stirpem; ad reliquos vero sustentandos certa ex asse constituitur pecunia, ne et ipsi expertes bonis pater-
§.109. nis priventur patrimonio. Atque adeo etiam, quo et divitiis et honori aper- 10 tus sit locus, maiorum solertissima providentia, ac in deum etiam optimum maximum pietate, erecta sunt optima sacerdotia, constitutæ prælaturæ (quas tamen non ita præriperent illi nobis Rhomanenses sceleratissimi, si Germani nos corda habere inciperemus, si id nos conaremur quod Alexander ille sextus iam tum redeunti e Germania præparabat Raymundo: quod Iulius deinde secun- 15 dus, plane et Iulium et Iulianum agens, Bernardino, hoc etiam nomine nos despoliante, intentabat: qui quam sint accepti, nemini non constat), eximie dotati etiam episcopatus: quæ cum adipiscuntur, reliquo solent suis cedere patri-
§.110. monio: idem et de fœminis puellisque fieri consuevit ingredientibus monasteria. Iam vero cum avaritiæ satis esse videatur, nihil (Monachis maxime Non- 20 nisque agentibus id, quorum inexplebilem quotidie avaritiam cernimus) fratres contra fratres ad repetendam patrimonii plenam sortem, velut actionem repetundarum, hic malis ad nos avibus missus Satanæ legatus concitabit? bellorum sævissimorum odiorumque crudelissimorum, mortium denique et turpissimarum et miserrimarum hic nobis Imperator Tartareus buccinam ceu pugnæ 25
§.111. signum præcinet? Dispicite hic, o Germani, iam demum aperta luce, quibus iam tandem ac sero prope cerebrum vigere, quod nullum antehac fuit, incipit, hocne apostolici legati, nuntii pacis, angeli lucis, ac non potius pessimi nebulonis, turbatoris quietis, mali dæmonis ac omnibus ob avaritiam concitati furiis sit officium: expergiscimini adhuc et capescite rempublicam! 30

Legatus. Quid ita moveris?

§.112. Puer. Adeo non placet mihi id, Germaniam genuinam suam amittere fidem, vetera sua, te autore, instituta: quam vellem non audisse hæc me.

Henno. Erunt forte qui et hæc petent, quibusque usui ea erunt admodum, hos huc venire iubebo tamen. 35

Puer. Nemo bonus, nemo Christianus.

§.113. Legatus. Si tamen aliqui. Data est mihi etiam potestas creandi prothonotarios apostolicos et acolythos papæ.

Henno. Quales hi sunt?

Puer. Sine dubio mali corvi mala ova. 40

Legatus. Hi sunt qui nigris galeris insignes nullis episcopis præterquam

---

[2] bonii *1.* [12] opima? [15] e *additi.* Raymundus Perauld a. 1493. cardinalis Gurcensis, † 1505. *cf. Ciaccon. Vitt. pontiff.* III. p. 172. *sq.* [16] Iulium (Cæsarem) et Iulianum (apostatam). *Cf. dialog.* IVLIVS. Bernardino Caravajal, item 1493. cardinalis factus, et legatione per Germaniam functus. *cf. Ciaccon. l. c. p.* 170. *sq.* [17] cōftar *1.* [19] Item *edd.* et *omis. 2.* [30] capessite *3.* [33] te autore *ante* genuinam *ponere debebat puer.* [37.38] Prothonotarii Apostolici. Acolytos *1.* [40] mali c. *etc.*] *Κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. Zenob.* IV. 82. *et all.*

summo pontifici sunt subiecti, quique nullo iudicio molestari quam apostolico, quod Romæ est, possunt.

Puer. Nonne rem acu tetigi? hi sunt qui impune mala plurima facere possunt; qui, cum calumniis omnes vexant, ipsi in tuto collocati et sub ponti-
5 ficiis alis vexari prorsus non possunt; quique per imposturas ac sycophantias multo contracto alieno ære creditoribus egregie imponunt, excogitato ad id etiamnum artificio.

Legatus. Doctores etiam facio. §.114.

Puer. Imo dolores.

10 Henno. Id noster pastor vellet certo scio, doctum enim eum iudicant omnes, quoniam totus ipsius sermo Latinus est; huic indicabo hortaborque etiam.

Puer. Et sapientiam et doctrinam addis?

Legatus. Quam nisi prius habuerint, ego profecto dare non possum, id quod nec in generalibus etiam cuique studiis datur, ubi videmus passim indo-
15 ctissimos etiam honorari rubro pileo moriones. Quod si mihi potestas esset §.115. dandi spiritum linguarum, spiritum scientiæ et sapientiæ, facerem mihi profecto egregie operæ pretium?

Puer. Credo: aliquos ego etiam, nuper Roma redeuntes, doctores vidi factos, et a Cæsare quoque, qui neque linguam habent, neque scientiam, neque
20 sapientiam; imo quos aiunt vix prima literarum tenere elementa, analphabetos videlicet. Est et illa quoque ars inescandæ pecuniæ, honorare stultos?

Legatus. Comites etiam Palatinos et notarios. §.116.

Puer. Ita me deus amet, multas tu creator similes tibi creaturas facere potes, etiamne vespillones et Cardinales?

25 Henno. Quales sunt illi comites Palatini? princepsne ille elector mortuus est cum fratribus? ille te deum faciet profecto, cuicunque illum tam potentem principatum dederis.

Legatus. Non intelligis, insignia illis tantum trado armorum, et nobilitatem, divitias unde adipiscantur ipsi viderint; quas tamen si habuerint, ad
30 vitæ splendorem ut utantur permitto; et si equi eis assunt, equitent facultas est, si non habeant, pedibus licet ingrediantur.

Henno. Hoc etiam mihi privilegium datum est, atque adeo potestne alios §.117. quispiam nobilitare ipse ignobilis et obscurus? Nobilitatem olim virtute parari audivi, bene factis, fortitudine bellica; eane modo emitur pecunia?

35 Legatus. Ita modo sunt tempora.

Henno. Hoc scio, plurimos tum futuros qui eam sibi comparabunt, etiam si fame se perituros sciant esse, adeo grave onus est esse rusticum: hic tu, o domine, facies operæprecium satis copiose. Verum illud moneo sanctitatem §.118. tuam, ne apud nos notarios crees.

40 Legatus. Qui id?

Henno. Quicunque enim ad nos venient, captos saccoque inclusos aqua mergimus.

Legatus. Notarios apostolicos?

Henno. Id nostra non referet, seu legatici seu apostolici sint, pereant
45 necesse est.

---

[6] Doctores.* [14] ingeneralibus *1. quæ nunc* universitates litterarum *appellamus.* videmus] *etiamnum.* [22] Comites Palatini.* [25] Princepsne] Ludovicus V. princeps elector Palatinus, Sickingi hostis et univ. Heidelberg. reformator. † 1544. *Lepidus Hennonis error.* [33] olim] enim *3.* parare *1. 3.* [42] *i. e.* mergemus.

Legatus. Quis tanti facinoris autor?

Henno. Princeps ipse, turbatores enim quietis pacisque, ac nequam homines sunt.

Legatus. Omnesne?

Henno. Omnes profecto quotquot ad nos veniunt. 5

§.119. Legatus. Absolvo etiam illos qui excommunicati, quod manus iniecerunt sacerdotibus prælatisque ecclesiarum.

Henno. Quantum dare coguntur hi?

Legatus. Non minus quam triginta ducatos.

Henno. Optime est: sacerdos siquidem vicinus est nobis, qui multos iniu- 10 ria affligit, ac iam aliquot etiam vulneravit ebrius, atque adeo insultat omnibus, nulli parcens; illi sacrosanctum eum rursum male multare non audent; denique nullius uxor, nullius etiam tuta præ eius libidine filia est: si cæso eo possunt ab homicidio absolvi triginta ducatis, interficient profecto, et tu pecuniam habebis. 15

§.120. Legatus. Non iubeo ut interficiant; si venerint tamen, absolvo; pœnitentibus veniæ locus erit.

Puer. Pulchre, Christus vetuit ne Christi eius tangerentur; hic iubet, ut pecuniam habeat, etiam occidi. nec est quod sibi hic blandiantur episcopi, tanquam soli sacrosancti, quoniam et in eos arma exacuentur tandem; cum epi- 20 scopus, excepta ordinatione, nihilo plus sit quam presbyter, hoc quod iam tu egregie ostendisti in Suetia, ad nutum videlicet adulationemque tyranni percussorem archiepiscopi evestigio absolvens.

§.121. Legatus. Illegitimos etiam legitimos facio, honoribus locum tribuo.

Puer. Hoc Cæsarem tantum posse audivi; num et id sibi vendicat Papa? 25

§.122. Legatus. Ad prophanos ille honores, ego ad sacerdotia; imo etiam si qui truncis sint membris, ad altaria Christi accedant, apostolicis literis potestatem facio.

Puer. Hoc quod nequaquam veteri testamento licebat, tanquam indignum deo, illud ipsum hic ille pater sanctus nunc, quasi magis liceat, pecunia ven- 30 det; nostrorum etiam sacerdotum vulgo ad plurima mala, ignorantiam videlicet, ebrietatem, scortationem; hoc additur recte, ut mutili sint, quo nihil turpitu-

§.123. dinis sit, quin in eis reperiatur. Tales cum sint presbyteri, quales putabimus esse reliquam plebeculam? certe cæcorum cæcos, claudorum claudos ductores. Talia munera offert hic in deum piissimus legatus. de quo iam plane ille di- 35 xit 'Vos sacerdotes despicitis nomen meum, offerentes panes pollutos, cæcum et claudum et languidum in sacrificium': nimirum eos intelligens, qui sacramentum Christi polluunt corporis; quorum anima clauda est, duplici scilicet ad precandum mente accedens; languida etiam ob virtutem deique sapientiam; cæca item, quæ videlicet non illustratur Christi lumine, nec oculum de evan- 40 gelio contuentem habet. Nec miror, cum ipse, qui summus esse vult episcopus, etiamnum cæcus esse dicatur, aut si quippiam adhuc videat, caligent adeo eius oculi, ut etiam in dominico templo dei lucernam non agnoscat.

§.124. Legatus. Veterum etiam est institutum, ne quisquam regii sacerdotii

---

[9] Qui manus in sacerdotes iniecerint, 30 ducatis absolvuntur.* [16] vener.] *fort.* fecerint [18] Psalm. CIV. 15. [23] cf. supra §§. [24] Legitimatio.* *i. e. ad honores.* [27] Dispensatio pro altari.* [29] Levitic. XXI. 18. sqq. cf. Decret. Gratiani part. I. dist. 49. c. 1. [34] cæc. cæc.] *τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. Cf. Matth.* XV. 14. [35] ille] Malach. I. 6. sqq. [42 sq.] Cf. Orat. ne in X. §. 4. [44] cf. capp. 5...7. Dist. 77. Decr. Grat. part. I.

honorem petat, priusquam vigesimum et quartum annum natus sit: ad me vero si venerit viginti tantum annos habens, sacris ut initiari sacerdotalibus possit, literis apostolicis dispenso.

Henno. Facile hoc intelligi potest: et id pro liberis nostrorum commodum erit scio, quando nimium avent parentes sacerdotes videre filios.

Puer. Facile certe intelligi potest quid aurum faciat; non satis habet sacrilegus cæcos et claudos et omni vitiorum genere maculatos ad altare ferre dominicum, nisi vitulos addat etiam, quibus certo scimus dei spiritum non oblectari. Audivi quondam in templo puer presbyteri vocabulo 'seniorem' significari nobis, sacerdotemque nuncium ad homines divinæ esse voluntatis, sequestrumque dei et hominum, quare reliqua plebs de lege eos interrogare iubetur, quoniam 'labia sacerdotis custodient scientiam,' propheta ait, 'et legem requirent ex ore illius.' Ex quo perspicuum est, si sacerdos est, sciat | Aggei. 2. Malachiae. 2. legem domini: si ignorat legem, ipse se arguit non esse domini sacerdotem. §.125.
Paulus quoque iubet sapientem esse presbyterum, et habentem in doctrina | 1. Tim. 3. Tit. 2. §.126. sermonem fidelem, ut possit consiliari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere: quomodo ergo quæso hi possunt modo presbyteri esse, qui pueri adhuc sunt? quomodo sapientes et docti, qui, præterquam quod male et indocte educati sunt, doctrinam, quæ multo labore, multo tempore, doctissimis præeuntibus etiam præceptoribus vix percipitur, nondum habent? quomodo respondere de lege qui ipsi quid sit lex domini et voluntas eius immaculata, plane ignorant? O tempora, o mores, o fulvum aurum! mirum est non dudum Christianam penitus interisse religionem: quoniam et nuper audivi, in Galliis duodecim vixdum annorum puerum factum Cardinalem: esse quoque hic, certe non fit prævaricatio instituti humani, sed divinæ legis pecuniæ ergo.

Legatus. Si cui suæ diœcesis horæ precariæ nimium graves esse videntur, ut liceat secundum stilum Romanum orare. §.127.

Puer. Belle quidem, Romanus enim stilus est orare nihil; quanquam neque ego nostros laudo, qui tanto labore psalmis non intellectis deum obtundunt, adeo ut nesciat maledicant an orent supplices. Evangelica etiam hoc doctrina habet, ne multa faciamus verba, ut ethnici faciunt; quam adeo ii Romanenses pulchre servant, ut potius quam peccent in eam partem ethnicique fiant, penitus orent nihil; atque adeo hoc est quod novo inter eos et Christiano admodum proverbio fertur, 'cum sede apostolica orare eos,' nimirum re quæ nec orat nec orare potest, quippe insensata. §.128.

Legatus. Si quæ etiam fuerint sacerdotia, sive, ut vocant, beneficia, quatuor marcharum argenti puri dumtaxat ius dandi eorum ad me spectat; aut si quis illa ipsa velit commutare, aut alioqui sub pensione resignare, id me autore fieri licebit. §.129.

Henno. Nihil horum intelligo.

Puer. Non miror, at ego intelligo, ut qui noverim quo pacto emptiones venditionesque contingant. Ilic profecto Simon non est Simon, hi sunt Simones acerrimi. si pecuniam habes, sine negotio, sine molestia quæ voles apud

---

[9] Quid presbyter vere et sacerdos.* [12] Labia] Malach. II. 7. cf. Aggæi II. 12. [15] Paul. I. Timoth. III. 2. ep. ad Tit. II. 2. [23.24] Ioannes Lotharingus Renati regis Hierusalem et Siciliæ, ducis Lotharingiæ filius, natus d. 9. Apr. a. 1498. presbyter cardinalis factus est a Leone X. d. 28. Mai. a. 1518., † d. 10. Mai. 1550. [25] priuaric. *1.* [28] Romano stilo orare nihil orare.* [30] Evang. sec. Matth. VI. 6.

§.130. Fucharos prostituta ab Romanensibus istis commercari licebit. Maiorum etiam redditiuum sacerdotia ipse sibi pontifex vendenda retinet: solvunt enim quas annatas vocant: et quo nihil retineamus, quin eis in prædam cedat ceu oves lupis, hos ad minorum redditiuum vendenda sacerdotia huc ad nos mittit. Quæ omnia nostra fiunt socordia, nobisque utramvis in aurem secure dormientibus. Expectemus paululum sinamusque grassari hos diutius, vestes quoque nostras vendent quibus placuerit, atque tandem uxores quoque. quid vero peius poterit excogitari unquam quam illæ quas vocant pensiones? nihil profecto sunt aliud quam prætextus, quibus Simon ille pessimus obtegitur, qui Christi loco primas in Christi modo ecclesia partes habet.

§.131. Legatus. Has meas facultates tu, Henno, iam memoria complecteris?

Henno. Tenaci admodum.

Legatus. Fac ergo sentiam tuam industriam.

Puer. Ego huic nomenclator ero, egregie enim doctus abs te sum.

§.132. Legatus. Vacca tua, Henno, mihi non est opus: tu, vendita ea, ad me pecuniam portato.

Henno. Faciam.

Legatus. At modo ego interim bullam tibi et conscribi et signari iubebo, ut cum pecunia adsit, eam paratam invenias.

§.133. Henno. Modo eo. Vale, domine.

Legatus. Valete.

Puer. Propere abi, Henno.

Henno. Hoc agam. Vale interim, mi Bruno, optime de me merite.

Puer. Vale.

FINIS.

AD LECTOREM.

Si quid te, lector, offenderit, æquus iudicato, pro atrocitate rei adhuc nihil satis est. Effusa hæc sunt modo, brevi maiora gravioraque expectato: neque desistent mei reliqui cives magno numero hoc modo grassari, nisi tandem his non ferendis malis Christi liberetur ecclesia, ac Germania suum retineat aurum, ac veram ab iis religionem discat. Tu interim hæc legens risum contineto, fleto potius.

PLAVDE LECTOR,
OCVLOS IAM
RECEPIT
GERMANIA.

---

[1] prostituta] ap. F. venum proposita sacerdotia. [2] redituum *3*. [5] In utramvis aurem dormire, ἐπ ἀμφώτερα τὰ ὦτα καθεύδειν, de supina securitate. Terent. Heaut. II. 3,100. [8] Pensiones.* [33] hæc *omis. 2. 3.*

ECCIVS DEDOLATVS

AVTORE

IOANNE FRANCISCO COTTALAMBERGIO

POETA LAVREATO.

ADIECTI SVNT

DIALOGI

DECOCTIO

ECKIVS MONACHVS.

Pirckheimerum dialogi Eccii dedolati auctorem esse si non probasset ante hos fere centum annos Riedererus (Beytrag zu den Reformationsurkunden betreffend die Händel, welche D. Eck wider den sel. D. Luther im Jahr 1520 erreget hat ... Altdorf. 1762. 4⁰.), facile hodie et plenius etiam probari posset. Cur nomen suum auctor non ediderit, nemo est qui non videat; sed cur Petri Francisci Cottalambergii sive Cottalembergii sibi finxerit, nondum mihi exploratum est. De tempore publicati huius dialogi, anno M.D.XX., nullum dubium ex epistula Petri Francisci (id est ipsius Bilibaldi Pirckheimeri) quam vol. I. p. 438. sq. num. CCXI. exhibuimus, hausisset Riedererus (p. 154.) si recte eius epistulæ diem (VIII. Calend. Ianuar. Anno M.D.XX.) ad exeuntem annum 1520., non 1519. rettulisset, ut multis locis ipse dialogus faciendum esse aperte docet. Aperte Lutherus d. 10. Iul. a. 1520. ad Spalatinum (de Wette I. p. 465.) „Eccium dedolatum Erfordiæ excusum hodie me recepturum spero." Nomen dialogi 'Eccius dedolatus' Germanice minus recte Der abgehobelte Eck, quam Der entedte Eck, sive malis Der abgecdte Eck, explicari ipse auctor §. 100. indicavit, magisque fabulam sive comœdiam quam dialogum scribere voluisse Bilibaldum, ex ipsa §. 124. conligere licet. Exemplis usus sum quattuor his

1. ECCIVS | DEDOLATVS AV|tore Ioanne francifco | Cottalambergio | Poeta Lau=|reato. (*Hæc verba quattuor taeniis xylographice pictis includuntur, in quarum superiore est* 1519 *Liber constat* 20 *foliis* 4⁰. *quorum primi et postremi versæ paginæ a scriptura vacant. Loci annique publicationis nullum indicium factum est. plagulæ signatæ sunt* A...E)
2. **Eccius dedo**latus **authore Ioan**|**nefrancifco** | **Cotta**lembergio **Poe=**ta laureato. | (*Inscriptio includitur ornamentis xylographicis qualia conspiciuntur in non nullis libellis* „Gedruckt zu Magdeburg durch Christian Rödinger." *Constat libellus* 16 *foll.* 4⁰., *signatis* A...D. *Secunda ultimaque paginæ vacuæ sunt.*) *Hoc fortasse primum exemplum est.*
3. *Idem omnino atque* 2. *exemplum, nisi quod quartus inscriptionis versus* **Lebergio Poe=** *et in ipsius textus quem vocamus non nullas litterarum discrepantias habet, ut solent eo tempore exempla iisdem typorum formis, sed diversis temporibus expressa.*
4. *Riedereri lib. cit.* pagg. 157...191. (*Riedereri adnotationem, ubi utilis mihi visa est, Latine subiecl.*

De utroque dialogo adiecto, Decoctione Eckii et Eckio monacho, nescio a quonam auctore conpositis facile cur adiecerim adparebit: sunt enim quasi surculi ex Pirckheimeriano dialogo a quodam rerum naturalium studioso nimis fortasse naturaliter educti: nam medicum fuisse qui hos dialogos scripsit, lectorem vix fugiet. (cf. etiam Ecc. dedol. §. 18.) obscenitatem autem Eckillæ non nihil excusabit quod luxuria monachorum nisi plumbatarum ictibus pro sorditudine sua digne cædi non potuit. Scriptos esse hos dialogos non ita longe post Eccium dedolatum crediderim: nam Philomusus, cum scriberentur, inter vivos fuisse videtur, et quæ de Lutheranorum matrimoniis profert Eckilla, non ad ipsius Lutheri nuptias referenda sunt. præterea belli rusticanorum aliquam mentionem iniecturum auctorem crediderim, si post has nuptias scripsisset. Exemplum quo usus sum, octo foliis quadratis (A B signatis) constat, quorum ultimum totum, pænultimi dodrans a scriptura vacant. locus et annus publicationis non indicantur. Inscriptio sic habet: DIALO | GI > | DECOCTIO. | ECKIVS MONACHVS. | Amico | (*etc. usque ad v.* | Vranopetes. | *ut* infra dedimus.

ECCIVS DEDOLATVS.

Eccius. O magne olympi rector et mundi arbiter, §. 1.
Iam statue tandem gravibus ærumnis modum.
Quid enim in tantis malis aliud agerem quam τραγωδεῖν? aut est paratragœ-
5 diare?
O qualis crater æthnæo igne refertus
Per afflictum mihi et miserandum corpus
Summis a manibus in imos penetrat pedes
Tabe malefico bilisque humore amaro;
10 Quin imis visceribus succensa currit lues
Flammis violentis carnem hanc depascens.
Proh quam sævum hoc malum est, incaluit ardor,
Urit fibras, felle siccato ardet iecur,
In artus pestis et ossa hæc dira incidit.
15 Heu, heu, malum hoc tetrum, æstuo totus miser.
Cedo, puer, cantharum; exhaustus est, iterum imple. iterum cantharum tibi, §. 2.
puer, dico, iterum reple. cessas ne? iterum cedo: o quis Ister, o quis Rhenus meos extingueret vapores? quin nec pater Oceanus ipse.

Puer. At tu, here, quanto plus bibis, tanto plus sitis, quid enim Lyæum
20 Lyæo superingurgitans aliud agis, quam quod flammam igne extinguere conaris? Quod si te liquore puro et a Semeleia prole seiuncto refrigerasses, nec tu ita æstuares, nec ego hodie cantharum porrigendo adeo defatigatus essem.

Eccius. Atqui, furcifer, hiscere audes? quin philosophatur nebulo? §. 3.
Cantharum, inquam, cedo, tuoque officio fungere, et tacens quidem, aut
25 ego tibi!

Puer. At ego ab officio meo haud alienum putabam, si quæ optima forent hero suasissem. quod si magis obtemperasses monitis, nec sub initium cum manus, pedes et caput inter verbalissimas nugas, dementis instar, iactitabas, ac toto corpore fabulam saltabas, insuperque Stentorem clamore exupe-
30 rabas, adeo incaluisses, nec nunc quidem tam acerbe sitis hæc te cruciaret Tantalea.

2-3 Senec. Herc. fur. 205. sq. *In sqq. etiam Senecam paratragœdiat auctor. cf. e. gr.* Herc. Oet. 1222. 1277. — Contumeliosæ conpellationes singulæ ex quibus comicorum locis sumptæ sint, adnotare nolo. 4 τραγωδεῖν *1.* paratragediare *2. 3.* 12 seuum *1. 2.* 15 estuo *1. 2.* 20 Lyæum] Bacchum, vinum. 21 Semel prol.] *item* = vino. 29-30 „Quis non credat auctorem, cum hæc scriberet, respexisse ad epistulam Adelmanni ad Pirckheimerum (in Heumanni docum. lit. p. 159.) 'qualis 'vero in pronunciando se exhibuerit (Eccius), paucis accipe: nam dum ad oran-'dum pulpitum ascendere vellet, induit se capitio isto theologorum pellibus ca-'prinis suffulto (deerat enim ei aliud ob suam profusionem) ac longam post se 'caudam trahens, motuque corporis nihil aliud quam histrionem agens, et cum

§.4. Eccius. Proh miseria miserrima, mancipium hoc largiloquum ad insaniam me hodie rediget. Quin tu siles, terveneficc, et cantharum præbes!

Puer. Silebo igitur, quoniam tu ita iubes, et fortuna iniquissima in me tibi imperium permisit, non ignarus pessimam esse sortem servi illius qui in dementis heri servitutem inciderit; bibe igitur, aut, si mavis, bibendo te suffoca. 5

§.5. Eccius. Quid tute tecum garris, mastigia?

Puer. Nil equidem, canthari forsitan strepitum audisti.

Eccius. O fortuna, viris invida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia dividis!
Gaude igitur, Martine, et tu, Carolstadie, gaude, 10
Nec non, Philippe, scholæ pulverulentæ magister,

nostroque nunc exsatiemini cruciatu, oblectemini dolore, nil enim (ni fallor) gratius vobis evenire posset, quam Eccium tantis ærumnis, tantis involutum
§.6. cernere calamitatibus. Sed iterum cantharum, ut Bacchus dolores extinguat tam graves. 15

Puer. Iam sitim Iris sedasset, nimirum si hodie pluet.

Eccius. Proh, lux acerba, quis intus scorpius,
Quis cancer infixus meas urit medullas,
Distendit? ardet felle siccato iecur,
Totumque lentus sanguinem avexit vapor. 20

Iam tanto dolori impar sum, iam manus do, tormina tam dira haud ultra to-
§.7. lerare valeo. Ocyter igitur, puer, universam amicorum advoca turbam, ut cum his saltem quæ in rem meam sint deliberem: prius tamen cantharum porrigito.

Puer. Quodnam malum? turbam? cum vix unus aut alter nobis supersit amicus, nec hii satis ex animo. 25

Eccius. Tamen voca; sed prius vicario substituto qui vices suppleat tuas ac strennue cantharum offerat.

§.8. Puer. Fiat hoc, iam abeo.

Eccius. Mane dum ac prius cantharum præbeto; iam abi, ut tamen actutum redeas memento. ohe! 30

Puer. Ructus ructatur, satur est tandem, ollam hanc implevimus, probe appotus stertere incipit. utinam reversus illum pensilem inveniam! tam odiosus et molestus est, non iam alienis tantum, sed et suis, sed et amicis, potissimum vero domesticis.

Amici. Salve magister noster, en, ut iusseras, tibi præsto sumus, heus, heus! 35

Puer. Vix taratantara merobibum illum excitaret, nec mirum, quoniam
§.9. non solum paulo plus adbibit, sed tota ferme die cantharum ore, et mordicus quidem, retinuit. Evigila, here, adsunt amici!

Eccius. Hem, quam suavem abegisti somnum, omnem obdormivi crapulam; sed cur tam paucos adduxisti? 40

Puer. At multi ubi erant? quin nec paucis illis, quibuscum congressus sum, ut me sequerentur, persuadere potui.

'udis suis labiis ob innatam ac continuam temulentiam orare incepisset, proh, 'quales clamores audisses, ut, si affuisses, dixisses, eum Stentora vincere vo-'luisse: aliquando vero adeo submisse mussitabat, ut, quid diceret, nemo au-'diret seu intelligeret." RIEDERER. 6-9 Senec. Herc. fur. 524. sq. 10 Lutherus, Carolostadius et Melanchthon in Lipsiensi disputatione molesti Eckio adversarii. 16 Cf. Plaut. Curc. I. 2, 41. 17 sqq. Senec. Herc. Oet. 1218. sqq. 32 pensil.] Cf. Plaut. Pseud. I. 1, 87. 36 merob.] Cf. Plaut. Curc. I. 1, 77. 40 cr. obd.] Plaut. Most. V. 2, 1.

Eccius. Cur ita? §. 10.

Puer. Cur ita? quia omnes tegiversabantur, ac confestim ad nomen tuum quasi nausea corripi videbantur, ideo nec orando nec obsecrando quid efficere potui.

5 Eccius. Et quid prætendebant?

Puer. Alius aliud, omnes tamen quassato capite tritum illud decantabant, *ὅτι πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.*

Eccius. *Φεῦ*, et hoc postquam ex Lipsica disputatione gloriosior quam unquam redierim?

10 Puer. Gloriosior an odiosior, tute videris.

Eccius. Pessimis igitur despicatum me modis asseris? §. 11.

Puer. Ariolare.

Eccius. Sed non impune ferent, quod me subdola huc usque lactarunt amicitia, nunc vero ludis ludificant ludificabilibus, cum præsentibus tamen rem 15 nostram agemus; sed prius cantharum, ut post somnum oculos abluam.

Puer. Palatum, ut videtur.

Eccius. O suavissimum curarum levamen! Salvete, amici. §. 12.

Amici. Et tu quoque salvus sis, magister noster; ut vales?

Eccius. Ut cernitis, nisi enim canthari huius subsidio recreatus fuissem, 20 iam pridem in Orci connumerarer familia, tot tantasque ærumnas exigo.

Amici. Proh, quanta humani generis iactura; quod si res ex nostro procederet arbitratu, iam pridem beate degeres, nec quicquam in præsenti tibi doleret seculo.

Eccius. O capitula lepidissima, quam amicabiles amicorum estis amici. §. 13.

25 Amici. Sic solemus.

Eccius. At nunc vos advocavi, uti in medium consulatis; quantis enim circumventus sim miseriis, quantisque oppressus calamitatibus, vosmetipsi cernitis; quo pacto igitur ex incommodis istis me extricari, imprimisque dirum quo decoquor incendium extinguere valeam edocete, ne talis tantusque peream 30 artifex, ac vobis amicissimis meis dolorem acerbissimum ac sempiternum mei relinquam desiderium.

Puer. Cantharum fugito. §. 14.

Eccius. Quidnam trifurcifer obgannit?

Puer. Nil, here; cantharum quærebam.

35 Amici. At quid aliud, quam non nos, sed medicos consulas.

Eccius. *Τίς δῆτ' ἰατρός ἐστιν ἐν τῇ πόλει*; quamvis enim cunctorum periculum feci, magis tamen illorum obfuit quam profuit opera.

Puer. Plus tamen cantharus obfuit.

Eccius. Quid oblatrat propudium?

40 Puer. Cantharus, inquam, profuit.

Eccius. Solum hoc recte, nam quod spiro, quodque vitali perfruor aura, §. 15. non medicis, sed soli cantharo acceptum refero.

Amici. Egregio es usus medico, sed cum nostri adeo tibi sordent, facile crit aliunde peritiores accersire, vin' igitur ad Saltzburgensem mittamus Ar-

---

[2] quin *4.* [7] Quoniam olim strenui erant Milesii. *edd. ad marg.* Aristoph. Plut. 1003. 1076. (De iis qui a prioribus moribus fortunisve degeneraverunt.) [8] postquam *omis. 1. 4.* [11] Cf. Plaut. Cas. II. 2, 15. [14] lud.] Cf. *ibid.* IV. 1, 2. [29] ne tal.] qualis art. p. *Nero.* Suet. Ner. 29. [36] At quis iam in civitate medicus est? *edd. in marg.* Aristoph. Plut. 407. [44] Salzburgensem Matth. Lange.

chiepiscopum? is enim ut est princeps humanissimus, tibi suos non denegabit medicos, et si Ritium ipsum expostulabis.

§. 16. Eccius. Ritium? apage a me hominem, aculeatus est, et me sub caniculæ ortum quandoque araturum prædixit; quin ut cœlum suum aliqua animaret anima, perlibenter animam mihi eriperet, ut hoc illa animaret. 5

Puer. Egregie profecto cum superis ageretur, ubi anima sordidissimis digna latrinis supernam regeret machinam.

§. 17. Amici. Proin cum tu Ritium abominaris, age, Augustam ad amicum tuum, opulentum illum scribemus mercatorem: is enim ne delitiæ suæ pereant, vel turba medicorum te opprimet. 10

Eccius. Bona verba quæso.

Amici. 'Tibi subveniet' dicere volebamus, ne igitur nobis linguæ lapsum vitio vertas.

Eccius. Non tam morosus sum, sed quemnam dicitis? nam permulti vel ditissimi ac mei amicissimi illic agunt mercatores. 15

Amici. Nempe cui tu olim linguam locasti, et auro illectus, libere fœnerari permisisti, idque licere sacratis comprobasti literis.

§. 18. Eccius. Sed propter Canonicos indoctos Augustanos medicos vehementer timeo, ne in illorum gratiam pharmacum letale pro salutari præbeant.

---

[2] Heritius id est Ritius. *omnes in marg.* (Cf. vol. I. p. 222. sqq.) Ad Pauli Ricii, Salzburgensis episcopi archiatri libellum *de anima cœli* h. l. recte refert Riedererus, qui ex Wolfi biblioth. Hebraic. III. p. 917. hæc adfert: „Cete„rum Ricius noster adversarios nonnullos provocavit libello seu compendio *de „anima cœli*, nominatim *Ioh. Eckium* et Claudium Espencæum, quibus insolens „merito visum est, quod is inter cetera nimis Cabbalistica animam cœlis tri„buendam censeret", et Eccianam responsionem ('Ad Pauli Ricii de anima cœli examina amica responsio, Ingolst. 1519. 4°.) oppositam esse Riciano opusculo („Pauli Ricii naturalia et prophetica de anima cœli, omni attentione digna adversus Eckium examina, Aug. Vind. 1519, 4°.") adnotavit. [8] amicum t.] *Fugger.* [3] Cf. Pallad. de r. r. Iul. c. 6. §. 26. [16] Eccius Bononiæ pro usuris disputaverat. §. 18.] Sequens Adelmanni ad Pirckheimer. ep. (Heumanni Docum. literar. p. 181. sq.) pluribus huius dialogi locis lucem adfert; „... Quod Canonicos indoctos commendas, placet, etsi nihil sua modestia profecerint: nam antequam in lucem prodirent, ex suo convitiorum registro maledicus iste [*Eccius*] telam exorsus fuit, in qua nos hypocritas (ut forte legisti) appellat, quia eum contemnimus. Fui pridie quam hasce ad te darem, a Ioanne de Schwarzenberg ad prandium vocatus, ac me inscio maledicus iste. O utinam interfuisses non convivio sed symposio! proh, quas nugas temulentissimi istius audisses! dixit inter cetera nescio quem Nurnbergensem libellum contra eum lingua vernacula edidisse, ac se antequam ebibat vini mensuram, longe elegantiorem responsionem scribere posse, sicut se facturum asseruit; Canonicis vero indoctis ob honorem ecclesiasticum se pepercisse. Quid multa? adeo vino fuit accensus, ut ni Comes de Helffenstein ac Baro de Ger[o]lseck præsentes fuissent, forsan ex verbis ad verbera deventum fuisset, sicuti nuper apud nos ac Ingolstad contigit. Quid caussæ sit quod non tam honorifice de te loquatur ac scribat, ignoro, quemadmodum prius solebat, nisi eam esse puto, quod cum te Luther nobilem Nurnbergensem appellet, ut ei vices rependat, te Noricum vocet. Quæsivi ab eo cur nos indoctos ac præcipue hypocritas vocaverit, quum a nullo vitio (ut vulgus ait) plus simus im-

Amici. Quidnam malum hoc 'Canonicos indoctos'?
Eccius. Atqui non solum indocti, sed et hypocritæ sunt.
Amici. At plures ibi viri eruditi et probi agunt,
Eccius. Forsitan.
5 Amici. Quid (ut reliquos obmittamus) in Adelmannis reprehendis fratribus? §. 19.
Eccius. Ut cætera obmittam, Lutherani sunt ambo.
Amici. Et illud iis vitio vertis?
Eccius. Quidni? nonne enim qui hæretico astipulatur, hæresi quoque se inquinat?
10 Amici. Sed et Oecolampadius et Peutingerus ac quamplures alii ibi relucent viri. §. 20.
Eccius. Instar fuliginis carbonariæ, quamvis de Canonicis tantum dixi. sed quid posset trilinguis ille, Cerbero tricipiti invisior, et ἀρχιγραμματεὺς Chamaleonte varior?
15 Amici. Nemo igitur Augustæ doctrina excellit? §. 21.
Eccius. Nemo hercle, nam 'crimine ab uno disce omnes', cum enim aliquando perquam egregie ibi declamassem, ac omnes ingenii nervos intendissem, gestus præterea repræsentassem Italicos, insanire me dicebant, ac histrionem appellabant, quamvis bellissime fabulam desaltassem.
20 Puer. *Ναὶ ὄνος πρὸς αὐλόν.*
Amici. Inepti et deliciarum Italicarum ignari.
Eccius. Quin mihi fustes comminati sunt.
Amici. *Ἐς κόρακας.*
Eccius. Iusta ne igitur timoris causa, quæ in constantem etiam virum §. 22.
25 cadere posset.
Amici. Iustissima. A Nurinberga igitur medicos advocabimus, nam et illuc amicos possides innumeros, Bilibaldum scilicet illum, et animæ tuæ dimidium, utriusque iuris dolorem.
Eccius. Dolorem dicitis?
30 Amici. Doctorem dicere volebamus.

---

munes, obiecique sibi modestiam suam (nam dixi me nihil unquam immodestius ab eo scriptum vidisse) respondit se hoc egisse, ut intelligeremus se quoque scire maledicere. Certe responsio tali theologo digna! Sed hæc verbosius quam statuerem . . . . . Augustæ prima Ianuari anno salutis MDXX." (Oecolampadii) CANONICI INDOCTI | LVTHERANI. | ARGVMENTVM | EPISTOLÆ. | ¶ ECCIO, quod in epiſtola ad Re|ucerendũ Miſnenſis Eccleſię Antiſti-|tem Canonicos indoctos Luthera-| nos & ſeminatores errorum Luthe|ri vocaſſet, reſpõdent Canonici in-|docti, quatenus & qua ratione ſint | Lutherani. | Vuittenberge. | (*s. l. et a.* 4 *foll.* 4°.) [1519.] *Repetiit* Löscher Reformations-Acta III. p. 935...941. lætale *1.*

[5] obmittamus *omnes. et sic paullo post* obmittam. [6] adstipulatur [13] triling.] Œcolampadius. ἀρχιγραμματεῦς *1.* Primicerius ab epistulis, Peutingerus. [14] Chamal. *omnes.* var.] Adelmann. ad Pirckheim. ep. d. 4. Mart. a. 1520. (Heumann. Doc. lit. p. 138. „Peutingero nihil adhuc hac de re dixi. non enim totus mihi videtur candidus: nam cum nuper Canonicos indoctos impressori traderem, loco usuræ apposuit iniquitatem, credens se obsequium suis mercatoribus præstitisse." [16] crim.] Verg. Aen. II. 65. sq. [18] histr.] Cf. supra ad §. 3. adnot. [20] Ita asinus ad tibiam. ὄνος λύρας. Diogenian. VII. 33. [22] Quin] Cf. ep. ad §. 18. repetitam. [23] Ad corvos. Zenob. III. 87. [24] Gai. L. 6. D. quod m. c. 4,2. [29.30] Cf. p. 511. v. 8. 9.

§.23. Eccius. Quemnam? haud enim satis intelligo.

Amici. Gloriosum illum, insulsum, supinum, arrogantem, cuius pater, cuius mater, nostin'?

Eccius. Quid ni noverim, cuius nuper interfuerim nuptiis, ibique non penitus invita saltaverim Venere, nec sine glabellarum ac argutularum feminarum laude, quo etiam in explorandis Lutheranis negotiis pro speculatore usus sum, nam illi se amicum fingebat; verum Bilibaldo haud admodum confido, nam et ipse Lutheranus est.

Amici. Nos vero illum tibi amicissimum putabamus.

§.24. Eccius. Ita simulabat scelestus ille, et ego ferme credebam, sed haud adeo pridem illius ad me clanculum delata est epistola, in qua inter reliqua Sophistam gloriosum et Græcarum literarum ignarum appellavit.

Amici. Vere ne?

Eccius. Verissime, sed epistolam illam nunquam ad me perventuram arbitrabatur, ego vero data opportunitate probe me de homine ulciscar, nunc vero dissimulare et 'motos præstat componere fluctus'.

Amici. Sapienter, ut cuncta, ne malum accumules, et humeris tandem impar onus imponas.

§.25. Eccius. Verum et doctor Cocleus iam Nurinbergæ agere fertur, ex Italia nuper reversus, et factio Augustinensium ibi apud potentiores affatim viget.

Amici. Quid ais, et cum Cocleo tibi intercedunt turbæ?

Eccius. Vel maximæ quidem et antiquissimæ.

Amici. Res periculi plena, et admodum timendum, ne capitis incidas vertiginem, id enim Cocleus efficere solet. Sed quæ discordiarum causa?

§.26. Eccius. Usuram ego defendebam, quam ille patrono olim suo patrocinans oppugnabat. Insuper quum Bononiæ fœneraticios contractus publice licitos esse demonstrassem, ac non solum mihi ipsi, sed et universæ nationi Germanicæ honorem acquisivissem ingentem, ille tamen cum ea de re ad amicos scriberet, doctrinam et linguam et gestus et materiam ipsam sugillabat, cum Ioannes Fabri, qui et ipse cum in harenam descenderat, maxime laudasset.

Amici. Sceleratus ille.

§.27. Eccius. Quamvis etiam literas, quas testimoniales vocant, a natione impetrassem.

Puer. Lipsensibus perquam similes, coemptas et emendicatas. iam pridem enim fides illius periit, cui sine literis fides denegatur.

---

[16] Verg. Aen. I. 135. [23] Cf. Macrob. Sat. VII. 9. [26] publicę *1*. [28] Germanię *1*. [29] sigillabat *1*. [30] Io. Fabri] Augustanus fuit, ord. S. Dominici, Maximiliano et Carolo V. a confessionibus. † 1530. RIEDERER. Ep. huius Fabri ad Pirckh. d. 12. Aug. 1519. d. (Heumann. docum. lit. p. 91.) i. f. habet: „Etsi aliquando Cocleum tuis humanissimis literis salutaveris, me huic (rogo humiliter) quamplurimum commendes quoque. Fuit enim mihi in disputatione illa Bononiensi, quam contra Eckium disceptavi, et amicus et fautor, id quod forte alias ex viro illo optimo percepisti." [30] *i. e.* quicum et i. in. [34] Adelm. ad Pirckh. d. 23. Aug. a. 1519. (Heumann. doc. lit. p. 175.) „Sophista nunc apud nos est, et cum per omnes tabernas ac tonstrinas literas Lipsensium sibi datas circumtulisset, tandem ad imprimendum dedit, quo latius sua, ut ipse de se iactat, modestia, sed potius molestia, pateat. Mittam tibi exemplar, cum nactus fuero. Mirum, quod eum gloria, quam per mille mendacia avidissime desiderat, fugit, ac nostrum Martinum fugientem sequitur. Sed hæc sunt fictæ veræque virtutis præmia." RIEDERER. Cf. supra §. 10. Ecciana modestia in proverbium abiit.

Eccius. Quid ais, terræ pondus?

Puer. Tuas prædicabam laudes.

Amici. Sed mirum quod Augustinensium factionem ibi vigere asseris, §. 28.
quasi non longe iis Prædicatores antecellant, utpote qui suis blandiciis probe
5 Nurinbergenses palpare noverint, ac non tam eorum quam uxorum secreta
cuncta teneant.

Eccius. Nil mirum, o Amici, etenim mentiendo, peierando et defraudando toties Nurinbergensibus imposuere, ut non solum fidem luserint, sed etiam si veritatem dixerint, minime tamen illis credatur; cernitis igitur, *ὅτι*
10 *οὐκ ἀδεὲς δέδια δέος.*

Amici. Equidem et te quoque perpulchre centuriatum videmus, cum in- §. 29.
imicorum plena sunt omnia.

Puer. Amicorum autem vacua omnia.

Eccius. Quid blateras, flagitii stabulum?

15 Puer. Amicorum plena dicebam omnia.

Amici. Quid igitur in tanto agendum periculo, nisi ad Lipsenses forsitan confugiamus tuos?

Eccius. Per Socratis canem, basilicum consilium, etenim soli illi stolidi, §. 30.
solidi inquam, optimi sunt amici.

20 Amici. *ἔνι γάρ τις, ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι*, siquidem priusquam illi subvenerint, admodum verendum, ne interim animam agas.

Eccius. Confidite, viri dæmonii, *οἶμαι γὰρ οἶμαι, ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται*, vel unica hora ad illos scribere, et iterum responsionem accipere posse.

Amici. *ὦναξ Ἄπολλον καὶ θεοί*, nisi ex omni parte absolutus esses theo- §. 31.
25 logus, te purum putumque præstigiatorem crederemus.

Eccius. Confidite, inquam, et longe his maiora videbitis; Verum si mysticam hanc Theologiam cognoscere desideratis, in primis taciturnitate opus est.

Amici. Vel piscibus magis muti erimus; tantum, Magister noster venerande, parabolam hanc nobis edissere.

30 Eccius. Faciam id quidem, sed cavete, ne Harpocratis sacrum violetis. §. 32.
Saga mihi vicina est, mulier divina, herebi et profundi domina, et quæ carminibus splendentem lunam cælo deducere possit; hæc, quum iussero, *πρὶν ἢ κοτύλας ἐκπιεῖν οἴνου δέκα*, Lipsiam ibit et redibit.

Amici. Proh mare, terra, cœlum, dii, vestram fidem! quin tu deridiculi
35 gratia nos forsitan naso suspendis adunco?

Eccius. Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis §. 33.

---

[3] Augustiniensium *4.* [9] Quod non sine timore timeam. *edd. in m. Immo* non vanum timorem. Diogenian. I. 16. [10] *ἀδειής 1. ἀδεὴς 4.* [11] centuriat.] i. e. deceptum. Plaut. Curc. IV. 4, 29. Cf. Gell. N. A. XVI. 4. [18] *Νὴ τὸν κύνα* Socrates ap. Platon. iurare solet. basilicum] magnificum, regale. *Plautine.* [20] Subest enim, aliquod subest periculum in re.' *edd. i. m.* Versus est Aristoph. Plut. 348. [22] dæmonii] *ὦ δαιμόνιε*, sucta Græcis adpellatio. 'Arbitror enim, arbitror, cum Deo autem dictum sit'. *edd. i. m.* Aristoph. Plut. 114. *δ'*] *δὲ edd.* [24] 'Imperator Apollo, et dii'. *edd. i. m.* *Ὦναξ*] *Ἄναξ etc.* Aristoph. Plut. 438. [26] *τῶν ἰχθύων ἀφωνότερος. Lucian. sæpius.* [29] Cf. Matth. XIII. 36. [30] Harpocratis sacrum] silentium. [32] 'Priusquam pocula ebibas decem'. *edd. i. m.* *πρίν σε κ.* Aristoph. Plut. 737. [35] naso s. a.] Horat. sat. I. 6, 5. [36 sqq.] Horat. (*edd. i. m.*) sat. I. 8, 37. sqq. *Mencio: 2.3.*

Corvorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
Iulius, et fragilis Pedatia, furque Voranus.

Quin tu, puer, accelerans illam advoca, aderit enim e vestigio.

Puer. Iam abeo, ut domino obtemperem, quem larvæ ac intemperiæ agitant; vetulam itaque vocabo. Heus tu, Canidia, herus te vocat. 5

§.34. Canidia. Novi, cur vocet, nempe ut bellulam illam puellulam carminibus ei conciliem. fiat igitur, et tanto theologo mos geratur; tu præi, ego vero sequar.

Puer. Fiet, iam domi sumus, ingredere.

Canidia. Salve, Magister noster venerabilis, ego cur me vocaveris, 10 plane novi.

Eccius. Vix, ut arbitror.

Canidia. Puellulæ illius gratia. nunquid rem acu tetigi?

Eccius. Tota erras via, sed longe diversa subest causa.

§.35. Canidia. Et quid aliud tibi opera mea præstare posset? 15

Eccius. Lipsim eas ac redeas necesse est.

Canidia. Eclipsim? veritatis forsitan?

Eccius. 'Lipsim' inquam, idque hora eadem.

Canidia. Perquam facile fiet.

Eccius. Et literas illac deferas. 20

Canidia. Fiet.

Eccius. Responsumque reportabis.

Canidia. Fiet.

Eccius. Et si ita opus erit, medicum tecum adduces.

Canidia. Et hoc fiet; omnia perbelle expedientur; cedo igitur literas. 25

Eccius. Iam illæ scribentur, tu interim domum concedas, ac, quæ viæ
§.36. sunt necessaria, expedias. Sed heus tu, num super furcula aut fœni manipulo equitabis?

Canidia. Minime, nam via longa est, et si alium quempiam mecum reducere necesse est, longe robustiori vectore utendum erit. hircum itaque illum 30 pilosum, vetulum, sed valentulum, inscendam, et iam abeo, ut pabulum illi apponam, quo vegetior tantum itineris exantlare valeat.

§.37. Eccius. Abi igitur, epistola enim signata confestim ad te deferetur; ceterum obsecro, resecro te, ut gnaviter cuncta agas.

Canidia. Faciam id sedulo; sed cui epistola consignanda erit? 35

Eccius. Rubeo meo, qui eam dein patribus conscriptis repræsentabit.

Canidia. Rubeo? inanilogo illi, caudici, stipiti, asino plumbeo, qui non plus sapientiæ habet quam lapis?

Eccius. Linguam refrena, nam meus est.

§.38. Canidia. Tuus sit, dum meus non sit, sed iam itineri me accingo. 40

---

[2] Pediatia *legendum est.* [5] Canidia, unguentaria venefica ap. Horat. [20] litteras *4.* [30] Hircum] suetum quidem sagarum equum, sed tamen hic locus ad Emserum etiam referri debet, ut §. 53. ostendit. [36] De Ioanne Rubeo, Francone Longopolitano, eiusque (sp. *Löscher. Ref. Acta* III. p.252...271. *repetita*) enarratione disputationis Lipsiensis, in qua Eccianis partibus aperte favet, de Ioanne Montano (Nemine Wittenbergensi) et de Ioa. Cellario (Nullo Lipsiensi) vide *Löscher.* l. c. p. 251. 785. sqq. 799. sqq. 804. [37] inanilogos (inaniloquos) Plaut. Ps. I. 3,23. asino] Similiter de Rubeo passim Lutherus.

Eccius. Ecce literæ.

Canidia. Bene est, evolo, in altum tollor. Iam Lipsiam inspicio, descendendum est, ne hæretici illi Magistri me videant, ac de hæresi me inquirant; in prato igitur hoc florido vectorem relinquam, ut interim, dum redeam, herbis his odoriferis ventrem distendat, pedibus vero in civitatem pergo. Salvete, portarum custodes. num mihi indicare potestis, ubinam Rubeus quidam, vir sacerrimus, habitat? §. 39.

Custodes. Curnam quæris? nam et id scire refert.

Canidia. Literas ad eum fero.

Custodes. Bene est, cum primum urbem ingressa fueris ac parumper processeris, ad lævam divertito, inde cum per angiportum proximum intraveris ac dextrorsum flexeris, in proxima habitare proseucha hominem invenies.

Canidia. Proh quam labyrintheum indicium! Sed tamdiu obvenientes interrogabo, donec ubi Musarum habitent delitiæ, inveniam. et, ni fallor, hæ §. 40. sunt ædes monstratæ. Heus, heus, ecquis aperit?

Rubeus. Heus, heus, et quisnam fores meas tam furenter frangit?

Canidia. Nondum tetigi.

Rubeus. Verum te pulsasse arbitrabar; sed quemnam quæris?

Canidia. Rubeum quendam.

Rubeus. Si doctum quæris, is ego sum. quid igitur velis edicito.

Canidia. Literas fero.

Rubeus. Scriptas ne?

Canidia. Et obsignatas quoque.

Rubeus. Profer igitur.

Canidia. Primo signum inspice, nam si Rubeus ille es, quem quærito, §. 41. confestim illud cognosces.

Rubeus. Proh, sancta Ignorantia, fortissimi, doctissimi ac insuperabilissimi Keckii literas cerno. ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι, cum tanti viri monumenta solum inspicio, sed et basiolum illis infigere libet.

Canidia. Iam plane te illum esse arbitror, quem dominus prædicabat. Fac igitur, ut literæ Magistris Nostris consignentur, et ego responsum feram, §. 42. nam me ut accelerarem iussit.

Rubeus. Dignum et iustum est: hic igitur opperire, donec cuncta transigam; commodum enim patres conscripti congregati sunt, ut de Lutherano consulant negotio, siquidem Brandenburgensis Episcopus χειροῦργον quendam huc misit, qui ita Lutherum in favillas redigat, quemadmodum ipse titionem illum, quem olim manu tenens in ignem proiiciebat.

Canidia. Amabo, estne Lutherus in manibus vestris? §. 43.

Rubeus. O si esset, vel hac hora per Husitanam, quam incedit, incederet viam; verum cum abest, quo dolo quibusve opprimatur fraudibus, iam

---

[1] litt. *4.* [4] in prato flor.] im Rosengarten. [12] proseucha] Cf. Iuv. sat. III. 296. [13] labyrintheum inditium *1...3.* [28] 'Quam gaudeo et lætor'. *edd. i. m.* Aristoph. Plut. 288. Ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ βούλομαι χορεῦσαι. [35] 'Chirurgum'. *i. m. 1. 4.* De Brandenb. episc. cf. Lutheri ad Staupitium d. 4. Oct. II. a. 1519. dat. epist. (de Wette I. p. 342. Aurifab. I. 210.) „Episcopus meus Brandenburgensis monstrum parturit, bonus homo, et sicut Moab plus præsumens quam possit. Dixisse fertur, non reclinaturum se caput suaviter, nisi prius Martinum in ignem proiiciat, sicut titionem, inquit, istum, quem hæc dicens simul in ignem coniecit". RIEDERER.

consultant; nam cum via aperta nequeunt, illum clanculum circumvenire, aut si ita commoditas tulerit, etiam veneno tollere satagunt.

Canidia. Veneno ne theologi manus obarmant, arte illa peculiari nostra?

Rubeus. Veneno, inquam, aut si mavis toxico: 'dolus, an virtus, quis in
§. 44. hoste requirat?' Sed mane dum, iam adero, et quidnam egerint expediam. 5

Canidia. Præstolabor igitur.

Rubeus. Aperite, patres conscripti, aperite, χρυσοῦν γὰρ ἀγγέλλω ἔπος.

Rector. Bona igitur annuncians bona ingredere fortuna.

Rubeus. Accipite, videte et legite literas sacratissimas a sacratissimo viro conscriptas. 10

Rector. Cedo igitur, iam legere incipio, aures adhibete benignas.

§. 45. Eckius, quem vos Keckium, et iuste quidem, appellatis, sacræ paginæ ac Iuris Canonici Doctor, licet indignus, Scientificis et Spectatissimis viris, Theologiæ facultatis doctoribus et magistris nostris Lipsensibus S. P. D.

Si valetis, viri scientifici, est ut volo. quantis vero calamitatibus quantis- 15 que ego collucter difficultatibus, nec mihi scribere, nec vobis legere vacat; hoc solum dixisse sufficiat, non esse mihi deterius quam cui sit pessime. cum igitur, viri suavissimi, vestri gratia in eas præcipitatus sim ærumnas, ex quibus vix me Salus ipsa, etiam si voluerit, eripere possit, per amicitiam nostram, fidem vero vestram oro ac obtestor, ut amico in extremis agenti et tantum 20 non conclamato subveniatis, et ne tam misere pereat, medici alicuius periti opera succurratis, qui non tam me mihi, quam vobis ipsis, præcipue vero sedi Apostolicæ, a qua nunc tanquam Romanæ propugnator ecclesiæ vocor, sanum salvumque restituat. Id si fiet, et salutem meam, et quod vitali perfruar aura, nec non apostolica quæ spero munera ac Cardinalatum ipsum vobis ac- 25 ceptum feram. Bene valete, conathletæ fortissimi, Lutheranique hostes acerrimi, ac amico vestro opem ferre haud negligatis. Cito, cito, cito.

§. 46. Rector. Proh, cui scripta tam miserabilia lachrymas haud exprimerent? heu, heu, Ecki, Keki, Leki. Sed quid agendum? impossibile etenim est alio medicos alligari, nec id ob pestis sævitiam grassantem cives permittent; in me- 30 dium igitur consulite, patres conscripti, et quæ in rem sint aperite.

Patres. Non longis logis opus est in causa tam ardua et ubi periculum in mora est. cæterum res hæc non temere, sed cœli quadam evenit providentia, ut tam opportune χειρουργος hic advenerit. cum igitur ex omni parte sit absolutus et in arte sua perfectissimus, nemo illo melius fortissimo Keckio 35 nostro subvenire poterit. ille ergo eat, et omnem diligentiam adhibeat, ne tantus christianæ reipublicæ splendor extinguatur.

§. 47. Rector. Egregia profecto sententia, ac in quam ambobus pedibus eundum sit; sed et ita censeo, Rubeum hunc pariter illac delegandum esse, ut et Keckio solatio sit et quanam voluntate in illum existamus annunciet. ibis igitur, 40 Ebrie, Rubie dicere volebam, ac χειρουργον hunc tecum deduces.

Rubeus. Quam libentissime; sed nunquid literas ad illum deferendas tradetis?

Rector. Nil necesse erit, cum ob egregias tuas virtutes et plurima benefacta tua vel præcipuam tibi fidem adhibeat, et nos temporis exclusi iniqui-

---

[4] dolus *etc.*] Vergil. Aen. Aen. II. 390. [7] 'Aureum annuntio verbum.' *edd. i. m.* χρυσοον γαρ αγγελω εποσ *2. 3.* Aristoph. Plut. 268. Ὦ χρυσὸν ἀγγέλλας ἐπῶν. [12] Reckium *1. 4.* [13.14] Theologicæ *4.* [32] Cf. Plaut. Men. V. 2, 29.

tate scribere nequeamus, verbis igitur nostris doctorem egregium salutabis, et ut in solita pertinacia sua perseveret admonebis.

Rubeus. Sedulo curabuntur omnia. Ades dum, χειρουῦργε. §. 48.

Chirurgus. Etsi ob Lutheranum negotium ab hero meo huc missus sum, ut tamen vobis morem geram, libenter ibo, forsitan non minus domino meo quam vobis ipsis rem gratam facturus.

Rubeus. Generose facis; mecum igitur concede, ut vetulæ quæ literas attulit responsum demus.

Chirurgus. Ubi ea est?

Rubeus. Domi meæ opperitur.

Chirurgus. Eamus igitur. §. 49.

Rubeus. En illam. Læta sis, mater mea, nam cuncta ex animi tui transacta sunt sententia.

Canidia. Euax, perquam amice actum. sed nunquid literas dabitis, ut domino meo tam immensum gaudium annunciem?

Rubeus. Nil opus est literis, illas enim ore feram.

Canidia. Sed nunquid humectabuntur?

Rubeus. Minime, iam pridem enim ita ferre assuevi.

Canidia. At quid de medico? §. 50.

Rubeus. Adest, en hic quem cernis.

Canidia. Medicus ne hic est carnifici non absimilis?

Rubeus. Μὴ σκώπτε, nam admodum in arte sua peritus habetur; sed num tu pedibus huc pervenisti, an vectore aliquo usa es?

Canidia. Vectore.

Rubeus. At ubi hominem reliquisti, aut quot ille adduxit equos, ut nos quoque tecum revehat?

Canidia. Neque ab homine aut equis adducta sum. §. 51.

Rubeus. Quid ais? numquid Dædali instar alarum usa es remigio?

Canidia. Et ne illud quidem, sed mecum civitatem egredimini, ac vobis ubinam vectorem meum reliquerim ostendero.

Rubeus. I præ, sequemur.

Canidia. En vectorem.

Rubeus. Quid ais, venefica? num vervex ille fœtidus et male olens te advexit?

Canidia. Et revehet quoque. Proin si mecum venire lubet, festinanter ascende.

Rubeus. Ego ne tam olentem hircum ascenderem? §. 52.

Canidia. Ut lubet, ni enim tu ascendas, iam ego abeo.

Rebeus. At ubi medicus remanebit?

Canidia. Si placet, manibus ambabus bestiæ caudam apprehendat.

Rubeus. Proh deum atque hominum fidem, nisi enim Keckius noster in tanto discrimine constitutus esset, nunquam periculo tanto me exponerem. Sed §. 53. priusquam ascendam, illud effare, est ne hic Emseranus capricornus?

Canidia. Minime, sed frater patruelis.

Rubeus. Placet omen, nam cum ille noster sit, hic vero illius consanguineus, iam ferme dimidium timoris abiecisse videor. sed quidnam agere oportet edoce.

---

[4] Cf. supra §. 42. pertinacia] *i. e.* Ecciana modestia. cf. supra p. 522. i. f.

[22] 'Ne morde.' *edd. i. m.*

Canidia. Varicus hircocervo huic insidere et manibus cornua tenere.

Rubeus. At quo pacto χειροῦργος noster portabitur?

Canidia. Nisi et ipse manibus caudam apprehendat, quo pacto vehatur

Rubeus. Tu vero quomodo ages? [quærat.

§.54. Canidia. Hircino insidebo capiti ac tanquam Argi gubernator bestiam moderabor; tu igitur inscende, tu vero manibus aut si mavis dentibus caudam mordicus arripe; tempus enim labitur et iam me herus expectat. Sed hem, quod pene oblita fueram, non secus quam in mysteriis silentium tenebitis, nec vos aliquo modo signabitis, aut confestim in Orci culum incidetis.

Rubeus. ἐς κυνόσαργες.

Canidia. Sed nunquid iam parati estis?

§.55. Rubeus. Parati.

Canidia. Videte ergo, quæ res male vobis vertat, ut mandatorum memores sitis, nec quisquam vestrum hiscere audeat. SVREGNVT, TARTSHCOH, NEROKRE.

Rubeus. Proh, verbis tantum in altum evehimur? [FFEFP.

Canidia. Egregie mandata servas, et nisi herbis his medicatis sinistre de te suspicans vervecis aures obstruxissem, iamiam Cerbero pabulum præberes; nunc vero tacere nihil attinet, sed libere nugas nugare.

Rubeus. Proh, intus paveo, foris autem formido.

Chirurgus. Plus ego, qui inter cœlum et abyssum pendulus feror, quam timeo miser, ne tanquam Helle illa locum aliquem mea clade nobilitem.

Canidia. Cloacam fortassis.

§.56. Rubeus. Eia, mater mea, cur barbarica verba illa intonasti? num his vector noster impellitur?

Canidia. Recte quidem, nam ad illorum sonum Erinnys, Megæra et Alecto cum Furiis et universo infernali conveniunt cœtu, ac vectorem nostrum pariter stimulant. quod si illorum vim tantam perdiscere cupis, vice versa ab ultimis legere incipias elementis, et quid sibi hæc velint, confestim intelliges.

Rubeus. Haud dum percipio quid dicas.

Canidia. Nil mirum, cum quovis saxo stolidior existas.

§.57. Rubeus. Sed virgis cædor miser, et iam crura sanguine stillant.

Canidia. Elleborosus es, arborum sunt cacumina: quod si caligis obtecta tibi essent crura, haud ita doleres.

Rubeus. Induissem illas, nisi tu ita accelerasses.

Chirurgus. Ἐγὼ δὲ κακοδαίμων ob extremæ latrinæ fœtorem tantum non λειποθυμέω, et admodum vereor, ne caudam manibus dimittere cogar, ita execranda et tanto pressa pondere olida hæc bestia assidue pedere non cessat.

§.58. Rubeus. Falleris, ἐγὼ γὰρ ἐγκέχοδα.

Chirurgus. Quid ais, sceleste, tu ne cacasti? [permerdans.

Rubeus. Et concacavi quoque, non secus ac Hochstratus, indulgentias

---

[10] 'Ad Cynosarges.' Herculis gymnasium, Antisthenis, Cynicæ sectæ capitis, schola et ubi spurii se exercebant, qui neque paterno neque materno genere cives essent. Suid. h. v. Diogenian. V. 94. Apostol. X. 22. [14] SVREGNVT *etc.*] Cf. §. 56. [18] nug. n.] Cf. λῆρον ληρεῖς vol. I. p. 194. Aristoph. Plut. 517. [19] Cf. Plaut. Cist. IV. 2,20. [25] Er. Meg. Al.] Erinnyes s. Eumenides. Cf. Plaut. Glor. IV. 2,33. [31] Helle] de ariete (Neptuno) in pontum delapsa huic suum nomen dedit. [32] Elleb.] Plaut. Rud. IV. 3,67. [35] 'Ego autem miser.' *i.m.* [36] λειποθ.] 'Animo deficio.' *i.m.* [38] εἰκέχοδα. 'Ego enim cacavi.' *i.m. edd.* ἐγκέχοδα. Aristoph. Ran. 479. (482.) [42 sq.] Hochstr.] cf. vol. I. p. 441. v. 37. sqq.

Chirurgus. Ob timorem, scelerate?

Rubeus. Minime, sed quia heri præter solitum noviter decoctam cervisiam aviter ingurgitaveram; verum haud ea re movearis, non enim feces sunt, sed ius est.

5 Canidia. Sive ius edas sive bibas, tuo tibi iure licebit, an tamen iuri §. 59. feces permixtæ sint, ignoro, hoc tamen scio, quod licet a fronte, et non a tergo resideam, intollerabilem tamen sentiam putorem. Sed iam Thuringorum exuperamus sylvam; en Koberga, hæc Babenberga, hæc vero est Nurinberga; iam Danubium cerno, iam Ingolstadium pervenimus. Descende iam, impurissime, ut 10 miseram hanc bestiam Istro immergam, et a spurcissimi madoris olore abluam, cuius vix aquæ sufficient, ut tanta detergatur illuvies, ita cuncta permerdasti.

Rubeus. En descendo. Proh, quantum pyga dolet, saltem ἐφιππείοις be- §. 60. stiam instravisses.

Chirurgus. Et mihi manus dolent, nam χειροθήκαις carebam.

15 Rubeus. Sed vale, Canidia; iam enim ad Keckium nostrum pergimus.

Canidia. Et vos quoque, Cloacales valete Lypsenses, ita tamen, ut nunquam ad paternos lares revertamini.

Rubeus. *Παιδίον, παῖ, ἠμί, παῖ.* §. 61.

Puer. *Τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν ὡς κενταυρικῶς;*

20 Rubeus. Quin aperis, et domino nos advenisse nuncias.

Puer. Adsunt, o here, medici Lypsenses.

Eccius. Vera ne sunt quæ dixi, o Amici? en homines.

Amici. Vere præstigia hæc sunt et circulatorum incantamenta.

Eccius. O beneveneritis, Rubie mi, Rubianorum Rubianissime.

25 Rubeus. Deo gratias, venerabilis domine Magister Noster; o quomodo ego § 62. video vos sic libenter, quod non creditis; ego scripsi iam unum integrum novum librum de vobis, et volebam eum portare mecum, sed illa maledicta vetula sic festinavit, quod ego sum oblitus.

Eccius. Bene erit, alias illum videbimus; sed est ne iste medicus, quem 30 Lypsenses mei ad me miserunt?

Rubeus. Iste est, et iusserunt me etiam Magistri Nostri Lypsenses, quod §. 63. ego debeo vos multum salutare pro parte eorum, et quod dolent valde quod sic estis infirmus.

Eccius. Solita agunt humanitate, verum nullum medici præ se fert spe- 35 cimen, non enim aureos, sed argenteos in digitis gestat anulos, cathenam insuper eiusdem metalli a collo suspendit.

Rubeus. Ipse est χειροῦργος, nam propter pestem alii medici multa ne- §. 64. gotia habebant facere, et propterea non poterant venire, tunc ipsi miserunt tibi istum, et crede mihi quod ipse est bene expertus in sua arte.

40 Eccius. Adesdum, χειροῦργε, num alios quoque homines curasti?

Chirurgus. Plus quam *μυριάδα.*

Eccius. Pape! nunquid omnes pristinæ sanitati restituti sunt?

Chirurg. Magna illorum pars ita curata est, ut nunquam dehinc ægrotaverit.

---

[5] ius] Frigidus hic lusus facetius adhibitus est in Epp. O. V. I. 25. [7] intolerabilem *4.* [8] Bamberga *4.* est *om. 4.* [12] pyga] puga, *πυγή.* *ἐφιππείοις*] sella, ephippio. [14] *χειροθήκαις*] chirothecis, manuum indumentis. [16] Lipf. *1. 2. h. l. sed 4. ubiq.* [18] 'Puerule, puer, heus, puer.' *Παῖ, ἠμί, παῖ παῖ.* Arist. Nub. 1143. [19] 'Quis ianuam pulsavit adeo Centaurice?' *Τίς τὴν κτλ.*] Aristoph. Ran. 38. [27] libr. de vob.] Cf. supra ad §. 37. meum *4.* [35] annulos *4.* [41] *μύριαδα 1.* (i.e. 10000.)

§.65. Eccius. At quibusnam illis subvenisti medicamentis?

Chirurgus. Diversis iuxta morbi diversitatem, nam igne, ferro, rota, fune plus quam a quingentis hominibus incurabilem luem abegi.

Eccius. *Βάλλ' ἐς κόρακας.*

Chirurgus. Quorundam vero, etsi non penitus, pro tempore tamen pestem emendavi: quod enim immedicabile erat rescidi, aliis linguam detruncavi, aliis oculos erui, nonnullis quoque cutis pruritum virgis repressi.

§.66. Eccius. Mira refers, sed potin' et me quoque curare?

Chirurgus. Nondum scio, prius enim humorem redundantem discernere, sicque ad curationem ulteriorem procedere oportet. sub initium itaque edissere, ubi, ac quomodo tam adversam contraxeris valetudinem.

Eccius. Longum esset cuncta referre, ita tamen habeto, me incommodo earum peregrinationum, quas pro fide Christiana exantlavi, in hanc tam nocivam infirmitatem incidisse.

§.67. Chirurgus. Habeo, tu fidei propugnator fuisti?

Eccius. Et acerrimus quidem; nam sub initium nec viæ longitudine, nec belli tumultu, nec pestis sævitia deterritus, Alpes superavi, Bononiam accessi, ibique omnium admiratione, præcipue tamen Italorum, opinionem meam defendi.

Chirurgus. Num ibi quoque fidei causa agebatur?

Eccius. Maxime, etenim plane ostendi, opulentioribus licitum esse fœnerari, tenuioribus vero non ita, appositis tamen conditionibus quibusdam.

§.68. Chirurgus. Quæ forsitan in rerum natura haud essent. cæterum ignorabam usuram ad fidem pertinere.

Eccius. Ut video, Romæ non fuisti. paulo post vero Viennam Pannoniæ perrexi, ibique singulare ingenii et doctrinæ meæ specimen reliqui; nam omnes clamore superavi, et Viennenses cunctos literis et eruditione carere ostendi. Nuper vero, ut triumpho Italico et Pannonico Saxonicum quoque adiungerem, a Lipsensibus vocatus Lutherum et Carolostadium egregie vici. cæterum cum vociferatione assidua corporisque defatigatione nimia plus æquo incaluissem, cervisiaque Saxonica *τὸ καῦμα τοῦτο* extinguere conarer, in hanc quam cernis infirmitatem incidi, tametsi mirum videri possit, quod in aliis peregrinationibus meis plus mero quam nunc cervisiam ingurgitaverim, nequaquam tamen ægrotaverim.

§.69.

§.70. Chirurgus. Ne mireris, tuæ enim naturæ longe magis vinum quam Cerbereus ille liquor convenit.

Eccius. Et magis illo oblector, ac nunc quoque, cum vinum Italicum et Austriacum tantum in memoriam redit, suavitatem quandam in gutture sentire mihi videor: omnes enim perlustravi tabernas, ut omnia degustare possem.

---

[4] 'Abi ad corvos.' Zenob. II. 77. Cf. infra §. 105. [6] aliis] illis *2. 3.* Apud Eder. Catalog. rectorum Vienn. 1550. 4°. p. 59. ad ann. 1515. adnotatum est: „Disputavit hic summus Theologus Ioan. Eckhius Doctor Ingolstadiensis, tantam expertus Theologorum Vien: eruditionem et dexteritatem, quæ sibi non parum fecerit negocii: ita ut fateatur alicubi se in tota peregrinatione quam disputandi studio ad varias Academias instituerat, doctiores et acutiores Theologos non reperisse." *Ab ipso Eckio iactanter descripta est* „Disputatio Ioan. Ec=|kij Theologi Viennæ Pannoniæ ha=|bita cũ epistola ad [*sic*] Reuerendis=|simum Episcopum Ei=|stettensem. |.....|" *quæ prodiit* Augustæ ex officina Millerana VI. Cal'. Feb. | An. gratię M. D. XVII. *etc.* 28 foll. 4°. [30] 'Calorem hunc.' [32] ceruisia *1. 4. me add. 2. 3.* [34] Cerbereus liquor] cerevisia a nominis et fortasse etiam a coloris similitudine dicitur. [36] delector *4.*

Chirurgus. Sapienter quidem.

Eccius. Verum nec solum tabernas, sed etiam ἀρτοπώλια, μαγειρεῖα, §. 71.
ἑκτροπάς, πορνεῖα, Meniana, Fornices, Lupanaria, Prostibula.

Chirurgus. Res tanto Theologo dignissima.

5 Eccius. Et hæc tragœdiarum mearum fabula.

Chirurgus. Proin et urinam inspicere refert. §. 72.

Eccius. Quin tu, puer, illam affers.

Chirurgus. Proh, quam male olet! naturæ id extinctionem designat; color perquam tenuis est et subalbidus, febrem ardentem et invadens præsagit
10 delirium; quod si febris abesset, insaniam dicerem ferinam, nam et hypostasis furfuracea phrenitis, stultitiæ et furoris est indicium. Sed et manum porrige, ut pulsum quoque explorem. hui, quam segnis et tenuis motus, atra supera- §. 73.
bundat bilis, quin et subsultus tremulus et formiculans proximum interitum imminere prænunciat, et nisi actutum subveniatur, de te actum est.

15 Eccius. Nulla igitur spes salutis superest?

Chirurgus. Perquam tenuis, nam et medicandi ratio periculi plena, non solum enim φαρμάκοις, sed et καυστικοῖς utendum erit, morbus enim altius radices egit, ac omnis vis mali in præcordiis et sub cute latet.

Eccius. Quid igitur agendum, o Amici? §. 74.

20 Amici. Quid aliud quam Fortunæ aleam subire? siquidem longe satius est sub spe pristinæ sanitatis recuperandæ perire quam assiduo dolore conflictari, imminentem tamen interitum haud effugere posse.

Eccius. Ut video, basilice interii, nam inter sacrum saxumque sto.

Chirurgus. Sed heus tu, quod pene oblitus eram, nunquam tibi pro- §. 75.
25 pter periculi magnitudinem manus admovebo, nisi pro mortuo mihi traditus fueris, ut si inter secandum pereas, ab omni culpa immunis censear et liber.

Eccius. Et hæc calamitas alia, heu, heu, quantus artifex pereo!

Amici. Animum commascula tuum, ut non solum nomine, sed etiam re ipsa Keckius videaris; multa enim quæ non speraveris quandoque eveniunt.

30 Eccius. Ergo periculum subeundum censetis? §. 76.

Amici. Quidni censeamus? peristi enim, nisi pericliteris.

Eccius. Neque iam Salus ipsa, si vult, me servare potest.

Amici. Confide, prius tamen confessionis auditorem advocabimus, qui te a criminibus expiare valeat.

35 Eccius. A criminibus? quibusnam?

Amici. Pessimis, nisi tu ab omni labe purus sis.

Eccius. Et purissimus quidem. sed quoniam confiteri res sit facilis, et unicuique quæ dicere velit aut nolit liberum, agite, vobis mos geratur, adve-
Auditor. Salve, Magister Noster. [niat ille. §. 77.

---

[2] ἀρτοπωλεῖα 4. πορνεῖα] λεῖα 1. 4. λεια 2. 3. *Et in marg.* „Ubi venduntur panes. Coquinas. Diuerticula." *omnes.* ἀρτοπώλια, Πορνεῖ', ἀναπαύλας, ἑκτροπάς. Aristoph. Ran. 112. sq. [10] delyrium *1.* [17] καυστικοῖσ *1.* medicamentis devorandis, sed etiam causticis. [23] Inter sacra saxumque sto.] In summo periculo sum. Plaut. Capt. III. 4,84. Locutio a porco per fetialem feriundo sumpta. [24-sq.] Eam quæstionem non ioci, sed pœnæ homicidii evitandæ causa faciebant quos operatores vocamus. [27] 'Qualis artifex pereo!' nota Neronis exclamatio. Suet. Ner. 49. Poterat Græce doctus Eckius ex Dione ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης παραπόλλυμαι exclamare. [29] re ipsa] *keck* = audax, fortis. [32] Salus] cf. supra §. 45. Similiter Cic. et comici.

Eccius. Et tu, pater, salve.

Auditor. Cur vocatus sum?

Eccius. Ut delicta mea audias.

§.78. Auditor. Iam millies audivi, occipe tamen.

Eccius. Ego Ioannes Eckius, artium liberalium Magister ac sacræ Theologiæ Doctor, licet indignus, Canonicus Eystetensis verus et non fictus, ut quidam nugatur, Cancelarius etc., Ordinarius etc., Iuris Canonici Doctor, civilis vero doctissimus, Italicus, Austriacus, Saxonicus triumphator et semper

§.79. Auditor. *ματαιότατος*, seu mavis *μωρότατος*. quin tu peccata recenses, hoc enim iactare est, haud confiteri.

Eccius. Quænam, malum, peccata?

Auditor. Temulentiam.

Eccius. At cur sitio?

Auditor. Libidinem.

Eccius. Humanæ naturæ fragilitatem dicis?

Auditor. Invidiam.

Eccius. Peculiare theologorum vitium?

Auditor. Iram.

Eccius. Et quis animi passiones semper frenare posset?

Auditor. Cur igitur me advocasti?

Eccius. Cur igitur amici iussere? mea enim nihil referebat.

§.80. Auditor. Verum, cum iam, Theologe optime, fortunæ alea sit subeunda, ac tibi a criminibus cunctis liber videaris, saltem hoc per solitam dic temeritatem, quid te ut adeo contra Martinum insanires incitaverit?

Eccius. Secreta me pandere iubes? faciam tamen te ita volente: prædicatorum sub initium, dein quoque Lypsensium pollicitationes illexere.

Auditor. At ego veritatis amorem et Christianæ fidei studium arbitrabar.

Eccius. Pro coronide addebantur, sed illinc lachrymæ illæ.

§.81. Auditor. Mira refers, quasi prædicatoribus quoque linguam locaveris, cum ipsi cunctos mortales linguæ exuperent improbitate, caninam quoque facunditatem vel immodice exercere noverint.

Eccius. Novere quidem, et soli Prædicatores huic tragœdiæ exordium præbuere. cæterum cum iam ex fumo ignem suscitassent, ac se Martino impares viderent, me vicarium substituere; non semper enim felicem esse temeritatem, Bernensi et Reuchliniana calamitate iam experti sunt; ideo tantisper dissimulant, ac ursorum instar hybernis iam dormitant solibus, ut crassiores et vegetiores aliquando conceptum virus evomere, et novas turbas suscitare valeant.

§.82. Auditor. Egregie, ut agitantibus fatis aliquando Templariorum sequantur vestigia. sed quid Lypsenses movebat?

Eccius. *Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,*
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Auditor. Num tantos patres invidia quoque tangit?

Eccius. Immo penitus excæcavit.

---

[8] Italicus *etc.*] Iustinianum imitatur. [9] 'Vanissimus.' 'Stultissimus.' [28] *μωρατατος. 2.3.* [29] 'Laus prædicatorum.' *edd. i. m.* [30] exuperant *1.4.* can. facundia: Quintilian. inst. or. XII. 9, 9. [33] Cf. Ecclesiastici XXII. 30. [35] Berniensi *1.4.* Cf. vol. I. p. 139. 106. 236. [38] Templariorum] a Clemente PP. V. regis Philippi pulchri avaritiæ traditorum. [40-41] 'Et figulus figulo irascitur et fabro faber, Et mendicus mendico invidet, et poeta poetæ.' *Καὶ κ. κτλ.*] Hesiod. Op. et d. 25. sq. [43] Imo *4.*

Auditor. Sed nunquid aliud te movit?

Eccius. Gloriæ appetentia: hoc pacto enim per ora virorum doctorum §. 83.
volitare cogitabam.

Auditor. Num aliud?

5 Eccius. Pontificis ob ecclesiasticam protectionem favor, cui spes lucri hærebat, cum scirem plerosque ex humili sorte et longe virtutibus meis impares ad Cardinalatum usque evectos esse, quid igitur et me quoque sperare prohibebit?

Auditor. Nihil profecto, quin et aureos montes tibi spes subministrare poterit. Sed nunquid et te quoque invidia stimulabat? §. 84.

10 Eccius. Minime, nisi quod mihi haud tolerandum videbatur, si tam multum a tam multis Martino tribueretur, cum nemo interim Eckium laudaret.

Auditor. Nunquid vero times, ne inconsulta temeritas in malorum te mare aliquando præcipitet?

Eccius. Minime, siquidem audentes Fortuna iuvat timidosque repellit, sic
15 itur ad astra.

Auditor. *Συκοφαντίοις* ne et conviciis?

Eccius. Maxime, quid enim aliud quam contumeliæ et malæ artes Colo- §. 85.
nienses Theologos cum tribulibus suis famosos reddidere? ex quibus perpauci noti fuissent, nisi tam furenter in Capnionem debacchati essent.

20 Auditor. Habeo, quemadmodum nec sacrilegus ille Ephesius nominaretur, si templum staret Dianæ.

Eccius. Recte quidem, minime igitur in hominibus sortis abiectæ genuinus figendus est, sed in optimum quemque lingua acuenda.

Auditor. Egregie.

25 Eccius. Quin et Erasmo nuper errata sua ostendi, sub benivolentiæ prætextu. §. 86.

Auditor. Et, ni fallor, sub benivolentiæ prætextu ille tibi respondit.

Eccius. Sed et Capnionem in multis refellere possum, prius tamen Lutherana mihi tela absolvenda est, inde Zasium et optimum quemque mordicus arripiam, et quasi Titani cum diis belligerabo; quum enim cunctis doctrina et
30 prudentia antecellam, neminem formido, et omnium minime Canonicos indoctos.

Auditor. Fortiter. Sed ad hoc quæso responde: num vera esse arbitra- §. 87.
ris quæ defendis, et ita re ipsa sentis quemadmodum scribis et loqueris?

Eccius. Bona verba quæso, quis enim ita delyraret, ut non in hac causa clam cum Martino sentiret, quamvis palam aliter simularet?

35 Auditor. Mira et pugnantia loqueris.

Eccius. Quasi non liceat aliud dicere, aliud vero simulare, maxime ubi §. 88.
de quæstu agitur.

Auditor. Ergo magis quæstus quam dei honor considerandus est?

Eccius. Quid dei honor? cælum cæli domino, terram autem dedit filiis
40 hominum; simulatio tantum et populi stultitia nobis salvæ permaneant, et nil nobis de internis, dummodo externa et cæremonialia rite procedant.

Auditor. Hæc nova et antea inaudita theologia est. §. 89.

---

[2] per ora *etc.*] Enn. ap. Cic. Tusc. I. 15,31. [9] quoque *om. 4.* [14] Verg. Aen. X. 284. et Senec. ep. 73, 15. [16] 'Contumeliis.' *t.m.* [19] debachati *1.* [20] Ephesius] Erostratus. [22] Genuinum (dentem) infigere, genuino mordere dicuntur calumniatores clam obtrectantes. [23] quenq3 *1.* [25] Erasmo] Cf. ad hunc ab Eckio d. 2. Febr. a. 1518. scriptam ep. (ed. 1706. p. 296. sq.) [29] De Eckii cum Zasio de fide hosti servanda disceptatione vide *Stintzing Ulr. Zasius. Bas.* 1857. p. 192. sqq. [30] Canonicus *1.* Canonic. ind.] Cf. supra §. 20. [33] deliraret *4.* [39] Psalm. CXIII. 16.

Auditor. Sed ni fallor, et vos quoque, qui illos non legitis, perbelle §. 94.
loliginis succum inspargere noscitis.

Eccius. Atqui decet Theologum verbis probrosis digladiari et pertinacioribus contumeliose maledicere.

5 Auditor. Recte igitur, si convitia Theologum faciunt, cum lenonibus et scortis Theologis convenit.

Eccius. Quid mirum, si maledicimus, cum quotidie male audire cogimur! §. 95.

Auditor. Id vobis ipsis, qui tantam nequitiæ fenestram aperuistis, acceptum feratis: nosti enim proverbium illud 'qualia dices, talia et audies.'

10 Eccius. Atqui tolerandum esset si tantum nobis remaledicerent, nunc vero nemo non contra nos scribere audet, idque præter Lateranensis Concilii decretum, quo diserte cavetur, ne quis quid in publicum emittere audeat, nisi id prius a nobis inspectum et approbatum fuerit.

Auditor. Deliratis, si vel excommunicatione vestra rem eo deducere spe-
15 ratis; de bonis enim literis actum foret.

Eccius. Quid nobis de literis, dummodo voti compotes evadamus. §. 96.

Auditor. Ad Calendas forsitan Græcas.

Eccius. Atqui audi, quid Lovaniensibus nuper accidit Theologis; quidam enim poeta, vir Belial, libellum sub Nastadiensis conscripsit vocabulo, quamvis
20 non desint qui illum alterius sobolem esse autument, quoniam Lovanienses in eum *συσσυκοφαντεῖν* non desinunt. Is igitur, præterquam quod in universos theologos ledorias spargat, sub *ἄτης* nomine Atensem, sub Phenaci quendam qui resipuit in tempore, sub Momidis Carmelitam, sub Vertumni Nicolaum a Montibus, sub Phthonidis Leum Anglum, sub Grilli Latomum taxat.

25 Auditor. Et hoc est quod dicebam, vos artibus vestris perire, quin §. 97.
nisi potius bonitate quam malitia superiores evadere quæretis, propediem atrociora videbitis.

Eccius. Quin nunc videmus, non solum enim literati, sed et indocti ac laici scriptis suis nos impugnare audent. nuper enim libellus quidam Martini
30 laudes Germanica intonans lingua Nurinbergæ evulgatus est, quem cum ego pu-

---

[2] Hor. sat. I. 4, 100. [3] decet Theol.] Eckius „se quoque scire maledicere" publice gloriatus est. Adelm. ad Pirckh. ap. Heumann. doc. lit. p. 182. [9] Homer. Il. XX. 250. *Ὄπποῖον εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.* Cf. Erasmi Adag. „Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiat.' [11] Lat. conc.] Sed Leo X. in eadem bulla d. XIV. Kal. Ian. a. 1516. data (Harduin. Concil. IX. 1806. sqq.) in qua privilegia Mari magno ordinibus concessa confirmavit, severe etiam contra prædicatorum loquacitatem importunam, conviciationes, conficta miracula et nova ac falsa vaticinia aliaque levia et ab anilibus fabulis parum distantia magnumque scandalum parientia loquitur. [17] Ad cal. Gr.] numquam. cf. Suet. Oct. 87. [19] Bel.] exlex. Nastad.] cf. vol. I. num. LXXVIIII. p. 171. sq. [20] alterius] i. e. Erasmi Rot. Louanenſes 2. 3. [21] *συσυκ.* 2. 3. concalumniari. [22] Ledorias *edd.* *λοιδορίας* (*λοιδορήματα*) convicia. *ἄτης*] deæ Noxiæ. Homer. Atensem] Ioannem, academiæ Lovaniensis cancellarium, Erasmi adversarium. Phenaci] *φένακξ*, fraus, deceptio. [23] Momidis] a Græco *μῶμος*, dedecus, vituperatio, reprehensio. Carmelitam] Nicolaum Ecmondanum. Vertumni] in quaslibet formas sese vertentis dei. Nic. a Montib.] Busciducensem? [24] Phthonis] *φθόνος*, invidia, livor. Grilli] *γρύλλος*, porcellus. Latomum] Iacob. *Masson*, ut ante nominati ex litterariis Erasmi hostibus. [26] malicia 2. 3. [29] libellus] Spenglers Schutzrede für Luthern, quam a. 1519. editam repetiit Riederer Beytrag zu den Ref. Urk. p. 197...208. cf. ibid. p. 142. sq.

blice Ingolstadii Vulcano consecrare intenderem, a scelestissimis collegis meis destitutus sum, quæ res non parum præsentem quoque morbum auxit.

§.98. Auditor. Sapienter illos egisse vel Coloniensium stultitia ostendere potest.

Eccius. Nec satis est contempsisse ac vilipendisse, nisi etiam turpissimis nos infament nominibus, Hominum portenta, Indoctos, Caudices, Stipites, 5 Barros, Stupores, Nebulones, Sycophantas, Impudentes, Lascivos, Fraudulentos, Ambitiosos, Temerarios, Morosos, Invidos, Avaros, Quadruplatores, Ganeones, Sacrilegos, Hypocritas, Pertinaces, Impostores, et Vitiorum cunctorum receptacula vocantes, nec secus ad veritatem quam vespertiliones ad radios solares cæcutire asserentes, quod tamen impune haud ferent. 10

§.99. Auditor. Minas has vanas, quas nemo amplius formidat, obmitte, et postquam tyrannis vestra culpa vestra corruit, patientia cuncta vincite.

Eccius. Heu, heu, quis tantas iniurias ferre poterit?

Auditor. Quicunque sapit.

Eccius. O tempora præterita, quibus cælum, mare et terra nostro subiiciebantur imperio! 15

Auditor. Sero pœnitent Phryges. Verum et hoc referas, quam ob causam ita omnes homines contra Martinum instigas.

§.100. Eccius. Licet et decet, præcipue contra talem hæreticum, qui non solum Theologis, sed et monachis ipsis tam intolerandum detrimentum inferre 20 conatur, ac publice eos assentatores, et summi Pontificis parasitos, ac hominum mendicabula appellet, clamitetque non esse eleemosynam quæ inter porcos tam obesos distribuatur; et tu iam antea audivisti, nos lucri, non veritatis gratia pugnare, igitur et Emseranus capricornus, et hæreticorum inquisitores,

§.101. nec non theologicæ vespæ cunctæ in illum sunt incitandæ. quin spero fratres 25 Minores me cum illo committere posse, quos non solum indoctos appellat, sed et tanquam nil discere velint arguit; et iam pridem scabie illa eorum pruriunt scapulæ, ita ut spes sit Minores cum prædicatoribus ob solum Martinum ex immortali odio in gratiam posse redire, quo communi Marte rem aggredi et factionem hanc scelestam et theologiperdam opprimere valeamus. 30

§.102. Auditor. At videte, ignem, quomet ipsi aliquando conflagretis, accendatis. salvator noster Christus per homines idiotas mundum ab erroribus revocavit, vos per homines ut asseritis doctos mundum ad errores detruditis, idque non verbis et factis, ut quondam Apostoli, laudandis, sed plane detestandis et abominandis, et quod illi humilitate, mansuetudine et sanctitate ædificarunt, 35 vos tyrannide, improbitate et temeritate destruere audetis, non ignorantes vos scelestissime agere et mendaciis fictis et insulse concinnatis veritatem impugnare, idque eo tempore quo calamitosi huc usque laici oculos aperire et a cæcorum ducatu se vendicare incipiunt, planeque vitam vestram cum dictis et veritate pugnare cernunt. 40

§.103. Eccius. Atqui, ut video, et tu Lutheranus es, ac secreta nostra propalare audes?

---

[3] ſtulticia *et v.* 7. Ambicioſos *et v.* 12. pacientia *et v.* 24. gracia *2. 3. ut sæpe c pro t* [10] excutire *1.* [17] Sero pænit. Phr.] Cic. epp. ad div. VII. 16. „In Equo Troiano [Livii Andronici] scis esse in extremo SERO SAPIVNT. [24] Capricornus *2. 3.* [26] Minoritas Iutrebocenses iam anno 1519. contra Lutherum instigaverat Eckius. (cf. *Walch, Luthers Schriften* XVIII. p. 97. sqq.) et Alfeldus etiam et Casp. Schatzgeyer, qui item Lutherum scriptis infestaverant, Franciscani ordinis fuerunt. RIEDERER. [32] idcotas *2. 3.* cf. Act. Ap. IV. 13.

Auditor. Nec Lutheranus, neque Eccianus, sed Christianus sum: minus vero silentio quid dignum detegere conor, nam veritas, etsi ad tempus supprimi, opprimi tamen nequit, sed per se ipsam tandem elucescit.

Eccius. Sterquilinium, tu, cum literis careas, te tanto Theologo oppo-
5 nere audes?

Auditor. Etsi doctrina, non tamen fide careo, sæpeque, ut in proverbio est, vir hortulanus quoque valde oportuna locutus est.

Chirurgus. Ἀλλὰ παύσασθε μάχης καὶ λοιδορίας, aut iam abeo, haud §.104.
enim ut nugas vestras audirem, sed ut morbum curarem, vocatus sum.

10 Eccius. Vale igitur, pater sancte.

Auditor. Nunquid absolutionem accipis?

Eccius. Nil opus est, nam purus sum et libero utor arbitrio, ita ut in mea sit potestate, bene et male agere, ac cum voluero, me ipsum absolvere possum.

Auditor. Igitur et tu quoque, ut dignus es, vale.

15 Chirurgus. Ehodum adeste, Amici Ecciani, ut tandem officio meo fungar. §.105.

Amici. Et quibus opus est medicamentis?

Chirurgus. Hominibus septem, validis, robustis.

Amici. Ut illum, dum secatur, teneant?

Chirurgus. Scietis postea; tum fustes afferantur septem, frondosi omnes
20 et solidi.

Amici. Ἔρρ' ἐς κόρακας.

Chirurgus. Ita necesse est, nam numerus ille mysticum quid continet.

Eccius. Nonne igitur Pythagoricus ille quaternarius melior?

Chirurgus. Septenarius tibi convenientior.

25 Amici. En, ut iussisti, adsunt fustuarii.

Chirurgus. Hunc igitur, iuvenes, mihi fustibus dedolate, nam cum un- §.106.
dique angulosus sit et inæqualis, ante omnia complanandus erit.

Eccius. Heu, heu, plane perii! utinam saltem ὁμώνυμος ille meus adesset, ut eodem poculo quo ego bibo biberet.

30 Amici. Scabiosum illum dicis, nobilitate ficta superbientem haud secus ac tu Canonicatu illo imaginario, τὸν φθόνον αὐτόν?

Eccius. Αὐτότατον. Sed nunquidnam satis dedolatus sum? §.107.

Chirurgus. Aliqui adhuc protuberant anguli, quos complanari posse suspicor, si solum adhuc viginti quinque viritim acceperis verbera.

---

[6] Sæpeq. *etc.*] Gell. N. A. II. 6, 9. „Unde hic antiquissimus versus vice proverbii celebratus est *Πολλάκι καὶ κηπουρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν*". Cf. versum quem Aeschylo tribuebant olim, apud Stob. floril. IV. 21[a]. *Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν.* et vid. Apostol. XIV. 69. [8] 'Sed cessate a pugna et convicio'. *edd. i. m.* *παύσασθε τῶν τερατευμάτων.* Aristoph. Lys. 762. *ληδορίας 4.* [12] De libero arbitrio inter alia disceptaverat Eckius cum Luthero et Carolostadio. cf. Opp. Luth. ed. Hal. Introd. ad tom. XVIII. p. 54. sqq. RIEDERER. Vide Lutheri epp. ed. de Wette. I. n. CLXX. [21] 'Abi ad corvos'. *edd. i. m.* Cf. supra §. 65. [23] Pythag.] Cf. Aristot. metaph. I, 5. [27] 'ecket'. *edd. i. m. hodie* edicht. Explicatur h. l. dialogi inscriptio. *Alium sensum habet Menæchmi* (V. 2, 106.) „dedolabo assulatim viscera". [28] 'cognominis'. *edd. i. m.* Sive h. l. Ioa. Eckius Trevirensis cancellarius et officialis sive Bavaricus consiliarius ac minister Leonhardus ab Egck significetur, neque facile neque opus est definire. RIEDERER. Est Bavaricus. cf. Disput. ad §. 68. cit. [32] 'Invidiam ipsam'. *edd. i. m.* [33] 'Ipsissimam'. *edd. i. m.* [35] viritim] *Vult* vicena quina a singulis viris a. v.

Eccius. ὦναξ Ἀπόλλων καὶ θεοί, ποῦ τις φύγῃ: a decem annorum, plane puer, ordinem ordinem repetamus quinque.

Chirurgus. Ἀνέχου καὶ ἀπέχου. vis albus, linea dimidia punctalis.

§. 108. Eccius. Egregia prudentia puerus: unus pacem contra septem agimus.

Chirurgus. Quid si te quoque aliquo modo mutarem?

Eccius. Πῶς; ἐὰν γὰρ πείσῃς, οὐδ' ἂν πείσῃς.

Chirurgus. Quamquam mutaret. Ille aliquid ait: nos enim aperit, nunquam mutaret: tu mutaris, ergo et ait.

Eccius. At tu haud prudens Sophistam agis.

Chirurgus. Longe prudentior, quam tu in Petri primatu, quamvis ego quoque, ὅταν τι τούτων σοφισμάτων ἴδω, πλεῖν ἐπιστῶ χαριεστέρας ἀπέχεσθαι.

Amici. Egregia dissertatio cornuum cum Theologo.

§. 109. Chirurgus. Vos vero, amici, interim dum hac disputamus, vestra functionem offerte. Aequi omnes defatigati estis, et iam toto manat de corpore sudor, denique: satis dedolatus videtur. Surge igitur et ambula. ἰδοῦ, quam planus et undique aequalis apparet.

Eccius. Sentio: hac tamen vice et scapulas et lumbos ac totum denique corpus mihi vehementer dolere: adeo belle dedolatus sum.

Chirurgus. Vix ventes, ula menses elapsi fuerint septem.

§. 110. Eccius. Sed numquid iam sanatus sum?

Chirurgus. Viam primum ingressi sumus, restant maiora.

Eccius. Pape!

Chirurgus. Afferte mihi funes quatuor, quibus illum ad quatuor lecti angulos colligam, prius tamen accersito tonsore.

§. 111. Amici. En adest tonsor.

Chirurgus. A capite crines illi abradito.

Tonsor. Fiet.

Amici. Sed quid sub capillis delitescit? quid ita hirrit? numquid pediculi sunt?

Chirurgus. Minime, sed sophismata, sylogismi, propositiones, maiores, minores, corollaria, porismata, et reliqua id genus nugamenta.

Amici. Proh, quanta illusies!

Chirurgus. Omnia cum capillis abiiciantur; quin ex auriculis inaurem detrahe.

§. 112. Tonsor. Chrysopassus videtur.

---

[1] 'Rex Apollo et dii, quo quis fugiat?' cf. supra §. 31. φύγῃ Aristoph. [3] 'Sustine et abstine' *1. 2.* Sustine et patere. *2. 3. i. m.* Nota Epicteti duo verba. Gell. N. A. XVII. 19. i. f. [6] 'Non enim persuadebis, neque si persuaseris quidem'. *edd. i. m.* Aristoph. Plut. 600. οὐδὲ ἄν. *edd.* [9] De Eccii defensione primatus papalis cf. Luther. ep. d. d. 5. Mart. 1545. ap. Seckendorf. hist. Luth. III. §. cxxviii. not. 8. Repetitus est liber Parisiis 1521. fol.; primum prodisse videtur a. 1520. [11] 'Cum talia sophismata video, plus quam anno senior recedo'. *edd. i. m.* Aristoph. Ran. 18. *sq.* ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω, Πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρ. ἀπ. *In 1. 4. est ἐπὰν τῶν τ. et πλέον* [15] Lucret. de rer. nat. VI. 944. „Manat item nobis e toto corpore sudor." [16] Surge] Marc. II. 9. Ioann. V. 8. Act. III. 6. 'ecce' *1. 4. i. m.* [17] planus] cf. §. 106. [20] septem] Fortasse hoc tempus inter Lipsiensem disputationem et huius dialogi compositionem interiacere significatur. [31] syllogismi *4.* [36] Chrysopassus] CHRYSOPASSVS | A IOANNE MAIORIS ECKIO PROCANCELLARIO | AVRIPOLI ET CANONICO EISTETEN. LECTA EST | SVBTILIS ILLA PRAEDESTINATIONIS

Chirurgus. *Μολυβδόπασσος*. sed potius vitrum est; detrahe tamen. Proin, theologe, linguam exere. proh, quam nigra et sordida sedet, bisulca est: forficem cedo, ut pars altera detruncetur. Sed et ingentem illum dentem caninum eruere necesse est: cedo forcipem! bene habet, caput aliquantisper purgatum est, ad reliqua pergamus: funes cedo.

Eccius. Obsecro, ne me colligas, nam solutus quoque fortiter incisionem tolerabo, ita ut vel Catonem vicisse constantia videar.

Chirurgus. Nil agis, et paulo post intelliges cur nam vinculis opus fuerit.

Eccius. Ac quid nunc fiet? §.113.

Chirurgus. Cum omne vitium intus et sub cute lateat, tanquam Marsyæ pellis tibi primum detrahenda est.

Eccius. Vivo ne?

Chirurgus. Nisi tu prius in fata concedere exoptas.

Eccius. Apage, sed dolore emoriar.

Chirurgus. Confide, potiunculam tibi præbebo soporiferam, quam protinus ut hauseris, non aliter tibi sensum adimet, quam si Lethæo bibisses gurgite.

Eccius. Forsitan pro lethæa letalem offeres.

Chirurgus. Confide, inquam.

Eccius. Atqui catapotii commixtionem illam dignoscere refert. §.114.

Chirurgus. Recipe Mandragoræ manipulos decem, Hyoscyami vero libram Atticam, additis obiter papaveris lachrymis, quas et opium vocant, non plus quam talentis tribus, vini quantum sufficit.

Eccius. Nimium videtur.

Chirurgus. Confide, hac enim mixtura plus quam centum homines ad Lethæa detrusi fluenta.

Eccius. Sed nunquid aliud faciet, quam quod soporem inducet?

Chirurgus. Vomitum movebit pariter et alvum deiiciet. sed iam *φάρμακον* afferte.

Eccius. Hui, potiunculam dicebas, amphora videtur, §.115.

Chirurgus. Quin tu clausis oculis obturatoque naso sorbes!

Eccius. Ohe.

Chirurgus. Ructatur, bene est; ne te, postquam bibisti, evomere pudeat.

Amici. Proh dii immortales, quid inter vomendum ex ore labitur?

Chirurgus. Hæc dialectices et physicæ austultationis Commentaria sunt.

MATERIA | WILHELMO ILLVSTRIS. PRINCIPE BAIOARIAM | GVBERNANTE. ANNO GRATIAE G. D. XII | (*fol.* a...c. A...Bb *In fine:*) AVGVSTAE VINDELICORVM EX OFFICINA MILLERA-na Menſe Nouembri Anno M D XIIII. Imperante Cęſare MAXI-|MILIANO Auſtrio P. F. Aug. P. P. Roman. Imperium Fœlici|ter & cum ſpecioſis triumphis gubernante. Deo gloria | (*Scutum cum insignibus.*)

[1] 'Plumbipassus' *1. 4. i. m.* A Chrysopraso ut plumbum ab auro diversus. Ipse Eckius (in Chrysop. p. b. col. 2.) „Librum (ait) Chrysopassum appellavi, quod ille Evangelii sol Ioannes in Apocalipsi pro decimo lapide civitatis Hierusalem illum posuerit, communi doctorum interpretamento decimum articulum fidei, qui est sanctorum communio, designante". [6] Cic. Off. I. 31,112. „Catoni cum incredibilem tribuisset natura gravitatem eamque ipse perpetua constantia roborasset *et q. s.*" [10] Cf. Pers. sat. III. 30. „.. ego te intus et in cute novi." Marsye *1.* Cf. Apollodor. I. 4,2. Hygin. fab. 165. [16] Leth. gurg. *Catull.* 65,5. [20] Mandr. Hyosc.] Insanientibus adhibita medicamenta. [27] Vomit. *etc.*] Verum hoc. [27] *φάρμ.*] medicinam. [34] austultationis *omnes. recte:* ut stultitia Ecciana significetur.

Amici. Male concocta videntur.

Chirurgus. Ita, ut cernitis, res se habet.

§.116. Amici. Sed et literæ intermixtæ sunt Græcæ.

Chirurgus. Negativa est theologia.

Amici. Pape, quin rubeum eiecit Biretum. 5

Chirurgus. Iuris Canonici doctoratus. Videtis nunc, quam vehementer hæc omnia stomachum oppresserunt?

Amici. Cernimus, et haud mirum si ægrotaverit, magis mirandum quo pacto vivere potuerit.

Chirurgus. In tempore adveni, sed nunc medicinæ vis ad inferiora de- 10 scendit; audistis? iam oletum fecit.

Amici. Quin concacavit. hui, quantus fœtor! num bilem egessit?

§.117. Chirurgus. Indulgentiæ sunt, quas iam pridem *συκοφάντης* ille Hochstratus in cacologia sua permerdavit.

Amici. Sed et nummi quidam in iusculo illo internatare videntur. 15

Chirurgus. Nil mirum, si contra sui naturam natant: sunt enim quibus ad defendendam usuram a mercatoribus inautoratus est, et quia digeri nequibant, levissimi sunt redditi.

Amici. Putor intolerandus, ita ut nasum obstruere sit necesse.

Chirurgus. Et hæc Magistrorum Nostrorum suave olentes sunt mundi- 20 §.118. ciæ. Sed iam aperto pectore pellem detrahere est necesse. hui, quæ vitiligo, quæ psora, imo gangræna, seu potius cancer ipse.

Amici. Quis unquam putasset sub tam nitida cute tam pestilentia latere ulcera?

Chirurgus. Igni imponite virgam, ferrumque acuite: quædam enim incidenda, quædam vero sunt inurenda. 25

Amici. Proh dei immortales, quantus carbunculus!

§.119. Chirurgus. *Ἀλαζονεία* est.

Amici. Et carcinoma hoc?

Chirurgus. *Συκοφαντία.*

Amici. Bubon vero ille? 30

Chirurgus. *Φιλαυτία.*

Amici. Sed ecce Therioma.

Chirurgus. *Ἀσωτία* est.

Amici. At scrophula hæc?

Chirurgus. *Ὑπόκρισις.* 35

Amici. Furunculus vero?

---

[4] Adelm. ad Pirckh. [æst. a. 1517.] scribit: „Misit nuper huc impressoribus „nostris suam illam theologiam negativam, quam, ut audio, inscripsit Commen- „taria super Dionysium, quam tamen videre nec volui, nec desideravi: verum „cum impressa fuerit, tibi eam mittam, ut videas, unde furcifer iste eam de- „pilaverit, qui nemini parcit, cum ipse se penitus alienis pennis, ut Aesopica „cornicula, ornare studeat, nec nostro Reichlin in meris suis næniis etc." RIEDERER. [13] *συκ.*] calumniosus delator. [14] cacologia] Ludit perversione inscriptionum librorum ab Hochstrato a. 1518. et 1519. contra Reuchlinum Coloniæ in 4°. editorum sub titulis APOLOGIA et APOLOGIA SECVNDA. [17] def. us.] cf. §. 26. [20] munditiæ *4.* [22] psora, *ψώρα*, scabies. gangrena *1.4.* [27] *ἀλαζονεία 1.* 'Superbia'. [29] 'Sycophantia'. [31] 'Sui Amor'. [32] ther.] *θηρίωμα*, hulcus ferum. [33] 'Luxuria'. [35] 'Hypocrisis'.

Chirurgus. *Κολαχεία.*

Amici. At tubercula ista?

Chirurgus. *Ἀπάτη.*

Amici. Sed Myrmeciæ istæ?

5 Chirurgus. *Προπέτεια*, quam Invidia et omne genus vitiorum, ac si in cloacam quandam confluxissent, sequitur; quæ si quis enumerare vellet, ante diem clauso componet Vesper Olympo. Virgam porrigite ignitam: bene est, §.120. hæc inurere, hæc vero incidere necesse est. Nunc vero cutis reducenda et consuenda. Quam belle, et Magistro Nostro dormiente cuncta successere! Nunc 10 ultra pergamus.

Eccius. Ohe, inguina tangis.

Chirurgus. Hui, quam cito ad illorum contactum evigilasti! Videte, ut acutus culter sit, præcipue enim ulcus illud letale incidendum est, et ego iam dudum gestio venereo huic nepotulo abdomen hoc adimere, et tanquam puero 15 crepundia a collo suspendere.

Eccius. O ego per cœli iucundum lumen et auras, §.121.
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
Vir Troiane, sine hanc animam, et miserere precantis.

Chirurgus. Nil agis, marite publice, emasculandus es; cedo cultrum.

20 Eccius. Si mihi, vir optime, supellectilem meam integram reliqueris, vovens voveo prædicatorum religioni me addicturum.

Chirurgus. Nil audio, mallem tamen tristia, ne pietati mentem adhiberes

Eccius. Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus autor, §.122.
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
25 Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tygres.

Vix tandem, scelestissime, sentio, cur me tam arcte ligare volueris, sed iam animam ago, et cruoris profluvio morior.

Chirurgus. Ahenum illud cum pice ferventi afferte, ut sanguinem sistamus. §.123.

Eccius. Hui, aduror.

30 Chirurgus. Ne timeas, priora et posteriora iam diligenter pice obturata sunt. Solvite iam theologum. en, quam glabellus pusio!

Eccius. Et iam mihi ipsi melius habere videor. Sed per salutem vestram §.124. hoc unum oro, ne rem hanc divulgetis: novi enim, si res scelestissimis illis Wittenburgensibus poetis seu maledicto Hutteno parumper suboluerit, confestim 35 Comœdiam aliquam scribent, seu potius fabulam ipsam palam agent.

Chirurgus. Ne timeas, saltem in hoc tibi mos geratur: nemo enim rem sciet, nisi qui omnia ignoraverit. Sed iam tempus abeundi instat. nunquid §.125. aliud vis?

Eccius. Nil nisi quod Lipsensibus meis una cum Rubeo nostro gratias 40 agas, meque in multorum pernitiem vivere ac sanum salvumque esse annuncies, nec testibus carere, idque magnis testibus me probare posse, dentes vero superesse, non tam ut mordeam, quam ut canino rictu optimo cuique adlatrem.

Chirurgus. Fiet. sed nunquid aliud vis? §.126.

Eccius. Illos pro laboribus tibi satisfacere iubebis; mihi enim iam Romam

---

[1] *κολακια 2. 3.* 'Adulatio'. [2] 'Deceptio'. [4] Myrmeciæ (a *μύρμηξ*, formica) verrucarum species. [5] 'Temeritas'. [6-7] ante d. *etc.*] Vergil. Aen. I. 374. [13] læthale *1...3.* [16] Vergil. Aen. VI. 363. X. 507. sq. [19] mar. publ.] manifeste concubinarie, *s. potius* multarum passim adulter. [28] Vergil. Aen. IV. 365. sqq. *autho: 2. 3.* [40] perniciem *4.*

Stulta Superstitio mæstæ compassa Sorori
8 Afflixit miseris tristia corda modis.
Tempora nunc redeunt melioribus inclyta fatis;
Nunc Acheronteos credimus esse deos;
5 Nunc iterum elumbis Chrysippi regnat Elenchus,
12 Perstrepit et clarum Stoica sella 'σοφῶς'.
Eckius, ut glauca cum Pallade nolit Apollo,
Vivit, ut insanum turba diserta gemat.
Vos ergo e studiis semper meliora perosi,
10 16 Quos iuvat immundam pascere glande gulam,
Plaudite, Barbariæ proceres, gaudete, Sophistæ!
Hoc vivo æternum gloria vestra manet.
Quodsi aliquem morbus de vobis sonticus angit,
20 Chirurgi istius, consulo, poscat opem:
15 Auxilium subitum et miratus pharmaca, dicet
'Non ego Chironem mallem habuisse bonum'.

Finit Eccius Dedolatus.

Magni Theologus ingenii, multæque lectionis, in quo desideratur maior gravitas et constantia, Quippe qui cum in calce Quintilis anno XVII. Argento-
20 rati, Constantini donationem vehementissime oppugnasset, tamque insatiabilem, et toti mundo gravem avaritiam, non admodum Christianam sub tot Galeris pompam futuri in clerum tumultus præsagia esse formidavisset, potentibus interim et auri ex pauperum sudore coacervatoribus applausisse fertur. Decet Germanum nec assentatorem esse neque bilinguem.

Impreſſum in Vtopia.

---

[1] meſtæ *1...3.* [5] Chrys.] Stoicorum cum Zenone princeps dialecticus, permagnæ librorum copiæ auctor, de quibus videsis Diog. Laert. [6] Σοφῶς (sapienter) sive καλῶς καὶ σοφῶς (bene et s.), adclamationes. [16] Chiron.] Centaurus, Saturni et Philyræ filius, Aesculapi nutritor, ipse artis medicæ callentissimus. Post carmen in *2.3.* non quæ apud nos ex *1.4.* sequuntur, sed hæc leguntur: Impreſſũ per Agrippum Panoptium Regis | Perſarum Bibliopolam ſ. Simone Sa-|maritano et. D. Iuda Schariottide | Conſulibus In vrbe Lucernarũ | Apud Confluentes Rhenũ | et Iſtrum. | [18] multæque *4.* [21] non] et *4. falso.* [22] . Potentibus *1.* [21] , nec *4.*

quam huiusmodi decoctione. Iup. Si potuit senectutem, ut ille ait, τραῦμα
§. 11. δυσθεράπευτον, lavacrum hoc depellere, proculdubio et ad fugandam theolo-
gicam insaniam proderit. Merc. Adsis, Podalyri. Podalyrius. Quis me
vult? Merc. Iuppiter. Podal. Quod est negotium, domine? Iup. Duos
habeo, theologos, nescio quo malo miris modis insanientes. parato decoctio- 5
§. 12. nis balneum, tam gravi morbo saluberrimum futurum spero. Podal. Sunt ii,
tam demissis superciliis, tam consertis manibus humi sedentes? Iup. Ipsis-
simi. Podal. Parata sunt omnia. interim autem quo se exuant, iube Mercuri.
§. 13. Merc. Exuite vos, insani. Eck. Quid faciendum? Leus. Quo nudis eun-
dum? Merc. Manus porrigite, ferratis illis cathenulis vinciendi, ne aufugia- 10
tis: recta vos ad decoctionem ducam. Eck. Ad salutem? Leus. Ad va-
§. 14. letudinem? Merc. Podalyrius novit. Podal. Sequimini, descendite in hoc
solium: brevi vos sanos faciam; parete modo recta monenti. Eck. Nimis fri-
gida est hæc aqua. Leus. Admisce paulum calidæ. Podal. Adhuc delyras, frigidam oportet patiare, nil prodest iam calida: 'sæpe tulit fessis succus 15
§. 15. amarus opem'. Sed quale animalculum est quod ex auribus Eckii serpit? quam
variis coloribus superbum! Merc. Ecce et cornua: Superbiæ audacia præ-
munitæ notam vides. Podal. Nunc sane quidpiam spirat. Eck. Ah morior!
§. 16. quid mihi tam summo dolore per collum meum repit? Podal. Bene spera.
οὐδὲν ἄελπτον: Stultitia iam exit, odorari possum ex plurimis. Eck. Credo, 20
quamvis enim satis me excruciet exeundo, mellitissime tamen interim titillat.
Merc. Evoca et Pertinaciam. Podal. Sudore distracta est pestilentissima
§. 17. hæc vomica. Eck. Audacter lava, frica, frica! sentio profectum: novis ocu-
lis video. Merc. Non loquitur? Leus. Puto iacere in deliquio; ad-
curre, Podalyri, necessaria necessitas postulat. Podal. Vellica rutabulum. 25
Merc. Quam egregie mentulatus est, penem ad Philosophiam satis habet ido-
neum. nunc sentis ex stulto natum esse stultum hunc, quibus plærumque dos
§. 18. illa contingit. Leus. Ah me miserum, ubi sum? quale hoc est balneum?
Podal. Longe optimum. Leus. Longe pessimum. Merc. Expertus aliter
senties. Leus. Nullis modis. Merc. Aperi os. Leus. Aperio. Podal. Ni- 30
§. 19. gram hanc moly radicem devora. Leus. Intelligo. Merc. Nosti iam Eras-
mum vere? Leus. Optime. Merc. Qualis tibi videtur Theologus? hoc enim
sibi collecto nuper deorum concilio Iuppiter tribuit 'D. Erasmus omnium Theo-
logorum princeps est, sive archanorum mysteriorum doctrinam, sive Græcæ

[1] ille]? Senec. ep. 108, 28. „senectus enim insanabilis morbus est? [1.2] τρ. δυσθ.] vulnus insanabile. Terent. Phorm. IV. 1, 9. „Senectus ipsa est morbus". [7] consertis *i. e. inplicatis.* [15] Sæpe *etc.*] „Fert aliis tristem succus amarus opem". Ovid. Ep. XX. 184. [20] ἄελπων. *ed.* οὐδ. ἄ.] Nil desperandum, nihil sine spe. Stob. floril. CX. 16. et Apostol. I. 38[5]. ex Euripidis Hypsip. Ἄελπτον οὐδέν, πάντα δ' ἐλπίζειν χρεών. [22] MERC.] *In ed. hoc quoque loco est* Eckius. [25] rutabulum (Rührlöffel) translate etiam est id quo mares sumus. unde Mercurius ad sequentia dicenda quasi invitatur. cæterum Eckius tanquam concubinarius ebriosusque etiam in libello „Threni Magistri nostri Eccii in obitu Margarethæ concubinæ suæ, omnium quæ fuerunt, quæque post futuræ sunt fidelissimæ. Quæ obiit Anno D. XXXVIII. *In fine* Angelopoli ex horto nostro. 8 *foll.* 8°." perstringitur. Cf. Strobel Neue Beytr. z. Litt. II. 2. p. 393. sqq. [27] Eckii pater vici *Eck* in Algovia Sueviæ magistratum gessit, eiusque familiæ nomen *Mayer* fuit. natus est Eckius d. 13. Nov. a. 1486., obiit d. 10. Febr. a. 1543. [34] græcæ *ed.*

literaturæ eruditionem, sive Latinæ lecythos, sive doctrinarum omnium absolutam cognitionem spectes'. Leus. Agnosco. Merc. Nunc video te sanum §. 20.
factum. Leus. Pulcherrime: quæ enim a me in Erasmum scripta sunt, ex
insania, non humanitate prodierunt. Merc. Gaudeo. Leus. Et ipse. Iup. §. 21.
5 Leus modo sapit. qui valet Eckius? Merc. Non omnino bene. Iup. Forsan quædam adhuc intestinis fibris inhærent: nondum enim satis candide de Ritio, Luthero atque Zasio sentit. Merc. Radicitus evellenda sunt: purga igitur, Podalyri. Podal. Faciam. Eck. Heu, heu, felle et melle iuvas: §. 22.
doleo enim iuxta et valeo. iam scio qualem heroem bonorum studiorum Ri-
10 tium turpiter lacerarim; nunc scio quam purissimis aquis utatur purus ille Lutherus, quovis potius quam superbiæ, quam assentationis spiritu ductus; nunc sentio quam inique Zasium, iureconsultorum phœnicem, inculparim. Podal. Patere, bone Ecki, iam demum defloccatæ tuæ suppositiones, quam a §. 23.
teneris annis imbibisti, exeunt; patere gratus. Eck. Patiar, modo finem ali-
15 quando adsequar. Podal. Aderit. Merc. Sapientes Theologi, estote Iovi §. 24.
grati, quod morbo vestro gravissimo tam clementer prospexerit. Eckius et Leus. Summe Iuppiter, parce nostræ insaniæ, qua bonos atque doctos viros traduximus; alios imposterum habebis homines. Iup. Parcam benignissime, modo Poetis suus furor restituatur. Eck. Habebunt. Leus. Et id qui- §. 25.
20 dem synceriter. Merc. Vultis ut reducam vos? Eck. Volo. Leus. Et ipse magnopere cupio. Merc. Nomine vestro Podalyrium exolvam. Eck. Nisi me adhuc particulas quasdam stultitiæ spirare diceres, referrem tibi, Mercuri, quomodo me nuper omnibus meis nummis exhalciarit Rhomæ scortum callidissimum: noctem enim cum promisisset, pecunias recepit, tum me frustrata

---

[4] nonumanitate *ed.* [7] De iurgiis Eckianis cum Ricio Zasioque cf. quæ ad Eccium dedolatum adnotavimus. [8] felle et melle, *ut nos*, sauer und süß. [10] purus] lauter. ad Lutheri nomen adsonat. [23] Rhomæ] Memorabile de Eccio testimonium, quomodo Romæ se gesserit, extat in epistula incerti scriptoris, quam Riedererus (Nachrichten zur Kirchen-, Gelehrten- und Bücher-Geschichte. Altd. 1764. 8°. I. p. 179. sqq.) publicavit. „Super omnia vero mercator ille Fuckerus, qui plurimum ob pecunias Rome potest, utpote quem Numorum regem vocare solent, Pontificem et suæ factionis homines exacerbavit, non tantum invidia ductus, sed etiam de questu suo ac beneficiorum mercatura sollicitus, plurimorum Principum favorem Pontifici promittens, ubi vim contra Martinum [*Lutherum*] intentaret, ac eiusce rei causa Eckium illum suum Romam misit, non ineptum curiæ Romanæ instrumentum, si temulentia abesset, nam temeritate, audacia, mendaciis, simulatione, adulatione et ceteris viciis curie aptis egregie pollet. Verum sola obstabat ebrietas, Italis, ut nosti, perquam odiosa, sed et hanc furor et potentia Fuckeri conciliavit, et in virtutem convertit, nec defuere qui illi applauderent, nil magis Germanos temulentos quam temulentum decere legatum asserentes, temeritatemque temeritate retundendam esse dicentes. . . . Bello igitur decreto Eckius mandatis, promissis et bullis oneratus est, et iussus, ut strenue negotium ageret, qui operam suam promptam obtulit ac vitam pro laude imo precio obtulit. Ceterum falleris tu, si credis illum a Pontifice numis donatum esse, non enim Pontifex pecunias dare consuevit, sed accipere. Quodsi Eckius aliquas accepit pecunias, non a Pontifice, sed Fuckero accepit, quamvis nec id crediderim, licet Fuckerani affirment Eckium donatum esse. Sed hec consuetudo est curiæ et insolentium propria, multa videlicet promittere, pauca vero

est omni atque adeo spectatissima mea spe. solve igitur meo nomine, recepturus iterum mutuum quamprimum me Fucheri pro defendenda usuræ mate-
p.26. ria donarint. Leus. Et ipse quicquid expendes reponam integerrime: iam enim a mirobrechariis extorquebo quæ debent pro involucris, quibus insunt meæ adversus Erasmum epiphyllides. Merc. Valete, Theologi, et quod estis 5 nomine, re ipsa tandem esse incipite.

FINIS DIALOGI CVI TITVLVS DECOCTIO.

---

præstare, et ne videaris deceptus, fateri accepisse que nec unquam tetigeris". [2] mutuum] ICtus non fuit dialogi auctor. [4] myrobrecharii (a μύρον, unguentum, βρέχειν, tinguere), pigmentarii, myropolæ (Pfefferkrämer). [5] epiph.] racemationes. Aristoph. Ran. 92. Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα, κτλ.

DESPERATIO LECTORI.

Quid attinet nostris sæculis de Pythagorea Metempsychosi multa dicere? En Pythagoræ maiorem multo varietatem: Eckium hic habes monachum, qui superioribus annis Bononiæ canem, Viennæ vulpeculam, Lypsiæ pardum, Rhomæ simium quendam eximie præstitit. Verum quid tandem ex hoc Proteo nobis sperandum sit, filius meus charissimus, quem Laqueum vocant, indicabit.

IN ECKIVM MONACHVM.

Ecki, cum monachum te Desperatio fecit,
Mox aptum collo repperies Laqueum!

DIALOGVS
CVI TITVLVS
ECKIVS MONACHVS.

Interloquutores ECKILLA, ECKIVS, DESPERATIO.

Eckilla. Ecki, meum mel, quid hæc vetula domi nostræ iam agit per- §. 1
petuum triduum? quid sibi vult tam anxiis suspiriis, tam indefesso clamore? Eckius. Mirifice me turbat. Eckilla. En et capillos suos evellit. Eckius. Et fortiter lachrymatur atque mingit. Eckilla. Malum vas, tum rimis plenum facile diffluit. Eckius. Tempus hoc iocos non postulat. Eckilla. Locos §. 2
postulas? placida sum, succumbo paratissime; inscende navem, si vis. Eckius. Adhuc rides? Eckilla. Quidni? nam quis non rideat Eckium uno in arbusto duos erythacos alere? Quid si non feram hanc amplius continue eiulantem? Eckius. Crede mihi, non in hoc adest, quo tu indicas: egone cadaverosam §. 3.
hanc? quis unquam se cum illa misceat, quæ tam misere se lachrymis discruciat? Eckilla. Excidit tibi quam libenter me lachrymantem opprimas? En quam adhuc hodie rugat palliolum, hesterni congressus indicium. Eckius. Nihil ad rhombum: vetulam adgrediamur. Eckilla. Suspicor dudum adgressum esse; sed fiat quod iubes, adgrediar iam. Eckius. Fortiter!

Eckilla. Quid ploras, anicula, vel quid tibi tandem nobiscum est ne- §. 4.
gotii? Desperatio. Magna apud vos me præda manet. Eckilla. Grassaris in hunc modum? Dic quod tibi nomen sit. Desperatio. Homines me Desperationem vocant. Eckilla. Quis tibi pater, quæ tibi mater fuit? De- §. 5.

[5] quændam *ed.* [11] Huic titulo proverbium 'Desperatio monachum facit' ansam dedisse crediderim. [14] mel] In blanditiis aput Plautum frequens. [17] Cf. Terent. I. 2,25. loci] pudenda. [19] navis] qua significatione Plautus aliquotiens et imprimis Iulia, Augusti filia, usi sunt. [21] erythraicos? cf. Plin. H. N. XXVI. 10.63. [21] discrutiat? *ed.* [26] Nihil ad rhomb.] Cf. Ecc. dedol. §. 90.

speratio. Periculum mihi pater, Calamitas vero mater fuit. Eckilla. Sunt etiam liberi? es enim ex egregie fœcundo genere. Desperatio. Satis superque natorum. Eckilla. Qui? Desperatio. Cura, Sollicitudo, Anxietas, Timor, Fletus, Præcipitantia, Pœnitentia, Laqueus et cætera id genus,
§. 6. quorum sum scrofa fœcundior alba. Eckilla. Quid apud nos demum quæris? Desperatio. Corculum tuum, Magistrum Nostrum Eckium. Eckilla. Procul hinc! non admittam. ἔξω ἀπόγνωσιν. ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγίειαν. Desperatio. Quid si non recusat ipse? Eckilla. Mirum. Desperatio. Mirabundum? nam dudum occupavi. evoca igitur.
§. 7. Eckilla. Ecki, Ecki, Ecki, mea spes, exi paulum e Theologico specu. Eckius. Cur ardentissima mea studia interrumpis? quis tandem pruritum hunc tuum pro dignitate curaret? nescis te esse Theologi? Eckilla. Mallem esse spermologi. proinde, si friges, erucam aut bulbos devora. sed in hoc non vocavi:
§. 8. hic est anus illa Desperatio dicta, quæ te conveniet. Eckius. Desperatio? o somnia! iam dudum id ipsum somniavi. quid malum! adestne Desperatio? occidi. Desperatio. Adsum, Theologe. Eckius. Non salutabo. Desperatio. At ego depravabo. Eckilla. Oleum addes camino. Desperatio. Addam quicquid velim: insigniter desperabit. Eckius. Herculeum illud pectus? Desperatio. Sterculeum puto. Eckius. Qualecunque sit, constabit sibi.
§. 9. Desperatio. Quemadmodum ficulnum horologium. Eckius. Nondum deiecisti. Desperatio. Quid si tibi filium meum in collum inpingam? atque, ne multis me morer, statim accipe, Metum videlicet. Eckius. Tremunt genua. Desperatio. Constas iam? Eckius. Strenue metuo. Desperatio. Speras? Eckius. Desperate. Desperatio. Sequere igitur quo ducam, ne nolentem etiam traham. Eckius. Heu me miserum! disperii.
§. 10. Eckilla. Num te non pudet, Lamiam, meum Eckium, meam animam, tam violenter hinc convellere? Desperatio. Cede, scortillum: nunc meus est Eckius. Eckilla. Depugnato prælio venis: nam in hoc uno Lutheranus est, quod me sibi perpetuam coniugem devinxit. Desperatio. Vere? Eckilla.
§. 11. Verissime. Eckius. Dimitte quæso, Desperatio. Desperatio. Nunquam hoc extorquebis. Eckius. Nimis graviter. Desperatio. Si voles, etiam suaviter. Eckilla. Non alibi quam mecum. Eckius. Num alio in loco? Desperatio. Longe alio, ubi et aliter quam hic vivis. Eckius. Ubi, ubi? si placuerit, sequar lætus, cum Eckilla mea, mea nivea columba. Desperatio. Relinquas illam oportet. Eckius. Despero. Desperatio. Hoc
§. 12. etiam sperare potes. Eckius. Quo trahis? Desperatio. In monachatum. Eckius. Cibum male gratum. Desperatio. At nihilo minus ex hoc edes. Eckius. Quas ædes? Desperatio. Non te iam ducam ad ædes; in monachatum trudam. Eckius. Non merui. Desperatio. Terque quaterque: quis enim vanæ gloriolæ similis captator unquam vixit? quis adeo ab orbe condito sese et admiratus est

---

[5] cf. Iuvenal. VI. 177. [7] dmittam *ed.* γυιείαν. *ed.* 'extrinsecus desperationem, intus divitias et valetudinem bonam'. nescio an hæc verba ex antiquo scriptore sumpta sint. [17] Ol. add. c.] Horat. sat II. 3,321. [18] „nobile namque Pectus et Herculeæ simplicitatis habes." Ovid. epp. ex Ponto III. 3,90. sq. [20] fic. hor.] Memorabile hoc et ad artium mechanicarum historiam explicandam non inutile. [28] Lutherum exeunte mense Iunio a. 1525. nuptias contraxisse constat. et non de ipsius Lutheri sed de Lutheranorum nuptiis h. l. dicitur. [30] queso *ed.*

illaudatum et admiratum se a nemine laudavit mirabiliter? Grandiorem iam gradum facito. Eckius. Facio. quo tandem perveniemus? Desperatio. §. 13.
Quid murmuras? Eckillam iam valere sinamus: abdicatus a mundo quid mundana cogitas? Eckius. Me deploratum! quo trahor, Eckillæ Vale non dicto.
5 Desperatio. Dicere non potest qui desperavit. Eckius. Allicke! Despe- §. 14.
ratio. Madet homo, Latina enim iam dedidicit. Eckius. Quin et Italice et Græce scio. Desperatio. Satis desperate. Eckius. Quando perficiemus iter? Desperatio. Prospice paulum in vallem hanc profundam, nec minus amœnam: huc vitam tuam vives. Eckius. In hoc carcere morior,
10 habeo. Desperatio. Immo vives: nam qui putas tantum monachorum vul- §. 15.
gus posse vivere, nisi ex fastu, gloriæ aucupiis, invidiæ pabulis, libidine item atque φιλαυτίᾳ proveheretur, virtutibus tibi feliciter propitiis? Eckius. Placet institutum, cum iis facile nemini cedam, atque hinc non difficile dignitatem aliquam arripiam. Desperatio. Quis dubitat? Cucullum igitur hunc §. 16.
15 indue, fraudis prætextam. Eckius. Induo. Desperatio. Accipito interitum, dicere volui 'interulam.' Eckius. Accipio. Desperatio. Tunicam hanc adapta, nequitiarum involucrum. Eckius. Adapto. Desperatio. Hoc cingulo te cinge, syllogismorum sophisticorum vinculo. Eckius. Cingo. Desperatio. Calceos hos induas, replicarum stabulum. Eckius. §. 17.
20 Induo. Desperatio. Hoc pallio te tegas, quæstionum umbraculo commodissimo. Eckius. Tego. Desperatio. Liber hic Formalitatum nunquam manibus tuis excidat. Eckius. Evangelio præferam. Desperatio. Si libet, etiam paulo iam proscripto atque testula labefactato. Desperatio. §. 18.
Pernarum ut sis pestis iubeo. Eckius. Si voles, etiam labes laridi, tum
25 absumedo suminis. Desperatio. Concedo. Item sis colli calamitas atque lassitudo laniis. Eckius. Ventrem pontificaliter curabo. Desperatio. Credo te hoc a Pontifice didicisse, quibus hoc unum est curæ, qui venter suus valeat, non animadversis Christianorum membris, quæ probo pastori tam conveniunt quam quæ sua sunt. Eckius. Quis unquam Rhomæ fuit qui novi §. 19.
30 nihil didicerit? Desperatio. Imo, quod verius est, quis unquam Rhomæ fuit qui mali nihil prorsus hinc hauserit? Eckius. Quid ad me, de cute quid faciat ille vel ille sua? Desperatio. Versificaris etiam? Eckius. §. 20.
Poetas omnes perlustravi. Desperatio. Floretum cum Græcista; tum, ut auguror, Philomusi tui navem stultiferam, quæ quidem non uno nomine Stultitiæ in-
35 signis est: neque enim tot stultorum genera vehit hæc, quot ibidem carminis ille fecit naufragia. Eckius. Principio non legi, at syncretismo denuo facto penitus devoravi. Desperatio. Credo: nam adhuc stultitiæ feces, quas illic contra- §. 21.
xisti, suboles. Eckius. Nimis imprudenter in Eckium iam monachum. Desperatio. Primo errori parce, nondum enim ad unguem meminisse possum novæ
40 conditionis. Eckius. At in posterum memento. Desperatio. Modis omnibus tu cura, monachatum ne frigide observes; nam nisi monachus esses, iam du-

---

[3] , abdicatus a mundo. Quid *ed.* [5] Allicke] cf. Eck. dedol. §. 55. [6] Ehkius. *ed.* [10] habeo] scio, mihi certum est. [12] φιλ.] sui nimio amore. [18] ſylogiſmorũ *ed.* [20] Induco *ed.* queſtionum *ed.* [21] Formalitatum] Scoti. [25] ſeminis. *ed.* [27] quibus *sic ed.*, *præcesserit* Pontificiis. ſuus, ualeat non a. *ed.* [33] Flor. c. Græc.] Cf. adn. ad Epp. O. V. [34] Philom. *etc.*] Iacobi Locheri versionem stultiferæ navis Brantianæ, de qua vide Zarnckii ed. huius libri p. 210. sqq. [36] συγκρητισμός, conciliatio partium. cf. Stintzing, Zasius p. 60. 315.

dum fores quod in sepulchro cranium: adeo tanquam cœnas tute tibi malorum
§.22. Thassum quendam advocasti. Eckius. Parebo. Desperatio. Si sapis.
Eckius. Nisi tu corrumpas. Desperatio. Quæ te illuc promovi loco, te non
tam digno, quam tu vel ipsis Philoxeni latumiis dignissimus es. Eckius. Ad-
huc traducis? Desperatio. Latinus es non adeo purus, qui debeas in Græca 5
§.23. transferri. Eckius. Hoc ego non volui. Desperatio. Ego iam abeo; tu
sedem non muta, nisi velis vitam cum morte commutare. Eckius. Solus hic,
absque mea Eckilla, delitiarum examine? Desperatio. Ut adhuc mundum
§.24. somnias. Eckius. Non mundum, at mundissimam meam Eckillam. Despe-
ratio. Desyderare potes, habere non potes. quæso igitur te per Hochstraticum 10
cucullum, sive etiam per Murrnari anseres, exue tandem hunc Eckinum ani-
mum, qui et Eckinas vestes exuisti: Monachus es iam, vive item monachum.
Eckius. Vivo quidem, at non tam libenter quam forsan debeo. Despe-
ratio. Quocumque te vertas, nassam hanc, quam semel ingressus es, nunquam
§.25. exibis. Eckius. Quandoquidem res ita se habet, boni consulo; at fucorum 15
interim more, cum ipse meas alas amiserim, adimam item cæteris quam po-
tero libertatem. Desperatio. Vale, Ecki. Eckius. Utinam tu cadas. quis
§.26. cum Desperatione valeat? Desperatio. Utinam tibi sancta Desperatio di-
gnam arborem suspendio commonstret. Eckius. Quo certe vix aliud mihi
§.27. in hoc humanæ vitæ Euripo magis oportunum posset contingere. Despe- 20
ratio. Fiat ergo quod optas; verum ostende prius arborem tibi delectam, quo
possim ex illa decerptos surculos serere, Theologistarum farinæ magno futu-
ros usui. Eckius. Placet, tu factum puta, ne solus peream: nam, ut est
in veteri proverbio, Levius communia tangunt.

FINIS ECKII MONACHI. 25

---

[2] Thasus s. Thassus, insula Thraciæ in mari Aegæo, opulentissima. unde *Θάσος ἀγαθῶν*, Thasus bonorum. cf. Zenob. IV. 34. interpp. Similiter *Ἀγαθῶν θάλασσα, ἀγ. θησαυρός, ἀγ. ἀγαθίδες, ἀγ. μυρμηκιά.* [4] Philox. lat.] Dionysius Syracusanus Philoxenum poetam in lapidicinas coniecit, quod is illius tragœdiam emendare iussus totam dispunxit. Plutarch. de fort. Alex. 334. ed. Reisk. VII. p. 320. Cf. Cic. ep. ad Att. IV. 6. Verr. V. 27,68. c. interpp. [5] traducere = ludibrio habere *et* ex alia in aliam linguam convertere. [11] Murnarum Gänseprediger adpellatum fuisse supra satis vidimus. [20] Euripus, fretum reciprocationibus furens inter Atticam et Eubœam, de quo inter alios multos Senec. Herc. Oet. 778. sqq.

At qua nivosi patitur Aquilonis minas
Euripus undas flectit instabilis vagas
Septemque cursus volvit et totidem refert,
Dum lassa Titan mergat Oceano iuga.

[22] farinæ = examini vili. [24] Levius] *Ἐν κοιναῖς συμφοραῖς κοινὴν εἶναι παραμυθίαν.* Niceph. Ch. ep. 82. i. f. Usitatius *κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύθιον.* Commune naufragium omnibus solatium est. Apostol. IX. 96.

DIALOGI SEPTEM

FESTIVE CANDIDI.

MOMVS.

CAROLVS.

PIETATIS ET SVPERSTITIONIS PVGNA.

CONCILIABVLVM THEOLOGISTARVM
ADVERSVS BONARVM LITERARVM STVDIOSOS.

APOPHTHEGMATA VADISCI ET PASQVILLI
DE DEPRAVATO ECCLESIÆ STATV.

HVTTENVS CAPTIVVS.

HVTTENVS ILLVSTRIS.

AVTHORE

S. ABYDENO, CORALLO. GERM.

ITE IN VNIVERSVM ORBEM.

Hi septem dialogi versus finem anni 1520. sive certe ante ver anni 1521. conventumque Wormaciensem primum prodisse videntur. Quantum ad Hutteni scripta et explicanda et confirmanda faciant, iis qui legere sed et lecta intellegere didicerunt, non magis opus est multis verbis exponere quam id, quod temeraria primum coniectura iactitatum, deinde, ut fit, a multis quasi causam cognovissent, et a Burckhardo quoque repetitum est, Huttenum puta horum dialogorum auctorem fuisse, diligenter refutare. Quibus rationibus equidem ut Croto Rubiano eosdem adscriberem, id quod alii quoque et nuper etiam Straussius fecerunt, motus essem, eæ non omnes in adnotatione (cf. imprimis Conciliab. Theol. §. 40.) locum habent; ideoque non nullæ hic proferendæ videntur, cum præsertim non nulla quæ vol. I. p. 442. adnotavi, emendanda esse videantur. auctor theologus quidem fuit, sed iuris canonici non inperitus, Latine Græceque bene doctus, qui Bononiæ Romæque diutius moratus fuerat, Lutheri fautor, Hutteno interioris admissionis amicus, morum scriptorumque equitis diligens æstimator, ipse in deridendis æqualium erroribus vitiisque scriptor salis facetiarumque quibus illa tempora maxime gauderent, ad dicacitatem usque sparsor, procax, non inprobus: Lucianum imitari multi tum conabantur. Vide quam bene hæc omnia in Crotum cadant, cuius scribendi cogitandique consuetudini hi dialogi mire omnino conveniunt. Fortasse ipso Coralli nomine utitur Rubianus non a Mysiæ pellitis Corallis, incultis barbaris, desumpto, sed ut nomen suum, quasi a rubendo (non a rubo) ipse adsumpsisset, coniuratis subobscure indicaret: certe hinc inde *κοραλλίζει*, i. e. rubentes prodit quasi scintillas auctor, ut Mosellam rubra corallia nudare Ausonius (v. 69.) pinxit. Abydeni sycophantæ alios per ora hominum traducentis adpellatio est: *Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα*, Zenobius I. l. ait, *εἴρηται δὲ ἡ παροιμία καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν συκοφαντεῖσθαι τοὺς ξένους*, et Eustath. ad Il. II. 836. *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ Ἄβυδος ὕστερον ἐπὶ συκοφάντου ἐτέθη παροιμιακῶς διὰ τὸ δοκεῖν συκοφάντας Ἀβυδηνούς ... τίθεται δὲ, φασίν, ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τοῦ εἶναι τοὺς εἰκαίου καὶ οὐδένος ἀξίου.*

Exempla horum septem dialogorum hæc sunt:

1) DIALOGI | ſeptem, feſtiue candidi. | Momus. | Carolus. | Pietatis, & Superſtitionis pugna. | Conciliabulum Theologiſtarum, aduerſus | bonarum literarum ſtudioſos. | Apophthegmata Vadiſci, & Paſquilli, de | deprauato Eccleſiæ ſtatu.| Huttenus captiuus. | Huttenus illuſtris. | Authore S. Abydeno, | Corallo, | Germ.| ', ' | † | Ite in uniuerſum orbem. | † || *s. l. et a.* 8⁰. 54 *folia. In pag. ult. est:* LÆTA | LIBERTAS. (Cf. Panzeri Ulr. v. Hutten. 1798. 8⁰. p. 198...202.)

2) Paſquillorum tomi duo. (Cf. Ind. bibliogr. Hutt. n. 55.) p. 101...191.

3) Münchii exempl. Epp. obsc. virr. (cf. Ind. bibl. Hutt. n. 78.) p. 354...407.

Conciliabulum theologistarum, Huttenus captivus et Huttenus illustris leguntur etiam in his Epistolarum obscurorum virorum exemplis:

a) a. 1557. 12⁰. post libellum de generibus ebriosorum: sed separatim duabus plagulis (A B, 22 foliis) s. l. & a. indicatione editi sunt, unde multa Exempla Epp. O. V. illo anno expressa eosdem dialogos non habent.

b) Francofurti 1643. 12⁰. p. 372...404., ubi falso clausula addita est quæ ad Epp. O. V. pertinet: '*Romæ Stampato con privilegio del Papa*, & | *confirmato in luogo, qui vulgo dicitur, Bel vedere.* | FINIS.' | (Sequitur libellus de generibus ebriosorum.)

c) Francofurti 1757. 8⁰. p. 266...300. (*Sequitur item falsa ista clausula.*)

Solum Conciliabulum theologistarum est in exemplo Epp. O. V. quod Francofurti a. 1624. in 8⁰. prodiit p. 351...381. (*unde falsam istam clausulam exempla illa a et b desumpserunt.*)

Ex his

M O M V S.

INTERLOCVTORES MOMVS MENIPPVS PASQVILLVS.

¶ Momus. Tu hinc abi in Gallias, Menippe, ipse Germaniam pervagabor. §. 1.

Menippus. Faxo, mox inde aditurus Hispanias. Sed ubi te rursum con-
5 veniam?

Momus. In Germania, hinc quamprimum nostro officio fecerimus satis, patriæ nos reddemus.

Menippus. Periculosa via, ac discriminis plena; vereor ne quid a vafris ac versipellibus Gallis mali patiar.

10 Momus. Pone metum: nihil tibi eveniet; quod si omnino times propalam §. 2.
criminari sibilis calumniator clancularis, vel arrepta graphiaria tabella notis excipito. Sed ellum peregrinum. Heus tu, amice, quo pergis, et quinam es tu?

Pasquillus. Pasquillus ille exul, ab Urbe peregre profecturus in Hispaniam.

15 Menippus. Optatus ades, Pasquille, eandem ego profectionem paro; §. 3.
comes adero viæ, si voles.

Pasquillus. Lubet. verum vos quinam estis?

Menippus. Ego Menippus ille, calumniator hominumque divumque.

Pasquillus. Ille autem quis?

20 Menippus. Momus Asianus.

Pasquillus. Ille hominomastix ac malorum omnium censor?

Menippus. Ille idem.

Pasquillus. Quæ caussa tanti itineris arrepti? §. 4.

Momus. Missi iam pridem sumus a Iove, ut si quid vel ridiculum vel
25 perperam geratur in Europa, clam notato carbone renunciemus.

Pasquillus. Quin videritis, ne pro verbis verbera referatis.

Momus. Tam invitis auribus audiunt veritatem?

Pasquillus. Etiam: Euterpen colunt et deos prurientibus auribus; Momo nulla hic partio.

30 Momus. Obganniam igitur vel invitis, atque id summa cum libertate; §. 5.
identidem tibi incumbet, Menippe.

Pasquillus. Ego secretum tenebo; proinde meum adiiciam calculum, ubi fuerit opus. Sed dic sodes, qualis tibi videtur Europa? num idem solum, num temperatior aer, meratius vinum? postremo moribus nobiscum conveniunt
35 Asiani?

---

[11] Cf. vol. II. p. 461. *init.* [26] vrebis *1.* [28] Euterpen [bene delectantem, Musam quæ 'dulciloquis calamos flatibus urget'] colunt et deos blandientia, non vituperantia verba adpetentibus auribus; libidines suas, non veritatem volunt coli. [34] meracius *2.*

Ex his omnibus exemplis et siqua alia sunt, unum primum ad rem criticam facere nemo non videbit.

Hochstratum ovantem, qui secundum temporis ordinem post hos dialogos VII ponendus esset, cum ad Epist. Obsc. Vir. præcipue faciat, volumini sexto reservavimus.

§.6. Momus. Nihil hoc attinet dicere, quam sint ubera lactifundia, quam creber illic rerum omnium proventus: adprime id perspectum mercatoribus: Asiani longo intervallo ipsis præstant Europensibus.

Pasquillus. Qui obsecro?

Momus. Dicam obiter; sed unde primum ordiar? 5

Pasquillus. A religione.

§.7. Momus. Nusquam, deum inmortalem, religio maior, (nisi fallat opinio) nusquam ad divinam rem frequentior populus, nec quenquam vidi qui adeo se suo devoverit Christo, vero alioqui numini, ut illi se superstitiose tradunt Mahumeto. Verum hoc nihil ad fabulam, quæ secta sit potior, quandoquidem 10 adeo increvit Christiana, ut prophana esse non possit fides, nusquam vel locorum vel gentium syncerior: qui illic fidem ruperit, in omne usque tempus infamis est: qui pacem violaverit et amicitiam, ilico male mulctatur; nulli illic prædones, fures paucissimi; latrunculatores nulli, secura via; imperator clementissimus, quamquam ambitiosior forte; sua cuique permittitur fides: hæc no- 15 strarum rerum ferme summa et caput.

§.8. Pasquillus. An non hæc omnia etiam apud nos?

Momus. Nequaquam.

Pasquillus. Id nobis edissere.

Momus. Cedo, qui sunt religionis antesignani? 20

Pasquillus. Theologi.

Momus. Probe: et hi quam insigniter a religione delyrent et secum etiam impingere faciant vulgum, nemo non videt: primum quidem, quod quum mire sint superciliosi ac magnificis titulis elati, adeo nihil præstant hoc nomine §.9. dignum, ut multos etiam secum præcipitent. accedit, quod illorum vita do- 25 ctrinæ maiorem in modum repugnat: ipse nosti quam inflatis buccis mundum prædicent contemnendum, corpusculum suapte natura caducum vigiliis et squalore subigendum, nihil agendum numorum gratia, amplectendam paupertatem, quum ipsi interim pro opimis sacerdotiis digladiari non cessent.

Pasquillus. Parcius, o Mome. 30

§.10. Momus. Verum dico. sed dicam adhuc amplius et audacter dicam Deum, alioqui nusquam comprehensibilem, idolum fingunt cæreum, in quamvis partem vertibile: de hoc nescio quas essentias somniant et existentias, hecceitates, quidditates, nullitates, universalia, realia, complexa et perplexa, suppositiones caninas et taurinas, ac talem quandam ineptarum fabularum turbam, 35 nugacissimas nugas, absurda absurdorum. Hæccine Theologia? hæc religio? hoccine est colere Christum? quid Christo cum Aristotele? quæ portio Christi §.11. et Belial? Postremo omnium, quum nihil calleant sanæ doctrinæ, (de Scotistis loquor et Thomistis atque Albertistis, non iis qui vetustis se mancipant quondam meæ nationis heroibus) Pontifici quam maxime applaudunt et adsentantur; 40 dilatant Indulgentias, nulli unquam antiquo doctori vel pontificum notas, noviter autem excogitatas ob quæstum; Pontificem Christum faciunt: omnia posse, omnia habere quæ Christum, demptis miraculis, quæ ideo facere non novit, quod hæc virtus non pecunia, sed fide et innocentia commereatur; deum esse terrenum, sed qui oletum cacet ut nullus rusticorum in Hercinia sylva. pudet 45 §.12. dicere quod reliquum est. Hæc, mi Pasquille, in suis disputant athenæis.

---

[1] lactifundia *omnes.* [7] immortalem *2. etc.* [22] delirent *2. etc.* [37] 'Quid apostolo cum Cicerone'? *Hieronym.* [38] Paul. ep. II. ad Cor. VI. 15.

Quibus propius accedunt Canonistæ et qui iura tractant, (prope dixerim summas iniurias) qui ilico ducentos canones producunt, inter quos vix tres concordant, ut aliquid stipis vel favoris eblandiantur a Papa.

Pasquillus. Videris clam notare Caietanum, Prædicatoriæ factionis Car- §. 13.
5 dinalem, qui eum errorem primum sparsit in Theologos.

Momus. Illum ipsum caseárium fratrem, nunc quovis Sardanapalo molliorem.

Pasquillus. Nosti quid iampridem egerit Magunciæ?

Momus. Me præterit.

10 Pasquillus. Indixerat statuto precio ut qui velit, in Quadragesimæ die- §. 14.
bus (quibus illi maxime ab eo edulio sibi temperant) carnibus vesceretur, triennio semel confiteretur delicta. Multum etiam in Carolum, catholicum principem, impudenter ceu in histrionem dixit, quo in illum principes Electores subarmaret, ne in Romanum Imperatorem nominaretur.

15 Momus. Suspicor patrem illum reverendum instaurare voluisse antiquam §. 15.
illam legem de legibus sumptuariis (Olim lex Faunia lata est, quæ ludis Romanis, ludis item plæbeis et saturnalibus, et aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris usum concessit; Lex Iulia profestis diebus ducentos æris, Calendis, idibus, nonis trecentos; demum ad duo milia sumptus cœnarum pro-
20 pagatus est), aut forte in Turcam quidpiam molitur nostrum Imperatorem.

Pasquillus. Romæ nulla ieiuniorum observantia quartæ, sextæ et se- §. 16.
ptimæ ac Quadragesimæ quam vocant, maxime in ædibus Cardinalium: ferias illas Iudæis relinquunt, quibus id sua præceptum est lege.

Momus. Impune autem fecit apud Germanos?

25 Pasquillus. Haud procul abfuit, ut aut gladio fuisset suspensus, aut laqueo perfossus.

Momus. Id est quod obiurgo, Pasquille, quod in eodem illi hærent luto §. 17.
cum vulgari plæbe, imo gravius languent: onera impingunt cervicibus vulgi, quæ ipsi nec minimo digitulo contingunt, abunde Christo suo satisfactum putantes,
30 si mystico ac pene scænico ornatu, cæremoniis, beatitudinum, reverentiarum, sanctitatum titulis, benedictionibus ac maledictionibus prælatos agant; Christum autem permittant interim abolescere, antiquari. Apage, quid tamen faciunt tantis officiis dignum?

Pasquillus. Neque sua interesse censent, vel si quid est doctrinæ vel §. 18.

---

[4] Thomam de Vio. [6] Cf. *Σαρδαναπάλου βίος*. Apostol. XV. 33. Iustin. hist. I. 3. Vell. Pat. I. 6. [13] Cf. vol. I. p. 379. et impr. ibi cit. Seckendorf. [16] *Verba* 'Olim ... propagatus est' *parenthesi inclusi*. Famia *1*. Fania *3*. lex Fannia] a. u. 593. „lata est, quæ ludis Romanis, item ludis plebeis et Saturnalibus et aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, ceteris autem diebus omnibus denos ..." *Gell. N. A.* II. 27. cf. Macrob. Sat. II. 13. [18] usum *omnes;* insumi *Gell.* lex Iulia] a. u. 736. „ad populum pervenit Cæsare Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur, kalendis, idibus, nonis et aliis quibusdam festis trecenti, nuptiis autem et repotiis sestertii mille". *Gell. l. c.* §. 14. [19] demum *etc.*] „Esse etiam dicit Capito Ateius edictum, divine Augusti an Tiberii Cæsaris non satis commemini, quo edicto per dierum varias sollemnitates a trecentis sestertiis adusque duo sestertia sumptus cenarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuriæ effervescentis æstus coherceretur". *Gell. l. c.* §. 15. [25] ridicula verborum metathesis. [26] vulgaria *1. 3.*

exempli boni aut certe sanctitatis, id Petro relinquunt et Paulo, quibus abunde satis est ocii.

Momus. Hoc non est prælatos agere, sed sycophantas, sed nebulones.

§. 19. Pasquillus. Vidistin' apostolicum Breve, omnibus pene templorum valvis Magunciæ affixum? 5

Momus. Quid continet?

Pasquillus. Ne quis editionem legat vel apologiam Martini Lutheri, hominis alioqui ex æquo docti ac pii.

Momus. Quamobrem?

Pasquillus. Quod hulcus tetigerit Pontifici ac illi sua offuderit flagitia, 10 quod damnaverit symoniam, quæstum Indulgentiarum, copiam Beneficiorum, pompam Cardinalium et Episcoporum, avaritiam Curtisanorum, expoliationem patriæ, in summa, ut gentem christianam primo suo candori et nativæ conversationi restituere molitus est: hæc sunt quæ pontifex Romanus summopere execratur.

§. 20. Momus. Non probo factum: quin hoc se magis suspectum reddet, quo 15 in re tam clara ac certa oculos voluerit præstringere videntium.

Pasquillus. Silvestri Prieratis omnis hæc techna est: is ita atramento suum candefecit Mecœnatem.

Momus. Quanta numorum summa quam singulis aucupantur annis a Germanis Pontifices, atque istiusmodi omnes qui Romæ degunt harpyiæ? 20

§. 21. Pasquillus. Innumerata: dicam tamen quod scio: paucis abhinc annis constat plus quam bis centena quadragies mille millia ducatorum pro redemptione palliorum in Italiam fuisse transmissa pro confirmatione novem per vices episcoporum Maguntinensium; reliquos mitto, ingentem thesaurum pensionum a Curtisanis Germaniæ, etc. 25

§. 22. Momus. Tam crassæ Minervæ est populus, ut has fraudes non olfaciat?

Pasquillus. Agnovit iamdudum, sed sero nimis et suo maximo dispendio: in procinctu erat, iam altera vice decepisset plæbeculam simulata expeditione in Turcam, sed iam icti sapiunt, Lupus hians discessit.

§. 23. Momus. Olim lege sancitum erat, ne quid temporalis dominii haberent 30 vel opulenti essent flamines atque ii qui sacris præerant, sed unico tantum deorum ministerio addicti populo responsa darent ac sacra facerent.

Pasquillus. Novi ego quondam exactos reges Romanorum a sacrificio (licebat enim et Regibus tunc sacrificare), ne quid interea in republica a ministerio negligerent, sive quod nemo simul ac semel diversa possit tractare, di- 35

§. 24. vina et prophana, Diis servire et tumultui ac sæcularium rerum curis. Cæterum nobis accidit quod vides, inversa apud nos omnia: videas hic Pontifices, Cardinales, Episcopos, Præpositos, Abbates, cœnobia multis modis Principes antecellere divitiis, exugere omnem substantiam populi, sumptibus indulgere et apparatibus plus quam Sybariticis, ædes possidere simulatque construere 40 magnificas, tanquam perpetuo sint victuri; nutrire scorta, in omnes defluere delitias, curare cuticulam, nihil non experiri quod voluptatis quippiam adferat corpori; e diverso egere plæbem, opprimi pauperes, promoveri et extolli indignos, virginum et uxorum attentari pudicitiam: atque hoc a nullis quam ab iis quos mundus velut angelos dei demiratur. Eo defecit nostra religio, eo 45 prolapsa, ut qui probe velit vitam instituere, protinus eviratus ac parum vir dicatur.

---

[21] Innumera. *3.* [24] Cf. Vadisc. §. 92. [29] icti] „*Cave ne* icti *et* iureconsulti *h. l. confundas*" *ad marg. exempli mei quidam adscripsit. De* lupo *cf. vol.* II. *p.* 487.

Momus. Ferunt eorum Christum altissimam paupertatem docuisse, contemnendum hoc sæculum, despicere inanis gloriæ flabra, nullis occupationibus huius mundi impediri, in momento enim cuncta hæc præterire et sæpe etiam abire antequam venerint; num ita res habet? §.25.

5 Pasquillus. Ita est. Sed hæc illi in monachos reiiciunt, monachi rursum, quum sint opulentissimi et avari, in sacerdotes; atque ita perpetua quædam lis est, de quo hæc dixerit Christus, num contemnendæ divitiæ, quæ tantopere oblectant habentes, num liceat ecclesiæ iamiam ditatæ liberius agere cum patrimonio Christi quam exactis olim temporibus. tandem de pauperculis §.26.
10 Apostolis hoc esse dictum inferunt, non huius ævi reverendis patribus.

Momus. Effulmina, Iupiter, exure, comminue in barathrum, in tartarum, uti Gigantes. §.27.

Menippus. Bona verba, Mome, ne quis forte latitet Coryceus aut subauscultator.

15 Momus. Nil moror, qui ethnicus sum et cui ab unica Fortuna pendet anchora: ego non arguam quod quibusvis vilissimæ sortis homunculis licet in trivio, imo quod iam omnes referant in foro et in comitio ad tribunalia? dispeream, si unquam tale notarim apud ethnicos.

Pasquillus. Nihil prohibet, modo submissius. emoriar, ni mihi hæc §.28.
20 maxima fuerit occasio relinquendi Romam; quin tibi vel minimam partem non retuli scelerum quæ illic fiunt: ut enim olim omnium deorum asylum, ita nunc omnigenum viciorum sentina, præcipue autem symoniæ, avaritiæ et incontinentiæ.

Momus. Huc me conferam, Menippo tecum reverso ex Hispania, hinc rursum per mare Hadriaticum in Asiam profecturus.

25 Pasquillus. Optarim et aliquid de vestra republica addiscere, ni tædeat. §.29.

Momus. Libere quodvis inquirito.

Pasquillus. Num tantus principum fastus, tot vectigalia, tot suffragia, tot expeditiones, aggravationes, reaggravationes, anathematisationes, terrifica fulmina plæbis, uti ferme apud nos deprehendisti?

30 Momus. Haud quaquam: Imperator unus, deinde principes aliquot; horum §.30.
integritas omnium oculis exposita, hi nihil quam publica negotia tractant, privatis nullum omnino ocium. morum innocentia maxima; aulicum famulitium sufficiens et honestum, vectigal unicum, celebre saltem, Alexandrinum videlicet, nec cuilibet conceditur ex aulicis illis diis exactionem extorquere a plæbe,
35 ni summa et ea quidem Diomedæa intervenerit necessitas. victus tenuior ac moderatior, et ut semel dixerim, ut nihil pestilentius malis principibus, ita maximis viribus conantur omnium inculpatissimos ac optimos præficere, Tyrannum non patiuntur vivere; quæque gens inquilinum aliquem sibi deligit.

Pasquillus. Contrario modo nobis obveniunt reliqua: quisque pro voto §.31.
40 vectigal decernit, ab Argentorato Coloniam usque bis dena sunt thelonea, e quibus vix multa summa te excutiet pecuniæ; principatus numis redimunt, et quod omnium teterrimum, Galli Germanis, ignoti ac peregrini civilibus ambiunt imperare.

Momus. Proh pudor, Gallus imperet Germano! perinde mihi hoc videtur, §.32.
45 acsi gallus gallinaceus aquilis, culex elephantis.

---

[11] Iup.] upter *1.2.* [13] *Κωρυκαῖος ἠχροάζετο.* Zenob. IV. 75. [17-18] Disperiam *1.2.* [25] tedeat *1.2.* [33] vect. Alexandr.] Cf. e. gr. fratris Felicis Fabri evagatorium in terram sanctam. [35] *Διομήδειος ἀνάγκη.* Plat. Aristoph. et all. Cf. Zenob. III. 8. [45] gall. gall. aq.[Respicit ad insignia Gallica Germanicaque, quæ

Pasquillus. Præterea quod precibus nequeunt efficere, id copiis instructis ac bellorum tragœdiis moliuntur.

Momus. Natura ea Gallorum, ut plus velint quam possint, et quo amplius senescunt, hoc magis desipiunt; pugnaces quidem, sed imbecilles.

Pasquillus. Neque id admodum placet plæbeculæ: uno agmine retorto post tergum collo, uti olim in sacrificiis, sacrificaturos se gallos quam sanctissime deierarunt.

§.33. Momus. Crediderim, si biennio tantum regno potiatur, deinde deglubarit pauperes, ac annuatim maximam pensionem pecuniæ extorserit, non multum molestum fore cum Germanis: numos quærit et delitias: est enim huic animanti venter mirifice calidus, ita ut omnia statim concoquat, maxime argentulum. sed et salaces quoque sunt: nosti quid velim.

§.34. Menippus. Faciamus hæc iam missa. dic nobis, Pasquille, quænam atratæ illæ corniculæ, quæ passim obducto bardocucullo capite se nobis dant obviam, stipem sibi congerentes domesticatim?

Pasquillus. Fratres arvales, penes quos illius gentis summa religionis manet.

Menippus. Somnium mihi narras.

Pasquillus. Rem veram.

Menippus. Quid igitur tantopere execrantur a plæbe?

§.35. Pasquillus. Ob unam obtrectationem ac pestilentissimam linguam: quum enim nihil ipsi agant frugi neque publice neque private, bonos viros plurimum damnant, adeo, ut inter hos primatum teneat qui sit insolentissimus, optimus qui ad obtrectandum audacissimus. hoc genus sunt nobis ii pecudes, Menippe.

Menippus. Bene est; cavebo mihi ab iisce melanuris.

§.36. Pasquillus. Iam dies occidit, cœptum consummemus iter; reliqua inter ambulandum commentabimur, quo melius fastidium levemus?

Menippus. Vale Mome, atque hic meum prestolare adventum.

Momus. Et tu quoque celeriuscule reditum matura.

Pasquillus. Valeto, Mome, ac modum adhibe censuræ quem dixi.

Momus. Faciam ut iubes; vos quoque valete.

---

conparantur inter se addito proverbio *Κώνωπος ἐλέφας Ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει. Apostol.* X. 37. [24] „et lætæ pecudes et ovantes gutture corvi." Vergil. Geo. I. 423.

CAROLVS
DIALOGVS.

ARGVMENTVM.

¶ Carolus Romanorum Imperator, admonitus, ut Max. Aemilianum adeat, ab
5 eiusdem Genio primum quidem ad Sibyllinum antrum perducitur, ubi multa de Sibylla perdiscit; deinde ad Max. Aemilianum perveniens cum eodem de futuro regno commentatur plæraque, deque Ecclesiæ instauratione: tandem per antrum Patritium in Hispaniæ subterranea ad vivos redit. Nec hoc cuiquam absonum videatur, quando etiam Homerus eius provinciæ gnarus in primis in ea Hispa-
10 nia Elysium effinxit campum et piis dicatam sedem, ad quam vaticinans Proteus Menelaum cecinit emigraturum; quo modo etiam Vergilius Aeneam Anchisen patrem adire fingit; et identidem Lucianus suum Menippum.

INTERLOCVTORES

CAROLVS.	SIBYLLA.
FERDINANDVS.	HELIAS.
GENIVS.	MAXIMILIANVS.

DIVI.

Ferdinandus. Dic mihi per gratias, o Carole, quid est quod conniven- §. 1.
tibus oculis cogitabundus tanquam quodam secessu mentis atque animi facto a
20 corpore meditaris?

Carolus. Somnium comminiscor quod hac nocte vidi.

Ferdinandus. Pape, somnium?

Carolus. Imo nec oblivisci possem insomnii.

Ferdinandus. Deum immortalem, quid hoc portenti, ut ultra somnio-
25 rum legem etiam in vigilantium oculis obversetur?

Carolus. Atque ita plane evidens.

Ferdinandus. En melle oblitos oculos et palpebras rursum in somnum §. 2.
coeuntes; sed et trementem vocem audio ceu spectrum aliquod videris.

Carolus. Revera.

30 Ferdinandus. Quale quæso?

Carolus. Maximiliani genium.

---

[4] Max. Æmilianum sive Aemylian. multi, præçipue in Germania australi scribere tum solebant, non Huttenus. [7-8] antr. Patric.] cf. Phalarism. §. 1. [9] Homer. Od. IV. 563. *Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν.* [11] Vergil.] Aen. VI. 540. sqq. [12] Lucian.] in prim. in Menippo et Aeaco. Cf. Menipp. Amphiloch. et Trophonium. [18] Ferdinandus] Caroli frater.

Ferdinandus. Pape, quid hoc rei est? Vide ne in palam id ante triduum efferas protinus, quandoquidem id mali ominis esse augurantur.

Carolus. Nequaquam; verum evanescens in auram umbrarum more in aurem susurriit, ne quid turbato ac pusillo animo forem, ac monitis præpropere acquiescerem. 5

§.3. Ferdinandus. Num ad se accersivit ut olim Aeneam Anchises in campum Elysium?

Carolus. Adeo ex æquo illius profectionem metior ac meum somnium, ut nesciam, electurus ne sim illius narrationem vel potius præclaram ac iucundam memoriam mei insomnii. 10

Ferdinandus. Pervelim audire.

Carolus. Gestio narrare postquam rediero.

§.4. Ferdinandus. Proficisceris igitur?

Carolus. Ita decretum est, siquidem Diis parendum.

Ferdinandus. Quorsum hoc, amantissime? instructis iam copiis migrandum fuisset in Germanias; deinde imperium vendicandum, pervadenda Italia, atque ibidem expugnandus Turca, et turba illa Symonis magi; in ditionem revocanda Mediolanum. quid hoc iam in mentem venit? 15

Carolus. Atque ob hoc maxime, quo quid agendum sit experiar; deinde quo omine; postremo quantum nobis astipulentur fata. 20

§.5. Ferdinandus. Suffecerint ad hoc negocii Genethliaci et Philosophi, denique et aulici nostri penates, ut Carolocolaces.

Carolus. Nihil moror hoc hominum genus, quippe quod ob blanditias et favorem parum frugi consulat, plæraque etiam cmentiatur in favorem, quo stipis aliquid adipiscatur. 25

Ferdinandus. Advocandus igitur Tyresia aliquis vel Zoroastes aut certe Mercurius ei operæ specialiter deditus.

§.6. Carolus. Neque horum fabulamenta magnifacio, utpote Christianus.

Ferdinandus. Quo igitur ductore proficisceris? numine aliquo est opus.

Carolus. Atque hoc quidem in promptu est, Maximiliani Genius. is spopondit nocte iam intempesta se rediturum. 30

Ferdinandus. Faxint superi, ut bono felicique itinere.

§.7. Carolus. Tu interim si quid negocii obvenerit, expedito; militum præcariorum ingentem summam conducito, quo æstate futura in Germaniam solvamus. sed iam tempus subit quo vadam. ego in conclavi me proripio. 35

Genius. Heus, o Carole! en adsum: auream te zonam præcingere, et cydarim capiti admove, caducæum gestans in manibus.

Carolus. Atque ita iam feci.

§.8. Genius. Vates nobis adeunda prius: si quid igitur obvenerit, ne trepides. sed iam me sequere. 40

Carolus. Ellam specum profundissimam, caligant oculi; quorsum nos abducis?

Genius. Antrum est Sibyllinum.

Carolus. Erynnes video tartareas.

Genius. Sibyllæ sunt: eam quæ primo prodit, Cumanam, adorire. 45

§.9. Carolus. Revereor vetulam: salve anus!

---

[26] Tiresias ... vel Zoroaster *3*. [28] vatum magorumque ex antiquitatibus adlata exempla. [34] estate *1*.

Sibylla. Quis me adpellas?

Carolus. Carolus Hispaniarum rex.

Sibylla. Contingat tibi quod optas, mortalium omnium felicissime.

Genius. Purgatis auribus, Carole! nam obscure et tenebricose proloquitur.

5 Carolus. Tibi de mea fortuna quid videtur? quis futurus rerum eventus? §. 10.
qua factum providentia, ut tot nobis regna contingerent?

Sibylla. Optimo prorsus omine; sed et maiora te manent.

Carolus. Hac spe totus ipse suspirat terrarum orbis. sed quale est hoc turbæ iudicium?

10 Sibylla. Multum sæculis præsagitum, futurum olim qui Romanorum regnum ruinosum ac prope modum collapsum instauraret; qui Mahumetas, Agarenos et omnem illum infidelium cœtum e sanctis propulsaret sedibus. puto §. 11.
autem elapsa iam Danielis tempora, tempus et dimidium temporis, teque pervenisse usque ad dies illos mille trecentos triginta quinque, ut consummetur pec-
15 catum et deleatur iniquitas et adducatur iustitia sempiterna et impleatur visio et prophetia et glorificetur sanctussanctorum. fata etiam nescio quid huiusmodi tibi pollicentur. multi regium indepti fastigium insignem inde gloriam sunt §. 12.
consequuti: ex Persarum quidem gente Cyrus, et Darius Hysdaspis filius. memoratur et Xerxes potens adeo, ut hominis specie crederetur Iupiter humanum
20 exivisse ad excitandum e sedibus suis Græciam. deinde Artaxerxes illi duo, Machroiæ, id est Longimanus, alter Memor: Longimano laudem peperit insignis corporis amplitudo, alteri fortitudo et liberalitas. Alexandrum eminentissimum §. 13.
terrarum regem insignia dehonestarunt vicia vinique aviditas in primis. accedunt et Iulii, Tiberii, Caroli, Federici et Constantini complures: verum nul-
25 lus unquam extitit cui et largius et felicius arriserit fortuna, cui cum opibus potentia terris et tota illa pompa regali augustius aliquid contigerit quam tibi.

Calcat iacentem regem vulgus,
Invisum opprimit
Ni se tueatur ferro.

30 Et

Ut alta ventos semper excipiunt iuga
Rupemque saxis vasta dirimunt freta,

imperia sic excelsa fortunæ subiacent interdum, ut inter maximas opes et in- §. 14.
numeros stipati milites omnium minime tuti essent. Tibi cum omnibus illis ter-
35 renis divitiis etiam vulgi, imo totius Europæ applaudit favor, præcipue autem Germanorum, omnium nationum vel gentium primi nominis plebs; ut vel hoc solum beatissimus sis, quod ei genti ascitus sis. Pro rei igitur magnitudine, proque suavi illa sortis afflatu virum exhibeto.

Tu tibi me folium credas recitare Sibyllæ.
40 Verbum non amplius addam.

Genius. Ultra progrediundum. §. 15.

Carolus. Latratum canum audio, eiulatus, tumultumque.

11.12 Agarenos] i. e. infideles. Cf. Psalm. LXXXII. 7. 13 Daniel. VII. 25.
26 terris *feci ex* cæris *edd.* 27 *Senec. Octaviæ v.* 455. *sq.*

Calcat iacentem vulgus. invisum opprimet.
Ferrum tuetur principem.

31 Ut alta ꝛc.] Senec. Oedip. v. 8. sq. 32 dirimunt] dirimentem *Senec.* 39 Tu tibi] *Iuven. sat.* VIII. 126. 'Credite me vobis folium rec. Sibyllæ.' 40 verb. non ampl. a.] Horat. sat. I. i. f.

Genius. Tartareæ hic carnificinæ aditus, Cerberus est quem audis; iuxta ad lævam lacus Pyriphlegeton ac regia Plutonis; ad dextram hiatus ille quem cernis Imperatorum turbam continet, qui illinc in vita divitiis muniisque sunt abusi; verum summis ingrediendum pedibus, ne lemures insidientur.

§.16. Carolus. Iulianus et Nero, Domicianus item quod tandem impietatis pendunt supplicium?

Genius. Simul omnes liquefacto plumbo frixantur, præter unum Iulianum, qui ob hæresim maxima trabe devinctus et supposita lapide pondere quinquaginta talentorum atque insolentissima podagra afficitur; quæ ei maxima est pœna. Alexandro cui totus non suffecerat orbis, locus dimensus est obscurus, haud amplior pede, eoque iacere contentum oportet; illius vero parens (quod

§.17. ridiculum fortassis fuerit) in angulo quodam detentus calceos resarcit: huiusmodi in malos principes iaciuntur calculi ab Aeaco.

Carolus. Quid igitur proficeret intumescere ad modicum et regna amittere [cœlorum?

Genius. Et quo potentiores, eo maiora magisque ac magis exquisita tormenta patiuntur? sed et amœnissimum pratum non longe abest, paradisus.

Carolus. Quid hic solus nemine repugnante secum digladiatur adulescens?

§.18. Genius. Angelus est paradisi custos. ipsas pulsemus fores. Heus heus, aperite actutum fores!

Helias. Salvus sis, Geni. unde venis? et hic quisnam est?

Genius. Christianorum Imperator Carolus maximus, unicum terræ numen.

Helias. Maximiliani nepos?

Genius. Nepos ex filio Philippo.

Helias. Adsis felix, beatissime.

Genius. Ubinam Imperatorum cohors quam nudiustertius dimisi?

§.19. Helias. Inter arbores deliciantur non procul.

Genius. Iube ut in concionem veniant simul omnes.

Helias. Sponte adveniunt, ad ostii opinor pulsum. viden', Carole, cano capillicio admodumque promissa barba venerabilem senem?

Carolus. Video.

Helias. Maximilianus est.

Carolus. Alius autem quis qui dextro implexo brachio comitatur?

Helias. Carolus ille quem magnum vocant.

Genius. Accede propius.

Carolus. Salve, ter maxime Aemiliane!

§.20. Maximilianus. Et tu quoque maxime adsis prospere!

Carolus. Quam felices estis qui exuti e mortali hoc carcere divinitate fruimini.

Maximilianus. Felicissimi prorsus, sed non nisi multo sudore huiusmodi regibus parantur deliciæ.

Carolus. Quid huc nos accersisti?

§.21. Maximilianus. Dicam. sed prius saluta Divos: Hic Carolus est, hic Henricus, iste Ludovicus, iuxta Federicus meus parens, inde et reliqui reges: nec enim omnes percensere possum.

Carolus. Salvete, Heroes optimi, una omnes!

Divi. Et tu salve quoque, necnon et nostra imitare vestigia.

§.22. Maximilianus. Dic mihi, Carole, de morte mea quam habent homines opinionem?

---

[9] Carolo fere vicenario genius podagra recte vaticinatus. [35] Cf. adnot. p. 561. [41] Cf. pag. 24. v. 5.

Carolus. Quam, o here, nisi maxime piam? receptum te putant in Deo-
Maximilianus. Ludis tu quidem. [rum album.
Carolus. Quin et næniis et elogiis celebrant tuum fatalem diem.
Maximilianus. De regno vero quid actum? §. 23.
5 Carolus. Ambitum a Galliarum rege, tuo æmulo, verum frustra, vana spe lusus abiit, acclamatum mihi a plebe.
Maximilianus. Ita ipse disposueram exacto concilio Augustensi. Permagni nunc refert, quo probe hæc munia administres.
Carolus. Feliciter prorsus, ni obstiterint fata: multa de hac re cum Si-
10 bylla collatio spelæum mihi transeunte Sibyllinum.
Maximilianus. At magis præstiterit consilio tractasse negocium; et mihi §. 24.
quondam multa pollicebantur astrologi, atque ipse edoctus astrologiam comperi verum esse quod vaticinabantur, atqui consilium non adhibui et parum admodum profeci, neque obaudiebant Principes: tu ex meo periculo nunc sapito.
15 Carolus. Consilio et prudentia dispensandum esse ais: sed quorsum quæso? §. 25.
aulicorum ne, an principum?
Maximilianus. Non veto, mallem tamen prælatis aliquibus Theologis.
Carolus. Pape Theologos! qui unquam crudelius immaniusque imperarunt quam philosophi? quid Musis et sacris cum armis? sapiunt quidem, fa-
20 teor, re autem vera rudes sunt.
Maximilianus. Critias, Aristones Athenionesque putas velim? verum non hos Scotorellos, Occanistas, Albertistas et Thomistas cupio adhiberi, qui præter falsum ac fucatum titulum nihil unquam attigerunt doctrinæ sanæ; sed probatos, sed pios, qui veterem illam sacrorum edocti scientiam consilium præ-
25 stabant, quo demum ad primam illam et incontaminatam Sanctorum vitam et ecclesiæ senatusconsultum restaures.
Carolus. Fabricios putas, Erasmos, et Capniones, Lutherosque? §. 26.
Maximilianus. Eos ipsos.
Carolus. At iis monachi sunt omnino infesti, et hæreticos proclamant.
30 Maximilianus. Neque monachos adhiberi iubeo ad hoc consilium, utpote apud quos sit cerimoniarum multum, pietatis veræ nihil.
Carolus. Quid non hoc ipse molitus es adhuc in humanis?
Maximilianus. Conatus sum aliquoties, neque id semel et iterum, sed §. 27.
decies: quid non periculi, dii boni, sum expertus? quot insidias, quot vene-
35 licia, machinationes? neque cunctassem tamen, ni obstitisset Iulius pontifex.
Carolus. Expugnavit ne tandem superos ille? siquidem rumor est apud mortales, eum vi deturbatum a beato Petro parare exercitum quo vi irrumpat in cœlum: dimisit enim (ut audio) clavem in arca numaria, qua recludendæ fuerant fores cœlestes.

---

[3] neniis *1.* [21] Critias] Criceas, *edd.* Aperte Socratis discipulum Critiam philosophum historicum oratoremque qui unus ex triginta q. v. tyrannus factus est, auctor h. l. voluit. Aristo Chius, Zenonis discipulus, Siren cognominatus, ex Cicerone, Diogene Laertio, aliis notus, nisi forte Athenionis, peripatetici Atheniensis, de quo vid. Athen. deipn. V. p. 211., filium indicari credas. Unde horum triumvirorum coniunctionem Maximilianus nisi apud inferos didicerit equidem nescio. putas velim?] *i. e.* me velle putas? [22] Exponentur vol. VI. [26] ecclesiæ senatus consultum] i. e. ne quid detrimenti capiat ecclesia. [27] Fabricios] Capitonem vult, non Romanum consulem. Lutherãosq3 *1.* Lutheranosque *2. 3.* [37] Ad dialogum IVLIVS (§. 140.) adludit.

Maximilianus. Haha, deiecta est iamdudum bestia in fetulentissimum cœnum, ubi semieso ac corroso a bufonibus et hydris rursum reparantur artus.

§.28. Carolus. Dignum prorsus homine supplicium. Redeamus interim ad institutum. quid hoc necesse erat adeo te torquere? num iam ditata ecclesia ut unquam antea? parum tibi videtur, ut quinquaginta, imo centum beneficia unus possideat Cardinalis? parum hoc est, ut Episcopi, olim inopes, relicto codice pugnent in campo? mundus ipse sacerdotibus et monachis plenus est; principatus, potestates, opes, regna quoque ad sacerdotes devoluta sunt: tu ad pristinam illam inopiam et paupertatem Christi ecclesiam devolves?

§.29. Maximilianus. Hoc magis lugendum: tu ipse tecum expende, mi Carole, si id unquam docuerit Christus, quæ clerici et monachi opibus inhient, tractent sæcularia, sint aleatores, percussores, vinolenti, concubinarii, fornicatores; ut conventicula Monialium prostibula sint; ut indocti, ignavi, bestiales gregi Christi præficiantur? Sed dic, sodes, quo iure cautum, ut tot canones, tot leges in summam vertantur iniuriam: vide num tanta picturarum varietas et lascivia in delubris, tot sectarum ac factionum Christum profitentium multitudo expediat; denique et multa alia, quæ si dicam, dies me deficiet. Frustra putato expeditionem te parare in Turcam, ni hæc emendaveris prius. Dispeream,

§.30. si non magis etiam pietate expugnandus sit quam armis: Apostoli qui totum converterunt orbem, quam gentem unquam armis reduxerunt ad Christum? pietate autem, doctrina ac virtute reges et tyrannos ad se rapuerunt.

Carolus. Assentior quidem, quo vero pacto perficiam nescio.

Maximilianus. Consilio, ut dixi, bonorum virorum; dabit enim tibi et hæc ætas Hieronymos, Basilios, Chrysostomos, Cirillos, modo volueris ipse. numquam hoc facilius factu fuit quam nunc, quando linguarum et bonarum li-

§.31. terarum studia cœperunt reflorescere; accedit quod bona mortalium pars ad hoc aspirat, ut pure syncereque colant Christum: nihil autem opus est equos calcare, ubi seipsis ad cursum sunt proclives. Præterea si et in vestris decretis ratum est, ut biennio semper provinciales synodi celebrentur, generalia autem concilia quolibet decennio habeantur, quomodo iam non maxime necessarium, ubi ab annis .lx. nullum tale sit habitum, et totus ipse mundus abire cœperit post Sathanam?

§.32. Carolus. Adnitar quoad potero. Tempestivum est ut rursus abeam in vitam, ne Angliæ vel Galliarum rex nobis irruat in regnum.

Genius. Degusta prius cyathum unum nectaris.

Carolus. Qua mihi redeundum viam?

Genius. Semitam monstrabo brevem facilemque.

Carolus. Vale, Maximiliane beatissime.

§.33. Maximilianus. Sine ut te deosculer prius. Dii tibi tuam fortunent valetudinem, fili, quo hæc ita exequaris!

Genius. Cernis subobscurum tenueque ac veluti per rimam influens lumen?

Carolus. Video.

Genius. Illud Patritii antrum, deinde Hispaniæ subterranea: hac descendas, atque ilico fueris in patria.

§.34. Carolus. Gratiam habeo, Geni.

Genius. Et tibi omnia succedant ad vota, Carole terque quaterque beate.

---

[7] codice] bibliis. [29] Disperiam *edd.* Cf. canones 2.4.6.7.15. dist. XVIII.

PVGNA PIETATIS ET SVPERSTITIONIS

DIALOGVS SANE FESTIVVS

DE DEPRAVATA RELIGIONE CHRISTIANA.

INTERLOCVTORES

5 PIETAS. SVPERSTITIO.

Pietas. Sat ne tandem fraudium tuarum, quibus imposturam facis plæbeculæ? §. 1.

Superstitio. Necdum, ni prius misceam omnia atque confundam.

Pietas. At desines tandem!

10 Superstitio. Ubi paulo imposuero Germanis atque illis oculos præstrinxero, ne videant omnino quicquam.

Pietas. Verum desinent esse Pitalici et Leberides.

Superstitio. Cerno, atque ob hoc magis illudendum, ne, si aperiantur illis oculi, agnoscant fraudem.

15 Pietas. Rem inanem agis, quandoquidem iam me colunt, spretis tuis præstigiis. §. 2.

Superstitio. Forte sciolos illos vin', et Græculos, ut qui passim suboriuntur, poetas?

Pietas. Non eos tantum, sed et vulgus.

20 Superstitio. Id erit plæraque impossibile: veteri enim proverbio 'vulgus semper inane sectatur' et quantumvis instituas, tamen semper in deterius abit.

Pietas. Esto, modo non omnes desipiant.

Superstitio. Ergo desipere ais Superstitionem? §. 3.

25 Pietas. Atque ita aio.

Superstitio. Non admodum dedignor hoc probrum, quum et divus Paulus eos qui vere sapiant, primum velit esse stultos.

Pietas. Hæc maxima tua impostura, quum falso desipias, adeo dementas mortales.

30 Superstitio. Non ergo stultos vult esse Paulus qui sincere colunt Christum?

---

[12] Pitalici *omnes. scribendum* pyralici *s. rectius* pyralides. πυραλίς = πυραύστης, insectum quod lucernis advolans exuritur. Cf. Aristot. hist. an. 8,27. 9,1. Leberides] λεβηρίδες sunt inanes quas serpentes exuerunt pelles, sine veris oculis, unde Græcorum τυφλότερος λεβηρίδος, leberide cæcior. Zenob. II. 95. [20. sq.] Similiter Hom. Od. VII. 307. Δύσζηλοι γαρ τ εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων. [26] Paul.] ep. ad Cor. III. 18. et IV. 10.

Pietas. Stultos quidem, sed minime superstitiosos, et qui officiis suis fictam ostenderent sanctitatem, cæterum animo et Milesii et Sardanapali.

Superstitio. Atqui vides me prævaluisse meis nugis.

§. 4. Pietas. Et cessabis etiam.

Superstitio. Ut dixi, hoc non fiet. 5

Pietas. Ego te perdam.

Superstitio. At ego Hohenstratum imploro, Superstitionis parentem.

Pietas. Illam totius orbis pestem et studiosorum dæmonium?

Superstitio. Eum ipsum dentatum gryphum.

Pietas. At ego Cæsarem appello et Germaniæ proceres et Germanos omnes, 10 genuinos ut illi conterant linguamque præcidant.

Superstitio. Et præcisa lingua balbutiet.

Pietas. Tam severus est?

§. 5. Superstitio. Truculentissima bestia. quod si sola non suffecerit, Leum illum tibi oppedet ad maledicendum tantummodo natum, et alias bis mille hy- 15 dras quas fovet, quibus si unum rescideris caput, decem repullulent.

Pietas. Qui sunt illi?

Superstitio. Magistri nostri de Colonia, Theologistæ.

Pietas. Ut video, nulla alia caussa est, cur impii multi sint, quam factio Theologistarum, 20

§. 6. Superstitio. Prope divina fueras; sed refert quos velis Theologos, literales illos, an sophistas, Thomistas, Scotorellos, Albertistas, Marsilianos, Occanistas, Eccianos, Egidianos.

Pietas. Quid hoc audio? ergo divisus est Christus?

Superstitio. Divisus plane. 25

Pietas. Quæ ergo magis Theologi?

Superstitio. Quos ultimo recensui, hoc hominum genus quod passim calumniatur omnia.

§. 7. Pietas. Cæteri ergo parum Theologi?

Superstitio. Imo ne Theologi quidem, sed grammatici, literales, atque 30 ea tantum tractantes quæ ad pietatem spectent, cæterum aculeos quæstionum et quicquid est syllogismorum, hoc magnanimiter contemnunt.

Pietas. Hos ego prætulerim.

Superstitio. Credo equidem.

Pietas. Cæteri vero quid docent? 35

§. 8. Superstitio. Enthymemata nectunt et inductiones, non quales veteres illi sophistæ rhetores, sed nescio quas alias somniant, quas concludunt in Reubarbaro, et Braca, plærasque in Dario, opinor illo Persarum rege, iis somniis quæ in scripturis aperta sunt, iis labyrinthis involvunt omnia, et scrupos movent animis vetularum (ut de illis prophetavit Apostolus) captivas ducentes mu- 40 lierculas, oneratas peccatis, ut corradant pecunias.

Pietas. Amant pecunias?

§. 9. Superstitio. Amant quam maxime, atque mulieres et scorta; deinde primas cathedras et magnifica nomina pharisæorum, ut vocentur ab hominibus Rabinu, quod est magister noster; student etiam ventri et variis deliciis, quo fit, ut sint adiposi et crassi, sed crassiores ingenio.

---

[2] molles et effeminati. [21] Paul. ep. I. ad Cor. I. 13. [37-38] Reubarbaro ꝛc.] i. e. Barbara et Baroco et Darii. Cf. art. Syllogismi. Rebarbaro 2. [40] Apost.] Paul. ep. II. ad Timoth. III. 6. [41] Cf. Ioann. XX. 16.

Pietas. Video, video, cur hos malis, quam qui syncere philosophantur, nempe ut nugis tuis patrocinentur, quo liberius imponas plæbi.

Superstitio. Hoc notasti?

Pietas. Ni me coniectura fallat? sed age num et alii sunt in quibus fidis, §. 10.
5 si quidem contigerit illos tandem resipere? est autem in promptu: bona enim illorum pars videns se delusam iis tricis meliores literas sectatur.

Superstitio. Nihil obest: monachorum turbam ferreis cathenis vinctam traho, mihi iuratissimam.

Pietas. Quid si et illi sapiant semel?

10 Superstitio. Citius cœlum ruet: ita enim se constitutiunculis suis devoverunt, ut nunquam se liceat extricari.

Pietas. Qui vero ex iis cordatiores sunt, sapient ne aliquando? §. 11.

Superstitio. Id maxime præcautum meo beneficio, ut siquem viderint aspirantem ad libertatem Christianam, ilico damnent, exculcent, obscurent.

15 Pietas. Rem nephandam ais: oportebit potius excutere hoc iugum.

Superstitio. De hoc vafre admodum dissimulant, ne vel malum sibi consciscant rumorem aut offendiculum ponant infirmis; in privato tamen sua fruuntur libertate.

Pietas. Hoc maximæ pietatis et prudentiæ, ut quum quis liber sit, no- §. 12.
20 lit tamen hanc libertatem ruinam esse pusillis.

Superstitio. Sed et crebra illa illectamenta, salutationes, deliciæ, libertates, cupediæ multis sunt non modica occasio, ne facile acquiescant sanis doctrinis.

Pietas. Impii sunt igitur, fures, latrones, porci, Phalarides: perpetuo
25 suis torqueantur ceremoniis; neque ego unquam illis adero.

Superstitio. Id curabunt, proh Christe, scilicet.

Pietas. Mirum cur ita fascinaveris mortalium genus. §. 13.

Superstitio. Mirum potius cur stultorum infinitus est numerus. neque hoc novum est quod ago, neque apud unos tantum Germanos mea exerceo
30 lenocinia, sed ab ipso mundi primordio maximos reges et principes, nationes, provincias meo subdidi imperio, antequam unquam tuus ille Christus nasceretur: enimvero si tibi recenseam quid illi fecerint in sacris, in festis diebus, in adeundis salutandisque diis suis, omnia propemodum mea sunt.

Pietas. Lubens hoc audierim, modo egregiam illam imposturam agnoscam. §. 14.

35 Superstitio. Neque mihi grave erit recensere illorum stultitiam, siquidem aut ad furcas me damnassent, aut certe Vulcanum, si perpendissent negocii mei tum absurditatem tum amentiam.

Pietas. Crediderim, velut hostem deorum, atque infelicem, et genium malum male mulctassent.

40 Superstitio. An non rem grandem tibi videor esse molita, quod usque §. 15.
adeo miseris deluserim, quod Dianam in montibus oberrare somniabant, venandi studio et canum amore deditam? deinde adeo sibi imponi passi sunt, ut deos carnibus vesci crederent atque illis hecatombas facerent, et tanquam mercatores sint Dii, quædam thure, quædam etiam auro et numis ab ipsis redemerint;
45 nonne maxima superstitio credere Saturnum Cœlum patrem suum execuisse, ut ipse in eo regnaret, deinde liberos suos devorasse, sicut ferunt fecisse et Argivum illum Thyestem? præterea quod Iupiter furtim occultatus a Rhea saxum §. 16.

---

30 lęnocinia *1.* 45 Cælum *3.* 47 Thiestem *1.*

pueri loco subiicientem in Cretam sit ablegatus atque inibi a capella nutrice alitus? nunc in aurum, nunc in taurum, nunc vero in cygnum aut aquilam fuisse versum ac in summa plures sibi formas assumpsisse quam vel Protheum ipsum? interim de Vulcano, de Neptuno, Minerva, insania Bacchi, audacia Promethei, de adulteriis Veneris, delationibus Mercurii vereor ne molestiam tibi ingerant hæc fabulamenta: hæc enim divinitas illa quam de Diis suis fingunt Poetæ, puta Iovem arietino vultu, Mercurium illum optimum facie canina,
§. 17. Panem vero totum hircum; ad hæc alium Ibim, alium crocodillum, alium etiam simiam: nam hæc diligenter literis mandata sunt, idque ante annos plus quatuor milibus et in adytis templorum servata, verum non nisi meo beneficio.

Pietas. Fabularum tragœdias mihi offundis: nihil mirum quod hoc feceris hominibus quibus pietatis lumen non fulserit; at Christianis quomodo hæc feceris præstigia non video, quando te Christus et ille Paulus tantopere deprecantur.

§. 18. Superstitio. Vides tamen me neque minimam esse in Christianorum rebus vel obeundis vel administrandis.

Pietas. Sed qua fraude quæso, quibus insidiis?

Superstitio. Unico tantum quæstu hoc ago, et ambitione; verum non apud omnes, sed avaros, sed ambitiosos, superbos, cupidos, gulosos, hypocritas, luxuriosos.

Pietas. Et tale totum ferme genus est humanum: omnis enim (inquit Propheta) hypocrita est et nequam.

Superstitio. Id noveram: igitur sic pronis ad flagitium stimulos addo.

Pietas. Quomodo?

§. 19. Superstitio. Ambitiosus est aliquis: tum clam irrito quo se humilem fingat, simulet sanctitatem, orationes prolixas necnon et cæremonias mordicus et faciat et defendat, etiam donec quod velit adsequatur; quando autem iam ad ipsum culmen pervenerit, eadem suadeo, et ardentius, ne deiiciatur, ut diu decipiat, diu fruatur honore.

§. 20. Pietas. Pauperes vero et humiles quomodo ad te trahis?

Superstitio. Eadem spe, ut divites fore spondeam. at vero quis ditari non cupit? et

auri sacra fames
Quid non mortalia pectora cogis?

Iubeo si sacerdos et quæstor est, fœni plusculum quo Christi asellus est pastus, in cornu recondat atque auro obriso obductum adorare faciat paganos et rurales, vel si quid est mortuorum ossium (neque enim apud eos discrimen est) onagri, an strutocameli, modo facete mentiantur et fabulam narrent.
§. 21. Hinc tot quæstores, tot fraternitates, tot prædones, tot mendicantes, qui populum compilant, expoliant, deprædantur; ob eam caussam, quæstum dico, bona pars reliquiarum ad aras et publica spectacula rapitur; hæc atque alia infanda patrant meo instinctu, quo ditentur et scorta sua liberius alant, non quo sanctorum dei laudes prædicent. plærique eius artificii adeo studiosi sunt, ut lucrum magis accedat, Divorum quosdam tricipites faciant.

Pietas. Ha ha, tricipites?

Superstitio. Et quadrupedes et bicorpores et tricorpores.

---

[8] crocodrillum *1.* [22] propheta] Isai. IX. 17. §. 19.] Multorum ut nunc sunt hominum veram picturam exhibes, Superstitio. [33] Vergil. Aen. III. 57. 56. [36] obriso] obryzo *s.* obrusso. [38] struthiocameli. farete *1.*

Pietas. Hem! §.22.

Superstitio. Sex magos fingunt qui dominum adoraverunt, quum Evangelium tantum tres commemoret: nam tres Coloniæ esse ferunt; Itali similes ostendunt; et duos Iacobos, unum in Gallicia, atque alium in Tholossa; duo Annæ capita, duo Barbaræ, tria Catharinæ, et harum nugarum nullus est finis.

Pietas. Avari vero et cupidi qui fit ut sint superstitiosi? §.23.

Superstitio. Ignoras? Romanenses specta, insignia quædam avaritiæ portenta, quam fraudem illi non meditantur? quid non simulant, de bello in Turcam, de reparatione ædis divi Petri? non quidem ut agant aliquid, sed ut delicientur, et strennuiores sint Milesii; ut perpetuo dementent Germanos: neque enim ullam gentem sic divexant ut illam; ut omnem illis substantiolam §.24. exugant, ut aurum rapiant Germaniæ, meis utique (ut dixi) præstigiis: id est cera, bullis, indulgentiis, plumbo.

Pietas. Quare non improbe fecerint Germani si tota semel cohorte simoniaca explosa atque funditus deleta, ut olim Sodoma et Gomorra, aspirent ad pristinam libertatem.

Superstitio. Si saperent. §.25.

Pietas. Et iam sapiunt, quanquam sero fortasse nimis.

Superstitio. Sed excommunicabunt, aggravabunt, reaggravabunt, excludent ab ecclesia, et Sathanæ tradent: eo enim illis omnia licent.

Pietas. Non hoc admodum gravabit, qui perinde hoc nunc faciunt ut bombos et ventris crepitus.

Superstitio. Ecclesiam ergo dei contemnent? §.26.

Pietas. Quam ecclesiam?

Superstitio. Eam utique quæ est in Curia et in palatio pontificis.

Pietas. Ecclesiam dei, Christi sponsam immaculatam, sine macula, sine ruga, illibatam, impollutam contemnent nequaquam; verum huic concilio malignantium et Tarpeio saxo nescio quid mali intentabunt.

Superstitio. Neque tu Romam colis, ut audio. §.27.

Pietas. Nullibi minus quam Romæ sum, paulo post divi Petri et Pauli tempora illic peregrinata interim Romam vidi nunquam.

Superstitio. At ego nulli vel locorum vel gentium dego lubentius, maxime vero in ædibus Cardinalium.

Pietas. Et non offenderis illorum piaculis?

Superstitio. Omnia dissimulo, ut meos faciam.

Pietas. Vidisti aliquando Vadiscum illum Romanum consulem? §.28.

Superstitio. Vidi; insuper et gravissimo odio insector.

Pietas. Quamobrem?

Superstitio. Quod ociosus nihil agit aliud quam quod aliorum mores observat.

Pietas. Id erat tam absurdum viro prudenti?

Superstitio. Immo absurdissimum: nec mihi temperabo quin hunc e medio tollam.

Pietas. Verum evasit.

Superstitio. Apage; apage; evasit? ubi? §.29.

Pietas. Nuper Germaniam peragravit, Pasquillum quærens; quem quum non reperisset, in Galiciam est prosequutus, nec longe aberit quin ambo re-

---

20 Nullubi 2. 46 Cf. Pasquillum Cirum.

dibunt: iam enim semestre agitur, et alius (ut audio) apud Carolum regem Romanorum in aula versatur.

Superstitio. Ille nebulo, qui plæbem persuasit, ne quid contribueret in divi Petri basilicam, quod dolo res agitur, et pro basilica palatium Pontificis construatur sumptuosius, magnificentiusque? nam illuc lapides iam per- 5 politos noctu vehi criminabatur.

Pietas. Mentiebatur igitur?

§. 30. Superstitio. Nequaquam, sed ut res erat narravit apertissime: verum hoc cuiusvis impostoris non erat carpere.

Pietas. Si ergo illis licet delinquere, quid non hoc incessere debuit 10 Pasquillus?

Superstitio. Tiberim ingurgitabit, aut quamprimum suspendetur in cruce, ubi redierit Romam.

Pietas. Eo magis pandetur veritas, quæ eius naturæ est, ut neque se

§. 31. obscurari patiatur, et si supprimatur, erumpat tamen aliquando. Quot bonos 15 et optimos viros hoc barathrum absorpsit? quid enim illi non audent? quas fraudes non meditantur? quæ commenta, quas astutias, calliditates, deceptiones, illusiones, fallacias, duplicitates, imposturas, figmenta, technas, calumnias, vaframenta, versipellitates, dolos, simulationes, trufas, sycophantias, captiones, vincla, pedicas, laqueos, foveas, grassationes, contentiones, guerras, factiones, 20 brigas, inquietationes, violentias, turbationes, minas, tribulationes, vexationes, machinationes, molestias, insidias, lites, simultates, invidentias, rancores, tricas, circumductiones, gryphos, ambages, circumventiones, expilationes, corrosiones, concussiones, rapacitates harpyias, voracitates caninas, lupinas appetentias, scyllas, charybdes, damna, iacturas, rapinas, dispendia, abusiones, 25 corruptelas, deformitates, audacias, temeritates, flagra, turpitudines, incontinen-

§. 32. tias, malivolentias, perfidias, perversitates? Quid igitur si et Pasquillum male tractabunt, et Huttenum denique, et me, et illius Iulii authorem, si nossent?

Superstitio. Hæccine religio tua, o Pietas? hæc pax tua, patientia, longanimitas? quæ doces non esse irascendum, in tales contumelias prorumpis. 30

Pietas. Unde irasci tibi videor, ex vultu ne, an voce, an ex colore, an etiam ex verbis tuis correptum esse ira intelligis? ubi vides in me oculos truces, os turbidum, trementia labra? neque immaniter clamo, neque in spumam ruboremve effervesco, neque pudenda dico aut pœnitenda: omnia enim vera

§. 33. sunt: tempero tamen mihi, quod sciam me nihil apud te efficere, vel apud 35 illos etiam, quorum illud intererat emendare.

Superstitio. Qui scis?

Pietas. Quia iamdudum frontem induistis meretricis, neque potestis ultra erubescere: completa est enim malicia vestra: omnia quæ olim de carnali Hierusalem et Iudæa a prophetis vaticinata, nunc in ecclesia Christi completa sunt: 40

§. 34. videas iam in ecclesia imperitissimos quosque florere, administrare sacerdotia et exoptatas prælaturas, abbatias, præposituras; spurios et manseres adhiberi, de quibus non in veteri lege solum præceptum fuerat, ne introirent in eccle-

---

[4] Pasq. Cir. §§. 10. sqq. [21] brigas] *Ital.* briga = molestia, iurgium. [28] Iulii auth.] Faustum Andrelinum. §. 31.] Puto Crotum audire. [39] Isai. XL. 2. [42] planturas *3.* (*scilicet* platuras *1.*) spur. et manseres] De irregularitate ex defectu natalium cf. Deuteron. XXIII. 2. Gratian. decreti part. I. dist. 56. Cap. 1. et passim X. de filiis presbyterorum ordinandis vel non I. 17.

siam dei usque in quartam generationem, sed et in canonibus quos ipsi sanxerunt, ne ad sacerdotia vel officia subrogentur; sed quia nutrierunt frontis audaciam et volubilitatem linguæ consecuti sunt, passim se ingerunt, econtrario eruditos viros latere, obscurari, persecutiones pati et non solum in populo
5 vel ad publicas dignitates gratiam non habere, sed etiam inopia et egestate tabescere. licet non ignorem ideo hæc fieri, quia incerto statu feruntur omnia, et non est illis in præsenti retributio meritorum, sed in futuro. Vidit hæc §. 35.
et Ecclesiastes ille olim, quando dedit cor suum in omne opus quod factum est sub sole: vidit enim, quod dominaretur homo homini, ut affligeret eum;
10 et vidi, inquit, impios sepultos, et venerunt, et de loco sancto egressi sunt, et laudati sunt in civitate, quia sic fecerunt; vidi mortuos sic sepultos, ut sancti æstimarentur in terra, qui quum viverent, putabantur digni esse ecclesiæ principes et templi dei, et insuper ambulantes tumidi laudabantur in maliciis suis, sicut et alius propheta dicit, 'Laudatur iniquus in desyderiis animæ
15 suæ, et iniquus benedicitur'. Hoc autem propterea evenit, quia nemo peccantibus prælatis audet resistere, nec statim deus scelus ulciscitur, sed differt pœnam, dum expectat pœnitentiam. nec quisquam eos accusare audet, quia §. 36.
sancti et beati in præceptis domini ambulantes augent peccata peccatis; difficilis est accusatio in episcopum; si peccaverit, non cæditur, et si convictus
20 fuerit, non punitur. Omnia autem hæc permittit deus propter peccata populi; propter hoc dominari facit eos qui oderunt eos, effœminatos, molles, gulosos, ventrosos, animales, bestiales, indoctos, impie zelosos, tyrannos, suspiciosos, porcos; ut veniat super eos ira domini usque in finem, omnis sanguis iustorum a sanguine primorum martyrum usque ad ultimum iustum: potentes enim po-
25 tenter patientur: sed non recogitant, non vident, quia obcæcavit eos malicia §. 37.
et superbia eorum: cæci enim sunt et duces cæcorum; 'Benedictus dominus', inquiunt, 'quia divites facti sumus; occidamus et mactemus, et non solum tondamus gregem, sed etiam trucidemus, velut lupi, velut ursi'. Sufficit eis quod omnes redditus et bona ipsi possident, quod equos nutriunt speciosissimos, et
30 utinam, ut hactenus, nunc ne nihil pessime agant, et scelestissime profundant patrimonium Christi! Phaleras conficiunt ex auro et argento, et ferra quibus §. 38.
equorum pedes muniunt, ex argento, quum interim pauperes Christi egeant pane et mendicus Lasarus vix saturari possit de micis quæ cadunt de mensis ipsorum plus quam Crœsiis, plus quam Sybariticis, asotiis voluptuosissimis.
35 De scortis non dico, quum hoc sit tamen magis humanum: quanquam ea ha- §. 39.
beant non ut vulgus, sed venustissima. et fortasse et hoc tolerandum, nisi non tot etiam clam stuprarent iuvenculas, non tot committerent adulteria et incestus et sacrilegia. Quicquid optimum est in foro, in macello, hoc ipsi devorant, hoc ipsi abligurint, animalia ventris et ad nihil utiles nisi ad helluan-
40 dum. Neque enim prædicant, nec docent, nec scribunt, nec sacrificant, neque §. 40.
bono aliquo exemplo præcedunt, ut immerito hæc aliquis in illis calumnietur; et quum ipsi nihil horum faciant, neque alios mittunt in messem domini qui operentur; et si casu vel fortuna vel maximis precibus asciverint aliquem qui vere doctus sit, nisi palpet, nisi ad plausum loquatur, nisi dissimulet, conni-
45 veat, et nisi prorsus etiam consentiat, statim deiicitur, execrantur velut in-

---

[8] Ecclesiast. VIII. 9. sqq. [10] inq̃; *1.* inquam *2.* iniquos *3.* *(falso) Ceterum non omnia ipsa Ecclesiastæ verba sunt quæ sequuntur.* [14] proph.] Psalm. X. 3. (sec. Hebr.) [16] prolatis *3.* (plātis *1.*) [17] expectant *edd.* [21] potentes] Sapientiæ VI. 7. [26] Cæci] Matth. XV. 14. [29] reditus *3.* [31] Cresijs *1. 2.* [44-45] conniuet *edd.*

lens satisfacere iuramento meo feci vocari Magistralitates vestras ad habendum concilium super huiusmodi doctrinis hæreticis, scandalosis, blasphemis et pia-
§.2. rum aurium offensivis, quid vobis dominis videatur. Licet enim anno præcedenti secundum processum nostrum condemnavimus propositiones cuiusdam fratris de ordine sancti Augustini, ita quod nihil omnino valerent, tamen quia ille 5 idem frater non cessat perversis suis doctrinis seducere populum, et vocat nos hæreticos et phariseos et rudes, nescientes scripturas, necessarium duxi, ut easdem propositiones cum multis dialogis aliorum iterum per cribrum separem, ut paleas comburamus igne inextinguibili. tamen, sicut moris est, antequam procedam ad actum, volo prius audire sentimenta Magistrorum nostrorum; et 10 vocetis dominum pedellum, ut omnia diligenter scribat.

---

§.3. Hochstratus. Magister noster Duplex, sicut dixi, quid vobis videtur de illis novis poetis et de illis novitatibus quæ iam per artem impressoriam, imo diabolicam, imprimuntur: si dimittimus eos sic, omnis populus vadet post eos 15 et convertentur ad illum novum modum, et despicient sacram Theologiam doctoris Sancti et aliorum Magistrorum nostrorum prædecessorum; et venient illi docticuli, et tollent regnum nostrum, et non poterimus amplius villicare, decipere antiquas vetulas, corrumpere Principes per nostras malas suasiones, quando nobis confitentur; et per consequens quando prædicamus ad populum 20 contra illos nebulones, et eis detraxerimus, rustici non credent: et per consequens non dabunt nobis caseos et ova et schinckones, quando vadimus villatum: Melius est ergo prævenire quam prævenirí.

§.4. Duplicius. Eximie et superdoctissime Magister noster, ego nescio quid dicam; ego bene vellem vobis hoc longe ante dixisse; sed, ut dicit Poeta, 25 tarde venere subulci; nunc ad longum venit negocium, et multiplicati sunt super numerum: ego non scio meliorem modum, nisi quod permittamus eos sic stultisare: et ille est optimus modus: nam si resistimus, tunc ipsi nihil curant nostras phrascarias, et commovemus plæbem. sed tamen si adhuc centum modis sic scriberent, ego tamen non volo discere græcum et hebraicum; 30 ego vix scio legere Psalterium, et deberem discere illas phantasias! est perditio temporis. sed tamen propter pacem videtur mihi bonum, sicut dixi, ut dimittamus eos, alias scribent contra nos et facient nos infames in sæcula sæculorum.

§.5. Hochstratus. Vos bene sentitis in parte, Magister noster, sed videtur 35 mihi, sicut vocamini Duplicius, quod sitis duplex animo, quia declinatis ad partem adversam, et ideo estis mihi valde suspectus: Vos vultis, quod debeamus eos dimittere: nunquid dixi prius, si dimittimus eos sic, totum mundum per-

---

cult. Theol Colon." Capituli provincialis preces Leoni X. a. 1520. oblatæ, ut litem Reuchlinicam indicto utrique parti silentio sopiret, publicavit *Friedlænder Beitr. zur Ref.-Gesch. Berlin* 1837. 8⁰. *p.* 113. sqq. easdem exhibebimus in exemplo Epp. O. V. *De tempore quo* „Hochstratus nec prior erat nec inquisitor, nec ullis bullis aut diplomatis instructus" *loquitur etiam Erasmus in Spong.* §. 303. *Fuit cum Huttenus Bruxellæ esset rediensque in Hochstratum incideret. cf. vol.* I. *p.* 441. [12] HVTTENVS. *omis.* 2. [13] Decanus ordinem adloquitur. [14] Paul. ep. I. ad Cor. XI. 19. [15] Iacobus] I. *1.2.* 1557. Ioann. 1643.

[4] Lutheri. [12] Dialogi initium. [15] vad. post eos] sequetur eos, obsecundabit eis. cf. e. gr. Eccles. XIIII. 23. [22] &&] *1.* schink.] pernas sive petasones. [29] frascariæ *in Epp. O. V.*

vertent? et tunc doctor Sanctus, et Capreolus, Durandus, Herveus et cæteri columnæ ecclesiæ iacebunt infra scamnum in pulveribus. ergo consequenter, magister Eduarde Lee, vos estis cordatior, et habetis unum antiquum odium contra Erasmum et Martinum Lutherum et illorum sequaces, estis etiam unus
5 bonus Scotista, et habetis zelum vestri doctoris Subtilis, quid ergo vobis videtur?

Eduardus. Cum supportatione, Magister noster, licet mihi loquere unum §.6.
verbum?

Hochstratus. Vel centum si placet.

10 Eduardus. Nunquam mihi placuit ille novus modus, et illi novi doctores, Hieronymus, Augustinus, Athanasius et illi poetæ, licet non sciam quid in illis sit scriptum, neque intelligam; sed tamen ut viderer etiam hominibus vixisse et facerem mihi nomen iuxta nomen magnorum, tres annos perdidi, quibus aliquando pro solatio, quando non volui legere in Scoto, post prandium frequenter legi
15 Græcum et illos Græcos doctores cursorie, sicut Baccalaurei nostri legunt Sen tentias; et per Deum sanctum, quid deberem dicere, invenio quod nihil est nisi §.7.
una falsificatio, quia ille Erasmus falsificavit hoc novum Testamentum, quia omnino non habetur in nostra translatione, quæ tamen vere est Hieronymi, sicut ipse pervertit. nihilominus tamen ego monui hominem charitative, ut se
20 corrigeret, vel suis annotationibus etiam nostras adderet, si vellet omnino esse sui capitis: tunc fuit adeo superbus quod abstersit culum cum schedulis.

Hochstratus. Ego bene audivi, quod vos duo non bene statis cum in- §.8.
vicem: latet anguis in herba: est mihi mirum quod vos contempsit, et dicitur tamen quod sit humanissimus et pueris loquatur et scribat. Sed dicatis ulterius.

25 Eduardus. Licet sic faciat, tamen ego odio eum ex corde, quia non est bonus Scotista, et scripsi contra eum unum librum: credo quod aliquando vidistis: et scribam contra eum adhuc multa plura, quia scio iam proficere in Græco, et volo adhuc plus studere in Græco, ut eum confundam apud Episcopos et Papam et Cardinales; denique et apud Derthusensem, omnium studioso-
30 rum hostem, insidias ponam.

Hochstratus. Faciatis audacter, nihil curetis, viso quod ita nihil de vo- §.9.
bis curat.

Eduardus. Immo faciam; neque faciam mihi conscientiam super hoc, quia possumus celebrare quotidie, et rancorem portare in corde, quando est odium
35 causæ, non personæ, sicut dicit doctor Sanctus. ii. ii. artt. xiii. memb. iii. q. i. in solutione primi argumenti, in fine. iiii. lineæ: meum autem non est odium

---

[1] Doctor sanctus] Thomas Aquinas. cf. vol. I. p. 177. sq. Capreolus] Ioannes, puto, ordinis S. Dominici, Gallus, † 1444. Scripsit in quattuor libros Sententiarum pro Thoma adversus Scotum, Petrum Aureolum, Nominales aliosque Thomæ adversarios. Cf. Fabricii Bibl. Lat. med. et inf. æt. I. p. 917. Durandus] Guil., item ord. Prædicatorum, non solum inter iure consultos clarus (cf. vol. I. p. 177.), sed etiam Rationalis divinorum officiorum et librorum ad canones spectantium auctor celebratissimus. Herveus] Natalis, Aremoricus, ord. præd. magister generalis, subtilissimus in logica et philosophia, scripsit comm. in quattuor libros Sententiarum, in Aristotelis libros nonnullos, de esse et essentia, de latitudine entium ꝛc. † a. 1323. cf. Fabric. l. c. III. p. 726. sq. [4] Sequaces] cf. Ind. bibl. n. XXXII. [5] Subtilis] Scoti. cf. vol. I. p. 177. [13] Cf. vol. I. p. 346. sqq. [29] Derthusensem] *Hadrianum PP. VI. paullo post factum.* [34] Cf. vol. II. p. 105. v. 13. sqq.

personæ, quia non odio Erasmum, qui est creatura dei, sed odio literas bonas, sicut ipsi eas vocant, quas ille plantat; et seducit cum suis translationibus omnes iam iuvenes studentes.

§. 10. Hochstratus. Utique et licitum: sic enim ego odi Ioannem Reuchlin, qui tamen dictus fuit probissimus vir apud omnes, et Martinum Lutherum, Petrum Ravennatem, et Huttenum, et plures alios, quia invidia stimulavit me, neque potui videre ut bene docerent et scriberent.

§. 11. Eduardus. Summa summarum, hoc est votum meum, ut faciamus unam novam constitutionem cum privilegio Papæ et Universitatis Coloniensis et Lovaniensis, ne aliquis Studentium in matricula almæ nostræ Universitatis quoquo modo studeat, vel præsumere audeat legere, publice vel private, opera illorum novorum poetarum, sub pœna sex marcarum auri et expulsionis ab Universitate. præterea, ne librarii vel pressores edant, premant, vendant, permutent vel quoquo modo inferri curent in nostra collegia, sub pœna amissionis municipii, si sint incolæ, si vero extranei, amissionis omnium librorum et carceris, donec se redimant sex prædictis marcis auri: quæ marcæ cedere debent in fiscum facultatis Theologicæ, ut ubi et quando opus fuerit facere convocationem contra hæreticos, Magistri nostri de facultate habeant unam bonam zecham de illa pecunia,

§. 12. Hochstratus. Est bona opinio, et sic oportet etiam fieri. Sequens magister noster Ecce, ego bene video quod illæ species moventur in capite vestro: dicatis nobis quid vos speculastis contra illos poetas.

Eccius. Quid deberem dicere? vos facitis sicut pharisei, qui venerunt cum Herodianis ad tentandum Christum de censu Cæsaris, et miserunt unum qui loqueretur pro omnibus, et hoc cum illa versutia, ut si vinceret, omnes viderentur vicisse, et si non vinceret, quod ideirco etiam ipsi essent immunes a

§. 13. scandalo: vos incitastis me contra Lutherum, misistis mihi multas missivas, quod quia ego sum bene tritus in parvis logicalibus, et in copulatis Tinctoris magistrorum de Bursa Koeck, et in reliquis doctrinis sacris doctorum ecclesiæ, videlicet Scotorelli et Alexandri de Ales et Landulphi etc., sed iam quia ego nihil profeci et me permerdastis, tunc abtrahitis manum et permittitis me stare in merdro: quid ergo deberem vobis consulere?

---

[23] Matth. XXII. 15. sqq. [28] Tinctoris] Ioannis, theol. in acad. Colon. D. et prof. et can. eccl. Tornacensis, qui medio fere sæc. XV. inter alios libros quæstiones in IIII libb. sententiarum et dissensiones d. Thomæ et Scoti scripsit. Cf. Foppens. et Iöcher. Sed extant etiam Nicolai alicuius Tinctoris Guntzenhusensis, in univ. Paris. regentis ac scotisantis, apud illos non memorati, Dicta super summulas Petri Hispani, opusculum secundum subtilissimi doctoris Ioannis Scoti viam compilatum. Hain. n. 15528. [29] Koeck *1. 2.* (*pro* Kuijk) Kneck 1643 *et 3.* (*ut solent Epp. O. V.*) [30] Scotorelli] Petrus de Aquila s. Aquilanus, ord. Minor. et episc. s. Angeli in regno Neap. vixit sæc. XIV. 'Doctor sufficiens' adpellatus, auctor *Scotelli*, compendii doctrinæ Scoti, repetiti Paris. 1585. 8°. Scripsit etiam super Magistrum sententiarum (Hain. n. 1324. sq.) et Aristotelem de anima. Cf. Fabric. bibl. med. et inf. æt. V. p. 713. Alex. de Ales] Doctoris irrefragabilis. Cf. vol. I. p. 178. Landulphi] non Carthusiani, puto, sed Landulfi Caraccioli, Scoti auditoris, ord. min., postea archiep. Amalfitani, qui circa med. sæc. XIV. in libb. Sententiarum, Quodlibeta scholastica, alia scripsit. Cf. Fabric. l. c. IV. p. 704. sq. [31] abtrahitis *omnes.* permittitis] = sinitis, relinquitis. [32] merdo *3.*

Hochstratus. Non sic, magister noster, non sic! non volumus vos permerdare, sed iam sumus congregati pro iuvando vos, ut confundantur et revereantur omnes qui quærunt nobis mala.

Eccius. Nihil, vos nihil proficitis: ego puto me esse tam bonum sicut §. 14.
5 vos in doctrina doctoris Sancti, sed nihil potui proficere, quia ille homo negat omnia et non curat syllogismos; et quando bene concludo unam consequentiam in Frisesmorum vel in Berbelin vel in Braca, tunc ipse negat conclusionem et totum argumentum, et dicit quod sunt fantasiæ et tendiculæ hominum, quæ in Theologia non habent locum; et vult quod pro syllogismis debeamus
10 allegare Evangelium vel Paulum aut textum sacræ scripturæ. Sed ubi accipere? §. 15.
nihil habemus in pharetra. ego quidem multum laboravi pro et contra ad defendendum Papam, ut daret mihi unam pinguem præbendam vel Episcopatum, et scripsi huc et huc ad diversos Magistros nostros, detrahendo et obloquendo Luthero, et tandem sum confusus; insuper omnes illi qui iam scribunt, volunt se
15 vindicare de me, et habent me pro homine ridiculo, qui incepit ædificare et non potuit consummare: tamen nihilominus fui tam impudens et tam meretriceæ frontis, quod nihil curavi hæc omnia, et sumpsi mihi cornua, et acquisivi duos codices synodales per intercessionem Fucharorum, et perrexi in civitatem sanctam, quæ nunc est spelunca latronum, id est Romam, et osculavi pedes Papæ,
20 si forte possem opprimere inimicum meum. Quod quum vidisset Papa, valde §. 16.
me commendavit, quod habeo tam magnum zelum, sed nullum adhuc beneficium dedit, sicut sperabam; sed fecit concilium Cardinalium ut illum excommunicaret. illi autem noluerunt consentire præter duos, quorum unus symoniace fuit promotus ad Cardinalatum de familia Medices, alius magnus adulator
25 Pontificis. deinde quum hoc non successisset, posui apud diversos illi insidias, et posui multa licinia et fomenta, quæ suo tempore conflabuntur in magnum incendium. Ad propositum: quia sumus omnes propter hoc congregati, §. 17.
sicut hactenus estis de me experti, sicut gigas volo stare et servare, et volo adhuc pervincere unum triumphum de illo hæretico, et quando tunc combure-
30 tur, tunc ego volo primus esse qui incendat ligna, volo esse suus lictor. vos similiter facite et defendite doctrinam vestram. et si videtur vobis bonum, volumus corrumpere Carolum regem catholicum pecunia et precibus illius D. quem habet in curia sua: est enim etiam bonus theologista. Alias ego nihil scio:
Papa iacet, et Doctores sæculares etiam sunt aversi a nobis; vos Prædicatores §. 18.
35 et Carmelitæ tantum adhuc servatis fortiter, et Carthusienses, tribus vel quattuor exceptis, qui etiam tenent illum novum modum; quod facit hoc, quia fuerunt etiam discipuli aliquando in sæculo illorum. Carolum habebimus; qui si contempserit nos, sicut est timendum, actum est.

---

[7] Frisesm. ꝛc.] cf. art. Syllogismi. Berbelin] *Barbari.* Braca] *Baroco.* [11] labor.] libro de primatu papæ. [17] κέρατα ἔχει. Apostol. XIV. 85. [18] perrexi] initio a. 1520. cf. Lutheri epp. d. 21. Mart. et 21. Iun. a. 1520. datas et Adelmanni epp. d. 11. Ian. et 11. Iun. a. 1520. scriptas, ap. Heumann. doc. lit. p. 183. 199. sq. [21] abhuc *1.* [22] concilium Card.] In memorabili illa epistola e Roma de Lutheri causa scripta quam Riedererus (*Nachrichten* ꝛc. *Altd.* 1764. 8°. p. 179. sqq.) publicavit, principales Lutheri inimici memorantur cardinalis Caietanus et Silvester Prierias, Colonienses et Lovanienses et alii theologi Germanici, 'super omnia vero mercator ille Fuckerus.' cf. Hochstratum ovantem. [32] D.] Doctorem *3.* doctoris, *puto* Glapionis. [34] Eckius sæcularis doctor fuit.

personæ, quia non odio Erasmum, qui est creatura dei, sed odio literas bonas, sicut ipsi eas vocant, quas ille plantat; et seducit cum suis translationibus omnes iam iuvenes studentes.

§. 10. Hochstratus. Utique et licitum: sic enim ego odi Ioannem Reuchlin, qui tamen dictus fuit probissimus vir apud omnes, et Martinum Lutherum, Petrum Ravennatem, et Huttenum, et plures alios, quia invidia stimulavit me, neque potui videre ut bene docerent et scriberent.

§. 11. Eduardus. Summa summarum, hoc est votum meum, ut faciamus unam novam constitutionem cum privilegio Papæ et Universitatis Coloniensis et Lovaniensis, ne aliquis Studentium in matricula almæ nostræ Universitatis quoquo modo studeat, vel præsumere audeat legere, publice vel private, opera illorum novorum poetarum, sub pœna sex marcarum auri et expulsionis ab Universitate. præterea, ne librarii vel pressores edant, premant, vendant, permutent vel quoquo modo inferri curent in nostra collegia, sub pœna amissionis municipii, si sint incolæ, si vero extranei, amissionis omnium librorum et carceris, donec se redimant sex prædictis marcis auri: quæ marcæ cedere debent in fiscum facultatis Theologicæ, ut ubi et quando opus fuerit facere convocationem contra hæreticos, Magistri nostri de facultate habeant unam bonam zecham de illa pecunia.

§. 12. Hochstratus. Est bona opinio, et sic oportet etiam fieri. Sequens magister noster Ecce, ego bene video quod illæ species moventur in capite vestro: dicatis nobis quid vos speculastis contra illos poetas.

Eccius. Quid deberem dicere? vos facitis sicut pharisei, qui venerunt cum Herodianis ad tentandum Christum de censu Cæsaris, et miserunt unum qui loqueretur pro omnibus, et hoc cum illa versutia, ut si vinceret, omnes viderentur vicisse, et si non vinceret, quod ideirco etiam ipsi essent immunes a

§. 13. scandalo: vos incitastis me contra Lutherum, misistis mihi multas missivas, quod quia ego sum bene tritus in parvis logicalibus, et in copulatis Tinctoris magistrorum de Bursa Koeck, et in reliquis doctrinis sacris doctorum ecclesiæ, videlicet Scotorelli et Alexandri de Ales et Landulphi etc., sed iam quia ego nihil profeci et me permerdastis, tunc abtrahitis manum et permittitis me stare in merdro: quid ergo deberem vobis consulere?

---

[23] Matth. XXII. 15. sqq. [28] Tinctoris] Ioannis, theol. in acad. Colon. D. et prof. et can. eccl. Tornacensis, qui medio fere sæc. XV. inter alios libros quæstiones in IIII libb. sententiarum et dissensiones d. Thomæ et Scoti scripsit. Cf. Foppens. et Iöcher. Sed extant etiam Nicolai alicuius Tinctoris Guntzenhusensis, in univ. Paris. regentis ac scotisantis, apud illos non memorati, Dicta super summulas Petri Hispani, opusculum secundum subtilissimi doctoris Ioannis Scoti viam compilatum. Hain. n. 15528. [29] Koeck *1. 2.* (*pro* Kuijk) Kneck 1643 *et 3.* (*ut solent Epp. O. V.*) [30] Scotorelli] Petrus de Aquila s. Aquilanus, ord. Minor. et episc. s. Angeli in regno Neap. vixit sæc. XIV. 'Doctor sufficiens' adpellatus, auctor *Scotelli*, compendii doctrinæ Scoti, repetiti Paris. 1585. 8⁰. Scripsit etiam super Magistrum sententiarum (Hain. n. 1324. sq.) et Aristotelem de anima. Cf. Fabric. bibl. med. et inf. æt. V. p. 713. Alex. de Ales] Doctoris irrefragabilis. Cf. vol. I. p. 178. Landulphi] non Carthusiani, puto, sed Landulfi Caraccioli, Scoti auditoris, ord. min., postea archiep. Amalfitani, qui circa med. sæc. XIV. in libb. Sententiarum, Quodlibeta scholastica, alia scripsit. Cf. Fabric. l. c. IV. p. 704. sq. [31] abtrahitis *omnes.* permittitis] = sinitis, relinquitis. [32] merdo *3.*

Hochstratus. Non sic, magister noster, non sic! non volumus vos permerdare, sed iam sumus congregati pro iuvando vos, ut confundantur et revereantur omnes qui quærunt nobis mala.

Eccius. Nihil, vos nihil proficitis: ego puto me esse tam bonum sicut §. 14.
5 vos in doctrina doctoris Sancti, sed nihil potui proficere, quia ille homo negat omnia et non curat syllogismos; et quando bene concludo unam consequentiam in Frisesmorum vel in Berbelin vel in Braca, tunc ipse negat conclusionem et totum argumentum, et dicit quod sunt fantasiæ et tendiculæ hominum, quæ in Theologia non habent locum; et vult quod pro syllogismis debeamus
10 allegare Evangelium vel Paulum aut textum sacræ scripturæ. Sed ubi accipere? §. 15.
nihil habemus in pharetra. ego quidem multum laboravi pro et contra ad defendendum Papam, ut daret mihi unam pinguem præbendam vel Episcopatum, et scripsi huc et huc ad diversos Magistros nostros, detrahendo et obloquendo Luthero, et tandem sum confusus; insuper omnes illi qui iam scribunt, volunt se
15 vindicare de me, et habent me pro homine ridiculo, qui incepit ædificare et non potuit consummare: tamen nihilominus fui tam impudens et tam meretriceæ frontis, quod nihil curavi hæc omnia, et sumpsi mihi cornua, et acquisivi duos codices synodales per intercessionem Fucharorum, et perrexi in civitatem sanctam, quæ nunc est spelunca latronum, id est Romam, et osculavi pedes Papæ,
20 si forte possem opprimere inimicum meum. Quod quum vidisset Papa, valde §. 16.
me commendavit, quod habeo tam magnum zelum, sed nullum adhuc beneficium dedit, sicut sperabam; sed fecit concilium Cardinalium ut illum excommunicaret. illi autem noluerunt consentire præter duos, quorum unus symoniace fuit promotus ad Cardinalatum de familia Medices, alius magnus adulator
25 Pontificis. deinde quum hoc non successisset, posui apud diversos illi insidias, et posui multa licinia et fomenta, quæ suo tempore conflabuntur in magnum incendium. Ad propositum: quia sumus omnes propter hoc congregati, §. 17.
sicut hactenus estis de me experti, sicut gigas volo stare et servare, et volo adhuc pervincere unum triumphum de illo hæretico, et quando tunc combure-
30 tur, tunc ego volo primus esse qui incendat ligna, volo esse suus lictor. vos similiter facite et defendite doctrinam vestram. et si videtur vobis bonum, volumus corrumpere Carolum regem catholicum pecunia et precibus illius D. quem habet in curia sua: est enim etiam bonus theologista. Alias ego nihil scio: Papa iacet, et Doctores sæculares etiam sunt aversi a nobis; vos Prædicatores §. 18.
35 et Carmelitæ tantum adhuc servatis fortiter, et Carthusienses, tribus vel quattuor exceptis, qui etiam tenent illum novum modum; quod facit hoc, quia fuerunt etiam discipuli aliquando in sæculo illorum. Carolum habebimus; qui si contempserit nos, sicut est timendum, actum est.

---

[7] Frisesm. ꝛc.] cf. art. Syllogismi. Berbelin] B*arbari*. Braca] B*aroco*. [11] labor.] libro de primatu papæ. [17] *κέρατα ἔχει*. Apostol. XIV. 85. [18] perrexi] initio a. 1520. cf. Lutheri epp. d. 21. Mart. et 21. Iun. a. 1520. datas et Adelmanni epp. d. 11. Ian. et 11. Iun. a. 1520. scriptas, ap. Heumann. doc. lit. p. 183. 199. sq. [21] abhuc *1*. [22] concilium Card.] In memorabili illa epistola e Roma de Lutheri causa scripta quam Riedererus (*Nachrichten* ꝛc. *Altd.* 1764. 8⁰. p. 179. sqq.) publicavit, principales Lutheri inimici memorantur cardinalis Caietanus et Silvester Prierias, Colonienses et Lovanienses et alii theologi Germanici, 'super omnia vero mercator ille Fuckerus.' cf. Hochstratum ovantem. [32] D.] Doctorem *3*. doctoris, *puto* Glapionis. [34] Eckius sæcularis doctor fuit.

§. 19. Hochstratus. Sed iam dudum et illi appellaverunt ad Carolum, sicut bene legistis nuper in quadam epistola comitis Nuenari.

Eccius. Oportet ibi nos invenire unum medium, ut præveniamus illos. quæratis etiam ab aliis qui forte circa huiusmodi trufas sunt magis experti.

§. 20. Hochstratus. Magister noster Arnolde, vos habetis unam singularem gratiam in illis sycophantiis excogitandis: bene scitis qualia aliquando dedistis consilia contra Reuchlin: quid est nobis faciendum in hoc casu?

Arnoldus. Vos nescitis quicquam, vos iacetis semper in illis speculabilibus, et in mirabilibus super vos; sed non discitis etiam practicam huius sæculi: si quis iam vos omnes combureret, vos non sciretis dare unum bonum consilium ad liberandum vos. Ratio, quia nihil estis experti: neque estis mundani, nisi forte quoad avaritiam et invidiam, quia iuxta proverbium, 'Omnis theologista superbus, avarus, lividus', adde 'et luxuriosus,' secundum etimologisationem nominis SAL, quando dicit 'Vos estis sal terræ.'

§. 21. Hochstratus. Per deum sanctum, magister noster, vos verum dicitis: sunt aliqui ex nobis qui bene sciunt disputare et fabricare subtilia argumenta, sed de mane quando veniunt a scholis ad domum et volunt comedere, tunc coquina est adhuc frigida et ancilla adhuc dormit, vel forte latet in monasterio apud aliquem monachum, et permittit se, hem!

§. 22. Arnoldus. Sed hoc non est de pane lucrando: scitis bene quid fecimus quando voluimus probare, quod beata Virgo fuit concepta in originali, et similiter de aliis multis trufis? ita et ibi nisi probaverimus per miracula quod Theologia nostra sit melior quam illorum poetarum, tunc perditum est et

§. 23. charta est falsa. Audite ergo consilium meum. ego sum unus bonus nigromanticus et possum me formare ex angelo tenebrarum in angelum lucis, et omnes quos volo: si placet ergo, tunc ego volo esse doctor Sanctus, sitis vos Scotus, et sit magister Balduinus Anthoninus, et debet quilibet tenere unum librum aureum in manu sua; ego vero super hoc volo ponere unam columbam supra caput meum quæ est spiritussanctus; et volumus de nocte venire ad le-

---

[2] epist. comit. Nuenari] EPISTOLA GERMANIAE STVDIO|forum ad CAROLVM Cæ|farem, Autore Hermanno | Comite de Noua aqui|la. | ORATIO GERMANIAE NOBI|lium ad CAROLVM Augustum, de | rebus quibusdam corrigendis, Autho|re Iacobo Sobio LL. doctore. | 12 *folia in* 8⁰. *in fine Sobianæ orationis:* An=|no. M.D.XIX. pri|die Calen=|das Iulij. | ,', | *et pag. r. ult. folii:* SELESTADII APVD LAZA-| RVM SCHVRERIVM | MENSE DE=|CEMBRI. | | *Cf. supra præf. ad dialogum* PHILALETHIS. *Versus finem epistulæ Nuenarii hæc leguntur:* „Unica, crede mihi, pestis est in Germania IACOBVS HOSTRATVS, quam si restinxeris, ἔσται πάντα καλῶς, homo præter ingentem suam audaciam insigniter impudens atque temerarius ... Omnes interroga (si libet) per Germaniam doctos viros. Omnes læsit, omnibus æque infestus est. Quid multa? studiosorum publicus ex professo est hostis, καὶ τῆς μὲν φιλανθρωπίας. Quare te iterum atque iterum rogant, hunc ut tua auctoritate compescas, et ut vel tacere omnino, vel melius loqui præcipias, censorem sui, non aliorum agat, domui suæ consulat, et iuxta Apostolicam doctrinam non sit verbosus, non detractor, sit sobrius ..." [5] Arn.] de Tungris. [14] Evang. sec. Matth. V. 13. [19] Cf. Epp. O. V. I. 45. [25] Cf. Paul. ep. II. ad Cor. XI. 14. [27] Anthoninus] Nescio nunc utrum s. Antonium an Antoninum s. Antonium Augustinum, ordinis Prædicatorum, celeberrimum archiepiscopum Florentinum, anno 1523. sanctis adscriptum, velit. Antoninum *3.* [28] culumbam *1. 2.*

ctum fratris Petri, lectoris etiam Prædicatoris: tunc ego primus accedam et insufflabo sibi in unam aurem 'Ego sum Thomas, quia omnia quæ unquam 'scripsi, omnia ex spiritusancto scripsi, et nunquam erravi in scriptis meis, et 'quicunque secuti fuerint meam doctrinam, nunquam aberrabunt ab ecclesia Ro-
5 'mana.' deinde vos facite similiter. quo facto repente volumus volare per fe- §. 21.
nestram cum magna coruscatione et illuminatione cubiculi. De mane ergo quando surrexerit, tunc statim prædicabit illam visionem ad populum. Habeo etiam ego unum spiritum familiarem, illum ego volo mittere ad Lutherum et Erasmum de nocte in lectum, ut eos tribulet et vexet.

10 Hochstratus. Esset profecto bona res, sed timendum est, ne proda- §. 25.
mur, sicut in actu Bernensi sumus confusi: ego non volo esse in hoc ludo: si vos vultis, potestis tentare, ita tamen quod non trahatis me in hoc factum: peccatum vestrum in caput vestrum: non est bonum iocare cum sanctis: nos sumus aliquotiens sapientes facti in ordine nostro cum illis falsis miraculis. Si §. 26.
15 autem aliquid aliud scitis, sive per phas, sive per nephas, dicatis audacter: ego volo vos absolvere: si aliquis mihi confiteretur, quod occidisset Reuchlin, et nemo sciret, ego vellem eum absolvere omnibus modis: sic et ibi.

Arnoldus. Ego nihil scio aliud. illi sæculares et studentes sunt iam §. 27.
astuti et bene sciunt notare, non permittunt se facile decipere: ego committo
20 vobis et cæteris magistris nostris.

Hochstratus. Sequens, magister noster Petre, vos estis pater valde zelosus, et non comeditis carnes, et ubique laboratis, ne habeatis doctos in ordine vestro, quid ergo vobis videtur, si forte esset consilium contra illos nebulones?

25 Petrus. Mi magister noster, ego nescio: ille mundus est iam totus per- §. 28.
versus et plenus hæreticis. tempore meo, quando fui vester discipulus, non fuit adhuc sic; ego ubique laboro, sed nihil proficio: placet ergo mihi quod dixit magister noster Duplicius, ut dimittamus eos sic: est forte una influentia cœlestis, quia semper post .xl. annos venit unum novum sæculum. vos vi- §. 29.
30 debitis, quod sicut illi trahunt ad lucem Hieronymum et Chrysostomum et cæteros illos poetas, sic post .xl. annos doctrina sancti Thomæ erit etiam nova, et in maiore admiratione quam nunc, quia homines semper appetunt novitatem. non est bene possibile, quod omnes libri interim comburantur ex bibliothecis: estote ergo boni animi et permittatis eos facere; quando satiati erunt
35 usque ad nauseam, tunc cessabunt.

Hochstratus. Sequens magister noster Scropha, placet vobis etiam sic? §. 30.

Scropha. Nequaquam: si volumus permittere ad lucem venire Evangelium, tunc omnes antiquæ hæreses, videlicet Arrianorum, Manicheorum, Helvidianorum et cæteræ venient iterum: non scitis, quod quando regnaverunt illi anti-
40 qui doctores, quod fuerunt multæ hæreses in ecclesia dei, quæ de gratia dei omnes sunt extinctæ et deletæ per sacratissimam doctrinam doctoris sancti et subtilis Scoti; et si illi non venissent, ego nescio quomodo staret iam: ergo si hoc admittitis, pro certo non estis boni christiani, neque habetis zelum domus dei.

45 Hochstratus. Ego libenter vellem facere quantum in me est, sed bene §. 31.
auditis diversitatem magistrorum nostrorum. Sequens magister noster Lupolde.

---

[41] actu Bernensi] de quo scelere a. 1509. commisso supra sæpius dictum est. Cf. vol. I. p. 139. 166. 237. et art. *Wigand Wirt*. [42] Cf. Ioann. II. 17.

Lupoldus. 'Noli transgredi terminos quos posuerunt patres tui,' dicit Sapiens. nos sic invenimus et recepimus a magistris qui fuerunt ante nos; et
§.32. quare ergo volumus derelinquere eorum doctrinam cœlestem? Si vultis vos reiicere Theologiam scholasticam, et logicam, et metaphysicam, quis tunc disputabit contra hæreticos? quis convertet Iudæos et Gentiles ad fidem? quomodo debemus prædicare ad populum, et resolvere casus conscientiæ? similiter quis defendet Papam et traditiones hominum, si volumus illorum fantasias recipere? Ad furcas cum illis ribalderiis! ego volo potius ire ad ignem, quam studere in illis novis.

Hochstratus. Diabolus, hoc ego non vellem facere: ego volo pugnare
§.33. pro doctore Sancto usque ad ignem, sed exclusive, non inclusive, ha ha ha! Ut sciatis tamen, ipsi non omnino negant logicam et philosophiam, sed dicunt, quod nos non sciamus illam veram artem, et hactenus nihil docuimus nisi frascarias et tricas et cavillationes, quæ non reperiuntur in Aristotele; et venerabilem illum Petrum de Spanheym et Tartaretum et Copulata et somnia Ecciana,
§.34. illa omnia perspuunt: surrexit iam unus qui vocatur Philippus Melanchthon, de quo ipsi multum tenent; ille fecit unam novam logicam et unam novam Rhetoricam, et dicit quod rhetorica sit dimidia logica, et una sit ab alia, et mutuent sibi mutuo principia: quod ego non intelligo.

§.35. Lupoldus. *Lieber*, non credatis: quis vellet docere illos asinos? volunt ipsi corrigere Copulata et Bricot et Tartaretum? per deum, hoc esset una pulchra res. ipsi volunt esse Græci, et si venirent ad terram sanctam et deberent petere panem propter deum in Græco vel in Iudaico, tunc ipsi non scirent, et volunt corrigere nostram translationem, tanquam doctor Sanctus, qui fuit vere sanctus sine dubio, non intellexerit Aristotelem.

§.36. Hochstratus. Certe magister noster, ego vellem quod verum diceretis, sed heu iam illi docent eos qui sunt nati Hebræi, et nati ex Græcia homines doctissimi: illi certe quando volunt, possunt eis bene ostendere proprietatem linguarum. vos estis iam iratus et commotus. Sequens magister noster Stentor, *ir seyt auch vnlauter*, sicut bene ostenditis in vestris prædicationibus, et fortiter clamatis ad populum, quod non debeant credere verbis Lutheri, nec legere illius libros: utinam hoc omnes facerent qui volunt esse magistri, sed tamen non sunt zelosi, nec quiquam curant de traditionibus antiquorum et seniorum. nunc igitur, bone magister noster, quid erit faciendum, ut opprimamus illum hæreticum?

§.37. Stentor. Venerabilis et eximie magister noster, verum est, ego prædicavi aliquotiens contra illos novos scribentes quod sint hæretici, sed video quod nihil proficio: ipsi permittunt nos clamare et ululare, et nihilominus seminant suam zizaniam; non curant de maledictis, et sicut scriptum est de filiis Israel in Aegypto, quod quanto magis opprimebantur a Pharaone in luto et latere, tanto magis multiplicabantur illi. Et nunc *so lassen sye vns singen*, *vnd blei-*

---

[1] Cf. Proverb. XXII. 28. [15] Petrum de Spanheym equidem novi nullum, ullumque qui huc pertineat exstitisse nego. Petrum Spanum s. de Spano i. e. Hispanum vult Hochstratus, de quo, ut de Tartareto et de Copulatis et Bricot ad Epp. O. V. dicemus. [16] Melanchthonis de Rhetorica libri tres primum prodierunt Vuittenburgii a. 1519. 4°.; libri dedicatio scripta est m. Ianuario a. 1519. Compendiaria dialectices ratio prodiit Vuittenbergæ a. 1520. 4°.; dedicatio scripta est m. Martio a. 1520. [30] *unlauter* et *unlutherisch*. [39] script.] Exod. I. 9. sqq.

ben sye vff irer weyß, et nihil facimus, nisi quod confundimus nos ipsos. De illo hæretico tamen pauca loquendo, cum supportatione, si recte volumus §. 38.
consyderare, habebimus ibi unum alterum Ioannem Huss, et bene possemus nobis formare nomen immortale, si combusserimus etiam illum sicut Huss. sed
5 oportet nos bene esse circumspectos et oculatiores quam in concilio Constantiensi prædecessores nostri fuerunt hereticæ pravitatis magistri, etiam ordinis nostri Prædicatorum, qui vi, fraude et dolo, dissolutione pactorum, iuramentorum fractione et totius forma iuris neglecta et præterita, ex mera invidia combusserunt illum. quæ insidiæ iam innotuerunt pluribus, et illi in libris §. 39.
10 suis scribunt, ita quod non possumus amplius celare; ita quod verificatum est illud quod ille dixit in extremis, quando fuit traditus brachio sæculari ad comburendum, 'Post centum annos cognoscetis qualis fuerit doctrina mea, et sua semet prodet veritas.' Centum anni iam ferme elapsi sunt; revixit ille, et omnes libri eius sunt impressi; et nisi simus cæciores quam talpæ, tunc opor-
15 tet nos confiteri in secreto, quod illi facta est iniuria, et illi patres nostri fuerunt hæretici qui eum combusserunt. ergo aliter iam est faciendum; tamen non bene audeo dicere.

Hochstratus. Dicatis audacter: nihil nocet: nos sumus hic sub rosa, et §. 40.
quilibet potest dicere quod vult. sed nolite tam alte clamare sicut rustici; co-
20 hibete paulisper vocem, ne forte aliquis lateat in fornace et audiat.

Stentor. Vos fecistis unum librum de inquirenda doctrina hæreticorum, in quo proceditis secundum modum antiquum, videlicet Realium et Thomistarum, et dicitis, quod non debeat audiri hæreticus ut se purget vel excuset, sed tantum inquiri utrum credat in ecclesiam Romanam vel non; si sic, bene;
25 si non, comburatur, et etiam si fuerit sanctus Paulus vel angelus de cœlo; immo si reviviscerent omnes doctores antiqui et hoc non crederent, deberent comburi inmediate. Hoc mihi nunquam placuit, et est mihi mirum: cum §. 41.
idem pontifex Romanus absolverit vos ab officio vestro hæreticæ pravitatis, et etiam estis confusus in causa Reuchlin, ita quod iam omnes vos odiunt,
30 etiam pueri in scholis qui vos non cognoscunt, et quando audiunt Hochstratum, putant quod nominatur diabolus, quod adhuc vultis defendere curiam Romanam. Haberet quidem bonam formam, si essetis capax beneficiorum, sicut magister noster Eccius: ille lucratus est aliquid cum suis clamoribus et sua §. 42.
bestialitate, quia Romanus pontifex, quando nuper rediit ex urbe, donavit sibi
35 quingentos florenos et unum pinguissimum beneficium: *das laut, das heyßt oren gebißen, vnd den kutzen gestrichen*, licet sit infamis apud doctos et

---

[14] τυφλοτερος ἀσπάλακος. Diogenian. VIII. 25. [21] unum librum] *En cognoscimus Croti faciem sese prodentem: nam Croti sine omni dubio est hic libellus* TRACTATVLVS QVIDAM SOLENNIS | de Arte & Modo inquirendi quoſcunq3 Hæreti=|cos, ſecundum conſuetudinem Romanæ | Curiæ, omibus Fidelib9, præſertim hæ=|reticæ prauitatis Inquiſitoribus | ſcitu vtiliſſim9, cōpoſit9 a ō=|dam Legali Magiſtro | Noſtro Fratre Or=|dinis Prædica|torū di=|cto. | Caue Lector, ne libi os nimio | riſu fathiſcat. | *folia* 8 *in* 4⁰. *in fine (p. pænult.) est* Datum Coloniæ ex burſa Kneck. | FIMIS. | *Cf. excerpta ap. Schelhorn. Amœnitt.* IX. 771. *sq. Huius libelli* 'Undecima regula, multum artificialis ac Magistralis' *præceptum continet quod repetit Stentor.* [23] cedat *edd.* [28] Cf. p. 575. [31] dutant *1.* [33] Cf. p. 547. adnot. p. 591. i. f. [36] Ohren beißen *puto hic esse* mit seinen verleumdungen, anschuldigungen ein- und durchdringen; *et* den kutzen (= grob hærenes gewand) streichen =zudringlich schmeicheln.

reputent eum pro asino; sed hoc ipse non curat: vos autem estis unus pauper frater et mendicus. dabo igitur vobis unum aliud consilium: nunquam legistis 'Munera corrumpunt et obcæcant etiam oculos sapientum?'

§. 3. Hochstratus. Ego sum ita occupatus in sancto Thoma, quod nunquam in vita mea perlegi Bibliam. 5

Stentor. Hoc non est recte: faciatis ergo adhuc, quia per nullum alium modum possumus eum vincere nisi per textum: nam cætera omnia ille reiicit. et unum aliud: debetis scribere Sanctissimo, quod det sibi unum Cardinalatum vel Episcopatum et videbitis, quod cito tacebit et revocabit omnia.

§. 11. Hochstratus. Ego timeo quod non recipiet, quia res est nimis divulgata, et esset sibi magnum scandalum; credo tamen quod summus pontifex daret sibi non solum Cardinalatum, sed etiam duos vel tres Episcopatus, tantum ut non loqueretur contra Indulgentias, et contra suam avaritiam. 10

Stentor. Si hoc non iuvat, tunc certe factum est: ego non possum ultra consulere. 15

§. 15. Hochstratus. Ego deberem ultra interrogare: cæteri magistri nostri non sunt præsentes, tamen maior pars est præsens, et ideo volo concludere secundum eos qui iam sunt præsentes. Et sicut bene audivi, nullus habet complacentiam, neque in Luthero, neque in aliis novis poetis et scribentibus, licet unus dicat sic, alius aliter; et quia ad præsens non possumus omnes illorum libros examinare, cribrare, reprobare, et ideo pro nunc nihil volumus facere, nisi quod volumus prohibere per literas et instrumentum publicum almæ nostræ Universitatis, ne quis illos fabulatores legat. Interea unusquisque vestrum sit armatus, et faciat quantum in se est in domo sua, pro examinandis illis li- 20

§. 16. bris poetarum, et scribat in volumine. post tres menses volumus iterum venire et omnia imprimere in uno volumine sentimentum uniuscuiusque in speciali, cum quotis et annotationibus sancti Thomæ in margine. Si quis vero huic Concilio nostro legitime et in spiritu sancto congregato derogaverit vel obtrectaverit velut minus idoneo, indignationem omnipotentis dei incurrat et sacrosanctæ Romanæ sedis, quæ est in Babylone, ubi synagoga Satanæ! Domine Pedelle, legatis hanc copiam. 25 30

CONSTITVTIO.

§. 17. Pedellus. In nomine domini, Amen. Autoritate sanctissimi domini nostri papæ Leonis. x. et aliorum sanctorum pontificum, qui fundaverunt et instituerunt et privilegiis munierunt almam nostram Universitatem Coloniensem et Lovaniensem, statuimus et ordinamus nos magistri nostri de Colonia et de Lovanio, ne in alma nostra Universitate, quæ est mater Universitatum Germaniæ, legant publice vel private in scholis Theologorum aliquid de illis novis doctrinis, quæ iam suadente diabolo emerserunt et seducunt plurimos. insuper, ne de illis loquantur, vel scribant in epistolis vel alibi; et ne librarii aliquid importent vel vendant scholaribus nostris; et religiosis, ne ipsi aliquid illorum reponant in suis librariis, sub taxa .iiii. marcarum auri totiens quotiens de- 35 40

---

[3] Munera ꝛc.] Cf. I. Reg. VIII. 3. Ita Gregor. Naz. dist. 71. p. 155. T. II. Bill.

Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτείτω λόγος·
πείθειν γὰρ οἶδε καὶ πέφυκε μὴ λέγειν.

Cf. Apostolii Parœm. XVIII. 38. [12] non *omis. 3.* [23] Ridicule stilum bullarum papalium imitatur auctor. [42] li|librariis *1.*

prehensi fuerint. contrafacientes tanquam contumaces et rebelles excludi volumus hic et ubique et in omnibus locis honestis ab Universitatibus, et sub pœna inhabilitatis ad quemcunque gradum in Theologia, si fuerit magister, si autem in minoribus, ne promoveatur ad gradum magisterii. Doctrinam vero Lutheri §. 18.
5 et eius libros damnamus, annihilamus et ad ignem iudicamus, una cum ipso autore, non obstante quod nos non intelligimus neque confutare possumus, propter autoritatem Evangelii et Apostoli, quibus roborata est. sed quia ipse non sequitur sentimentum nostrum, et erigit unam novam Universitatem, et trahit ad se omnes scholares, neque ostendit nobis debitum honorem gradus
10 magisterii, ideo contrafacientes excommunicamus lata iam sententia, a qua non valeat absolvi nisi per nos Magistros nostros ad hoc deputatos, scilicet Eccio, Leo et Arnoldo. Datum. etc.

Hochstratus. Sufficit. Ita volumus publicare. Et sic est finis illius actus. Deo gratias. Amen.

15 Mutatio dextræ excelsi.

[Figura quasi principis electoris, capite radiante, dextera ingentem sagittam, læva librum apertum tenentis, ad pedes sunt piscis et Chiron sive sagittarius.]

Nisi conversi fuerit[15], gladium vibravit, et arcum suum tetendit, et paravit in illo vasa mortis.

---

[15] Psalm. LXXVI. 11. [16] Psalm. VII. 13. 14. vibrabit: arcum suum tetendit et paravit illum, et in eo paravit vasa mortis .." *Psalm. l. c.*

APOPHTHEGMATA VADISCI ET PASQVILLI

DE CORRVPTO STATV ECCLESIÆ

§.1. Dixit Vadiscus. Theologi Romanenses duplicem Ecclesiam distinguunt, unam generalem, aliam specialem, id est Romanam, quæ constat ex furibus et latronibus, ex simoniaco Pontifice, ex impostoribus et sacrilegis, ex fraudatoribus et notariis, ex adulatoribus Episcopis Romani pontificis, scribis et id genus deceptoribus.

§.2. Dixit Pasquillus. Hodie impletum est in prælatis, sacerdotibus et monachis quod scripsit Malachias propheta ca. ii. 'Labia sacerdotis custodiunt scien'tiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est; vos 10 'autem recessistis de via et scandalisastis plurimos in lege, irritum fecestis pa'ctum Levi, dicit dominus exercituum.' Quid ergo si despiciantur iam sacerdotes? promeruerunt hoc peccata ipsorum; et si deiiciantur, contemnantur, deprædentur, immo etiam relegentur ad aratra, hoc in rem ipsorum est, ut animæ illorum salvæ sint in iudicio, quia non iudicat deus bis in idipsum; et domino 15 quoque dicente 'Si quis scandalisaverit unum de pusillis istis qui in me cre'dunt, melius est ut suspendatur mola asinaria in collo eius et præcipitetur in 'mare, quam scandaliset unum de pusillis istis.'

§.3. Dixit Vadiscus. Vere iam in Romano pontifice et cæteris Ecclesiæ prælatis completum est quod dixit Esaias propheta 'Argentum tuum versum est in 20 'scoriam, caupones tui miscent vino aquam; principes tui obedientes socii fu'rum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, Pupillo non iudicant, et 'causa viduæ non ingreditur ad illos; et ideo non iniuria sustinent contumelias.' ut idem paulo post inquit 'Heu consolabor super hostibus meis, et vindicabor 'de inimicis meis, et ad purum excoquam scoriam meam, et auferam omne 25 'stannum tuum, et purgabo filios Levi.'

§.4. Dixit Pasquillus. Completum est in Roma quod scriptum est olim de Babylone: plus enim quam Babylon hæc, neque unquam tam scelerata fuit vel in delitiis ut hodie Roma. et ideo continget illi quod scriptum est Esaiæ xiiii. 'Et erit Babylon (id est Roma) illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chal- 30 'dæorum, sicut subvertit dominus Sodomam et Gomorram. non habitabitur us'que in finem, et non fundabitur usque in generationem et generationem, nec 'ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed erunt ibi bestiæ, et

---

[9] Malach. II. 7. 8. custodient *Malach.* [16] Evang. sec. Matth. XVIII. 6. Marc. IX. 41. Luc. XVII. 2. [20] Cf. Isai. I. 22. sqq. [21] obed. soc.] infideles, socii f. *Isai.* [24] Isai. I. 24. sq. [25] scoriam tuam *Isai.* [29] Immo Isai. XIII. 19...22. Cf. Ierem. L. 39. sq. [30] in *ante* sup. *omis. Vulg.* [32] in] ad *Vulg.* [33] erunt] requiescent *Vulg.*

'replebuntur domus eorum draconibus, et habitabunt ibi struthiones, et pilosi 'saltabunt ibi, et ululæ respondebunt ibi, et Syrenæ in delubris voluptatis.' Mystice: subvertet Deus mensas nummulariorum in Ecclesia Romanensium, et §.5.
funiculo suo explodet ementes et vendentes ibi columbas, id est sacramenta,
5 dona spiritus sancti, sacerdotia, episcopatus; et speluncam illam latronum vastabit in perpetuum, 'nec ponent ibi amplius tentoria sua Arabes", id est non convenient ibi amplius ex omni natione homines, "neque pastores", id est pontifices, cardinales, prælati et quibus animarum cura incumbit, "requiescent "ibi"; sed, ut dixit alius propheta, 'Unusquisque pascet eos qui sub manu sua
10 'sunt'; "et habitabunt ibi dracones, syrenæ, struthiones, ululæ": in signum, ut quemadmodum illi iam illorum animantum naturis abusi, syrenarum videlicet voluptatibus, struthionum percoquendo aurum et æs Germanorum, ululæ insidiando animabus Christi, draconibus, id est pessima sua tyrannide, insolentia, fœtore luxuriæ et cæterorum vitiorum: ita pro illorum sycophantiis talia præ-
15 stituantur animantia per quorum desyderia et mores illi ambulando deliquerunt.

Dixit Vadiscus. Completum est in Ecclesia dei quod prædixit per pro- §.6.
phetam suum Esaiam ca. iii. 'Et dabo pueros principes eorum, et effœminati 'dominabuntur eis; et corruet populus vir ad virum, unusquisque ad proximum 'suum; tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem'. Revera
20 enim iam nulli adsumuntur ad publica munia gerenda, ad præbendas, ad dignitates, ad officia, nisi effœminati, gulosi, scortatores; et ideo non iniuste populus murmurat, et merito nostro contingit scisma illud quod iam futurum est.

Dixit Pasquillus. Verificatum est quod dicit Esaias, 'Cessavit exactor, §.7
'requievit tributum; contrivit dominus baculum impiorum, virgam dominantium,
25 'cædentem populos in furore; conquievit, siluit omnis terra, gavisa est et exul-'tavit; Infernus subter te conturbatus est; suscitavit tibi gigantes; omnes prin-'cipes terræ surrexerunt de soliis suis, et dicent tibi "Et tu vulneratus es "sicut et nos, nostri similis factus es"; detracta est ad inferos superbia tua; 'subter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes. quomodo di-
30 'xisti, "Similis ero altissimo?" sanctissimus, reverendissimus, summus ego sum?' Quomodo dicis "Christus ego sum in terra, immo deus terræ?" 'verumtamen ad §.8.
'infernum detraheris in profundum laci', quia non sanctissimus es, sed peccatorum primus: quomodo enim audes, o superbe, te appellare sanctissimum, quando divus Paulus de peccatoribus loquens dicit 'Quorum primus ego sum'.
35 et rursum 'Ego autem sum minimus Apostolorum?' ubi hoc legisti de sancto Petro, cuius vicem te gerere dicis? ubi ita se iactat amborum magister Christus Iesus? Et ideo quia in tantum te elevas, consequenter timendum tibi est, ne contingat quod subinfert postea idem propheta, 'nunquid iste est vir qui 'conturbavit terram, qui concussit regna, qui fecit orbem desertum et urbes
40 'eius destruxit, et vinctis eius non aperuit?' 'tu enim terram tuam perdidisti; 'populum tuum', id est oves tibi commissas 'occidisti' malo tuo exemplo, per tuam exactionem, per tuas censuras et excommunicationes; et cum ipse non

---

[2] Sirenes *Vulg.* [4] funic.] Cf. Evang. sec. Ioa. II. 15. [5] spel.] Cf. Evang. sec. Matth. XXI. 13. Marc. XI. 17. Luc. XIX. 46. [9] proph.] Ierem. VI. 3. [17] Isai. III. 4. 5. [18] irruet *Isai.* [23] Isai. XIV. 4...14. sed nec omnia nec adcurate transcripsit auctor. [25] cedentem *l.* [31] Isai. XIIII. 15. [34] Paul. ep. I. ad Tim. I. 15. [35] Paul. ep. I. ad Cor. XV. 9. [36] Isai. XIIII. 16...18. [39] fecit *l.* posuit *Isai.* [40] aperuit carcerem? *Isai.* tu en.] *ibid.* v. 20.

intrare in regnum dei, neque alios etiam permisisti. et reliqua quæ ibi sequuntur: mihi enim ocium non fuit omnia scribendi quæ vir optimus Pasquillus de hoc textu plurima non minus docte quam vere commentabatur.

§. 9. Dixit Vadiscus. Completum est in populo dei quod prædictum est per Esaiam prophetam ca. iii. 'Apprehendet vir fratrem suum et domesticum patris 5 'sui, et dicet "Vestimentum tibi est, princeps esto noster; ruina autem hæc sub "manu tua est." Et respondit in die illa "Non sum medicus, et in domo mea "non est panis, neque vestimentum; nolite me constituere principem populi": 'ruit enim Hierusalem et Iuda concidit, quia lingua eorum et ordinationes eo- 'rum contra dominum, ut provocarent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus 10 'eorum respondit eis, et peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec abs- 'conderunt. ve animæ eorum, quoniam allata sunt eis mala; populum meum 'exactores sui spoliaverunt, et mulieres dominatæ sunt eis.' Ita iam prælati Ecclesiarum et cœnobiorum cum esuriant et nudi sint, nec habeant spiritales cibos, neque Christi tunicam integram reservaverint aliis, et alimoniam et ve- 15 stimenta promittunt, et pleni vulneribus medicos se esse iactant; nec servant illud Mosaicum 'Provide alium quem mittas.'

§. 10. Dixit Pasquillus. Facile erit reformare Ecclesiam dei, si humilientur qui sibi assumpserunt cornua; si deiiciantur de officiis ventres, gulosi, avari, indocti, superbi, false zelosi, et pro his sublimentur humiles, docti, pii et 20 qui traditiones hominum contemnunt et nihili faciunt: sicut scriptum est 'De- 'posuit potentes de sede et exaltavit humiles,' et iterum 'Deus superbis resi- 'stit, humilibus autem dat gratiam'; et iterum de Saul ait dominus 'Cum es- 'ses humilis in oculis tuis, ego te elegi in regem: quando autem elevatum est 'cor tuum, ego te abieci ab oculis meis.' Viderint hæc ampullosi pastores. 25

§. 11. Dixit Vadiscus. Completum est in prælatis Ecclesiæ nostra ætate quod prædixit Esaias propheta capite. iii. 'Vos enim depasti estis vineam meam; 'rapina pauperis in domo vestra: quare atteritis populum meum, et facies pau- 'perum commolitis?' Iam enim prælati Ecclesiarum pauperes delinquentes publice arguunt, excommunicant, aggravant, reaggravant, confundunt; divitibus autem 30 peiora peccantibus ne minimum quidem facere audent, et rapina pauperis est in domibus eorum, quia replent thesauros suos, et Ecclesiæ opibus abutuntur in delitias, publicasque stipes, quæ ad sustentationem pauperum datæ sunt, vel sibi reservant vel propinquis distribuunt, et alienam inopiam suas suorumque faciunt esse divitias. 35

§. 12. Dixit Pasquillus. Vere de Romanensibus et malis Ecclesiæ prælatis impletum est quod dixit Ezechiel ca. ii. 'Domus exasperata est: qui oculos ha- 'bent ad videndum, et non vident, et aures ad audiendum, et non audiunt', quia 'cæci sunt et duces cæcorum.'

§. 13. Dixit Vadiscus. Non ante pacem habebit Ecclesia Christi, nisi prius ex- 40 turbata fuerit sedes illa Satanæ, quæ est Romæ, et tota illa cohors scribarum et phariseorum.

§. 14. Dixit Pasquillus. Pseudoprophetæ illi, id est Summistæ, Canonistæ, Scotistæ, Thomistæ et cæterarum hæresum sectatores, quia 'linierunt parietem

---

[5] Isai. III. 6...10. 12. [7] respondebit *Is.* [17] Cf. Genes. XLI. 33. [19] cornua] cf. p. 579. v. 17. [21] Evang.sec. Luc. I. 52. [22] Epist. Iacob. IV. 6. [23] Cf. I. Reg. XV. 11. sqq. [27] Isai. III. 14. 15. [31] min.] minimft *1.* [37] Ezech. II. 8. XII. 2. [39] Evang. sec. Matth. XV. 14. [44] Cf. Ezech. XIII. 10. sq.

'luto absque paleis et absque temperatura, casuri sunt: erit enim imber inun-
'dans' scripturarum sanctarum, et 'lapides prægrandes desuper ruentes erunt,
'et ventus, et dissipabuntur omnia', quia spiritus sancti non habuerunt condi-
mentum.

5 Dixit Vadiscus. Quod olim Iudæis scribæ erant et pharisæi, hoc nunc §. 15.
Christianis sunt mali pontifices, mali prælati, Romæ domus Annæ et Cayphæ,
ubi denuo Christus crucifigitur.

Dixit Pasquillus. Ego omnia credo, atque pro fide catholica mori §. 16.
sum paratissimus: in Romanum tamen pontificem non credam, si eundum mihi
10 sit in ignem.

Dixit Vadiscus. Dixit olim de scribis et phariseis Christus Matt. xxiij. §. 17.
'Super cathedram Moysi sederunt scribæ et pharisei; alligant onera gravia et
'importabilia et imponunt in humeros, digito autem suo nolunt ea movere;
'omnia vero opera faciunt, ut videantur ab hominibus'; prædicant ieiunia plæbi
15 et subditis, cum ipsi in omnem luxum effluant; prædicant non furandum, et
ipsi totum orbem compilant ubique, et de rapinis offerunt sacrificia; commen-
dant humilitatem, cum ipsi interim dilatent sua phylacteria et magnifaciant
fimbrias. Quæ historia hoc unquam testata est, ut sic incesserit caudatus di-
vus Petrus, ut illi cynœdi, Sardanapali, non dico Cardinales et prælati, sed
20 Milesii, sed bestiæ, sed ventris animalia?

Dixit Pasquillus. Pulchre iam in lucem venit quod prædixit Ezechiel §. 18.
cap. xvij. 'Tu autem prophane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore
'iniquitatis, hæc dicit dominus deus: Aufer cydarim, tolle coronam; nonne
'hæc est quæ humilem sublevavit, et sublimem humiliavit? Iniquitatem, iniqui-
25 'tatem, iniquitatem ponam eam'. Quis non videt dictum esse de Romano pon-
tifice, prophano duce Israelis spiritualis, cuius venit dies in tempore iniquita-
tis? quia iam revelata est malicia eius, fraus, dolus, avaritia, et omne malum
quod fecerunt ipse et patres illius in Germanos. 'sicut leo rugiens capiens-
'que prædam animas devoraverunt, opes et precium acceperunt; viduas etiam
30 'multiplicaverunt', immo stupraverunt in medio Ecclesiæ; 'contempserunt legem
'altissimi, et illius sanctuaria polluerunt'; inter sanctum et prophanum non
habuerunt distantiam, et inter pollutum et mundum non intellexerunt, sed sicut
lupi evigilaverunt ad pecunias et aurum, 'ad effundendum sanguinem et per-
'dendas animas, et avari ad sectanda lucra', dicentes 'hæc dicit dominus', cum
35 dominus non dixisset. 'populum terræ calumniabantur calumnia, et rapiebant
'violenter; egenum et pauperem affligebant, et advenam opprimebant calumnia
'absque iudicio'. Neque illis sufficit quod dixit Apostolus 'Qui serviunt altari,
'vivant de altari', sed postquam ad ministerium dei accesserunt, Cræsi divitias
congregant.

40 Dixit Vadiscus. Ita mandatum erat in lege Deuteron. vi. 'Ligabis ea', §. 19.
videlicet mandata, 'in manu tua, et erunt immota ante oculos tuos'. At illi
pessimi nebulones, adulterantes verbum dei et veritatem dei commutantes in
mendacium et nugacissimas suas nugas, pro lege Christi et dei imposuerunt

---

[1] Non omnia sunt prophetæ verba. [5] Cf. Act. apost. IV. et evangelia. [11] Matth. XXIII. 2. 4. 5. [15] effluant *1*. [17] humilitarem *1*. Cf. Matth. XXIII. 5. philateria *1*. [21] Immo Ezech. XXI. 25...27. [23] iniq. præfinita, hæc *Ez*. [25] eum *1*. [27] Cf. Ezech. XVI. 57. [28] Ezech. XXII. 25. Cf. Psalm. XXI. 14. [30] Cf. Ezech. XXII. 26. sqq. [33] Ezech. XXII. 27. 29. populi *Ez*. [37] Apost.] Paul. ep. I. ad Cor. IX. 13. [38] Cresi *1*. [40] Deuteron. VI. 8. [43] nugaissimas *1*.

nobis traditiones diabolicas, mera somnia, meras fabulationes et superstitiones, unusquisque iuxta sensum suum, neglecto salutari Christi Evangelio. quare recte fecerint probi Christiani, si se quamprimum ab illis excutiant: 'oportet enim deo magis obedire quam hominibus', neque ulla obedientia quicquam valet apud deum quam quæ ex fide est Christi et Evangelio, tametsi multo iam tempore aliud nobis persuaserit superstitio sub velamine religionis: quæ tamen adeo religio non est, ut nisi quamprimum reguletur ex traditionibus Christi, maxima sit etiam impietas, pessimaque hypocrisis.

§.20. Dixit Pasquillus. Pseudoprophetæ huius temporis, Canonistæ, qui prædicant pacem, et non est pax; qui illaqueant conscientias simplicium et protrudunt ad inferos absque ullo termino, utinam nunquam fuissent seductores illi, et demersi essent in profundum abyssi, ne amodo scandalum ponerent infirmis.

§.21. Dixit Vadiscus. Vellem mihi dicerent qui se iactant successores et vicarios Christi, quid est quod ait Christus 'Vos autem nolite vocari rabbi: unus 'est magister vester, omnes autem vos fratres estis; et patrem nolite vocare 'vobis super terram: unus enim pater vester qui in cœlis est, nec vocemini 'magistri, quia magister vester unus est Christus.' Si hoc verum est, quid frustra inflantur? quid sibi sumunt supercilium, ut se patiantur non appellari Magistros Nostros, sed etiam velint adorari? ubi enim quis eos neglexerit, et velut Mardocheus perfidissimo Aman noluerit flectere cervicem, mirum est quantum insaniant, quomodo furiant, ut etiam venena minentur et exitium. hæc iam propria illorum religio, hæc illorum sanctitas, ut vocentur ab hominibus sanctissimi, cum intus sint lupi rapaces,

§.22. Dixit Pasquillus. Ecclesiam destruxerunt servi illi servorum dei, donationes Constantini, et avaritia prælatorum.

§.23. Dixit Vadiscus. 'Ve' Romæ 'civitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in 'ea est'; 'veniet super te multitudo populorum, instructa clypeo et lorica et ferro 'et galea: armabuntur contra te undique', quia usque ad cœlum clamant rapinæ, et furta, et calumniæ pauperum contra te. Iniquitas tua super caput tuum! Adducet super te deus abyssum, et detrahet te cum iis qui descenderunt in lacum, ad populum sempiternum.

§.24. Dixit Pasquillus. Si æternum Ve erit phariseis illis quibus dixit Christus 'Ve vobis qui comeditis domus viduarum, orationes longas orantes; qui 'circumitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum, et cum factus fue'rit, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos', quid superstitiosis illis fiet, id est monachis? de malis dico et iis tantum religiosis qui orationes simulant prolixas, animo alioqui passionatissimi, Milesii, ossa arida Ezechielis, spiritum non habentia, murmuratores, lascivi, invidi, rancorosi, superbi, seminatores discordiarum, deceptores, avari, insidiatores, gulosi, voraces, cynæduli, hypocritæ, bestiales, osores literarum, inimici pietatis. Putas ne deus semel vindicans vindicabit? Atque utinam appareat lupus ille contectus cucullo, ut re-
§.25. missius haberent in iudicio. O deum immortalem, quot illi proselytos corrum-

---

[8] Act. apost. V. 29. [10] Cf. Ierem. VI. 14. VIII. 11. Ezech. XIII. 10. [15] ait] Evang. sec. Matth. XXIII. 8...10. [21] Mardoch.] Esther III. 2. [27] Ezech. XXIIII. 6. [28] Id. XXIII. 24. [30] Cf. Ezech. XXVI. 19. 20. [33] Christ.] Evang. sec. Matth. XXIII. 14. [38] Ezech. XXXVII. 4. [41.sq.] vind. vind.] Ecclesiastici V. 3. [43] immorralem *1. ut sæpe* r *pro* t

punt, quot bonæ spei pueros, iuvenes et virgines mittunt in tartarum. qui si simpliciter errassent, fuissent semel filii gehennæ; nunc vero maiorum exemplo pravo imbuti non tam æquant quam excedunt etiam magistros, ut omnino vere dixerit Esaias propheta 'Omnis hypocrita est et nequam, et universum os lo-
5 'cutum est stultitiam': tantum exteriora nunc respiciunt, id est ceremonias, ut videantur ab hominibus, ut illis imponant, et sub habitu religionis liberius serviant suo ventri ac libidini: taceo Vestales illorum lascivia turpius clam prostitui quam publica scorta.

Dixit Pasquillus. Prophetia Ezechielis ca. xxviij. de rege Tyri non tam §. 26.
10 Tyriorum regi convenit quam nostro Pontifici, siquidem et ille iam dicit 'Deus 'ego sum, et in cathedra dei sedi', cum sit utique homo et non deus, peccator et non Petrus. et in medio lapidum ignitorum ambulavit, donec inventa est in eo iniquitas. et ergo produxit ignem de cœlo dominus, qui comedet eum, et dabitur in cinerem super terram, et omnes qui viderint dicent 'Nihili
15 'factus es, et non eris in perpetuum.'

Dixit Vadiscus. Sicut olim si quis iurasset per templum, nihil erat, si §. 27.
autem iurasset in auro templi, debitor erat, ita quantumcunque quis iam peccet, peccatum non est: sodomia, veneficia, latrocinia, stupra nihil sunt; at si quis romipetam præpediat, ne illuc importet aurum, aut Pontificis literas fal-
20 sificaverit, quo minus illi liceat prædari, furari, non poterit ille absolvi a quoquam quam ab ipsomet Pontifice. O mores, o cæcitatem! o cæci et duces cæcorum, quamdiu patimur vos serpentes et germina viperarum! o exactores ceremoniarios, o patrimonii Christi dissipatores, qui mundo servientes gloriam vanam huius sæculi dumtaxat quæritis! 'Ve vobis qui mundatis quod deforis
25 'est calicis et paropsidis, intus autem pleni estis rapina et inmundicia; quia 'similes estis sepulchris dealbatis, quæ aforis apparent hominibus speciosa, in-'tus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. aforis quidem ap-'paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate.'

Dixit Pasquillus. Si lege caveatur, ut quilibet confessor didrachma §. 28.
30 solvat confitenti, statim futurum erit, ut nemo confiteatur, quia nemo erit qui audiat confessionem: apparet igitur et confessionem alioqui bonam et probe institutam si recte tractetur, et prædicationes et administrationes aliquorum sacramentorum non nisi propter quæstum iam fieri, præsertim a girovagis monachis ordinis Prædicatorum, quia si cascos et quæstum non expectarent, mi-
35 nime prædicarent; nec animas quærunt, sed loculos, et interdum etiam pulchras mulieres. *Darumb hastu ein erbere gemahel, vnd wilt haben dein hauß rein, so gee der pfaffen vnd der landtstreicher myessig.*

Dixit Vadiscus. Martinus Lutherus, vir piissimus, misit falcem suam §. 29.
in messem pontificis Romani, et demessuit sibi nundinas illas indulgentiarum
40 et lucra omnis impietatis, et ideo hæreticus est; quod si hæresim astruxisset de sectanda avaritia, de licita possessione multorum beneficiorum et eorundem expiscatione, de adoratione Pontificis, fuisset donatus quingentis aureis et uno pingui beneficio, sicut Eccius.

---

[4] Isai. IX. 17. [7] vestales] nonnas, moniales. [10] dicit] Ezech. XXVIII. 2. [12] Cf. Ezech. XXVIII. 14. 15. lapidorum *1*. [14] Ezech. l. c. 19. [16] Cf. Evang. sec. Matth. XXIII. 16. [22] genimina Matth. XXIII. 33. Luc. III. 7. [24] Evang. sec. Matth. XXIII. 25...28. [25] parapsidis *1*. [37] landtstrich-|ier *1*. [38] Cf. Marc. IV. 29. [43] Cf. p. 583. v. 35.

nobis traditiones diabolicas, mera somnia, meras fabulationes et superstitiones, unusquisque iuxta sensum suum, neglecto salutari Christi Evangelio. quare recte fecerint probi Christiani, si se quamprimum ab illis excutiant: 'oportet enim deo magis obedire quam hominibus', neque ulla obedientia quicquam valet apud deum quam quæ ex fide est Christi et Evangelio, tametsi multo iam tem- 5 pore aliud nobis persuaserit superstitio sub velamine religionis: quæ tamen adeo religio non est, ut nisi quamprimum reguletur ex traditionibus Christi, maxima sit etiam impietas, pessimaque hypocrisis.

§.20. Dixit Pasquillus. Pseudoprophetæ huius temporis, Canonistæ, qui prædicant pacem, et non est pax; qui illaqueant conscientias simplicium et pro- 10 trudunt ad inferos absque ullo termino, utinam nunquam fuissent seductores illi, et demersi essent in profundum abyssi, ne amodo scandalum ponerent infirmis.

§.21. Dixit Vadiscus. Vellem mihi dicerent qui se iactant successores et vicarios Christi, quid est quod ait Christus 'Vos autem nolite vocari rabbi: unus 15 'est magister vester, omnes autem vos fratres estis; et patrem nolite vocare 'vobis super terram: unus enim pater vester qui in cœlis est, nec vocemini 'magistri, quia magister vester unus est Christus.' Si hoc verum est, quid frustra inflantur? quid sibi sumunt supercilium, ut se patiantur non appellari Magistros Nostros, sed etiam velint adorari? ubi enim quis eos neglexerit, et velut 20 Mardocheus perfidissimo Aman noluerit flectere cervicem, mirum est quantum insaniant, quomodo furiant, ut etiam venena minentur et exitium. hæc iam propria illorum religio, hæc illorum sanctitas, ut vocentur ab hominibus sanctissimi, cum intus sint lupi rapaces,

§.22. Dixit Pasquillus. Ecclesiam destruxerunt servi illi servorum dei, dona- 25 tiones Constantini, et avaritia prælatorum.

§.23. Dixit Vadiscus. 'Ve' Romæ 'civitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in 'ea est'; 'veniet super te multitudo populorum, instructa clypeo et lorica et ferro 'et galea: armabuntur contra te undique', quia usque ad cœlum clamant rapinæ, et furta, et calumniæ pauperum contra te. Iniquitas tua super caput tuum! 30 Adducet super te deus abyssum, et detrahet te cum iis qui descenderunt in lacum, ad populum sempiternum.

§.24. Dixit Pasquillus. Si æternum Ve erit phariseis illis quibus dixit Christus 'Ve vobis qui comeditis domus viduarum, orationes longas orantes; qui 'circumitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum, et cum factus fue- 35 'rit, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos', quid superstitiosis illis fiet, id est monachis? de malis dico et iis tantum religiosis qui orationes simulant prolixas, animo alioqui passionatissimi, Milesii, ossa arida Ezechielis, spiritum non habentia, murmuratores, lascivi, invidi, rancorosi, superbi, seminatores discordiarum, deceptores, avari, insidiatores, gulosi, voraces, cynæduli, hypo- 40 critæ, bestiales, osores literarum, inimici pietatis. Putas ne deus semel vindicans vindicabit? Atque utinam appareat lupus ille contectus cucullo, ut re-
§.25. missius haberent in iudicio. O deum immortalem, quot illi proselytos corrum-

---

[8] Act. apost. V. 29. [10] Cf. Ierem. VI. 14. VIII. 11. Ezech. XIII. 10. [15] ait] Evang. sec. Matth. XXIII. 8...10. [21] Mardoch.] Esther III. 2. [27] Ezech. XXIIII. 6. [28] Id. XXIII. 24. [30] Cf. Ezech. XXVI. 19. 20. [33] Christ.] Evang. sec. Matth. XXIII. 14. [38] Ezech. XXXVII. 4. [41.sq.] vind. vind.] Ecclesiastici V. 3. [43] immorralem *l. ut sæpe* r *pro* t

punt, quot bonæ spei pueros, iuvenes et virgines mittunt in tartarum. qui si simpliciter errassent, fuissent semel filii gehennæ; nunc vero maiorum exemplo pravo imbuti non tam æquant quam excedunt etiam magistros, ut omnino vere dixerit Esaias propheta 'Omnis hypocrita est et nequam, et universum os lo-
5 'cutum est stultitiam': tantum exteriora nunc respiciunt, id est ceremonias, ut videantur ab hominibus, ut illis imponant, et sub habitu religionis liberius serviant suo ventri ac libidini: taceo Vestales illorum lascivia turpius clam prostitui quam publica scorta.

Dixit Pasquillus. Prophetia Ezechielis ca. xxviij. de rege Tyri non tam §. 26.
10 Tyriorum regi convenit quam nostro Pontifici, siquidem et ille iam dicit 'Deus 'ego sum, et in cathedra dei sedi', cum sit utique homo et non deus, peccator et non Petrus. et in medio lapidum ignitorum ambulavit, donec inventa est in eo iniquitas. et ergo produxit ignem de cœlo dominus, qui comedet eum, et dabitur in cinerem super terram, et omnes qui viderint dicent 'Nihili
15 'factus es, et non eris in perpetuum.'

Dixit Vadiscus. Sicut olim si quis iurasset per templum, nihil erat, si §. 27.
autem iurasset in auro templi, debitor erat, ita quantumcunque quis iam peccet, peccatum non est: sodomia, veneficia, latrocinia, stupra nihil sunt; at si quis romipetam præpediat, ne illuc importet aurum, aut Pontificis literas fal-
20 sificaverit, quo minus illi liceat prædari, furari, non poterit ille absolvi a quoquam quam ab ipsomet Pontifice. O mores, o cæcitatem! o cæci et duces cæcorum, quamdiu patimur vos serpentes et germina viperarum! o exactores ceremoniarios, o patrimonii Christi dissipatores, qui mundo servientes gloriam vanam huius sæculi dumtaxat quæritis! 'Ve vobis qui mundatis quod deforis
25 'est calicis et paropsidis, intus autem pleni estis rapina et immundicia; quia 'similes estis sepulchris dealbatis, quæ aforis apparent hominibus speciosa, in-'tus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. aforis quidem ap-'paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate.'

Dixit Pasquillus. Si lege caveatur, ut quilibet confessor didrachma §. 28.
30 solvat confitenti, statim futurum erit, ut nemo confiteatur, quia nemo erit qui audiat confessionem: apparet igitur et confessionem alioqui bonam et probe institutam si recte tractetur, et prædicationes et administrationes aliquorum sacramentorum non nisi propter quæstum iam fieri, præsertim a girovagis monachis ordinis Prædicatorum, quia si caseos et quæstum non expectarent, mi-
35 nime prædicarent; nec animas quærunt, sed loculos, et interdum etiam pulchras mulieres. *Darumb hastu ein erbere gemahel, vnd wilt haben dein hauß rein, so gee der pfaffen vnd der landtstreicher myessig.*

Dixit Vadiscus. Martinus Lutherus, vir piissimus, misit falcem suam §. 29.
in messem pontificis Romani, et demessuit sibi nundinas illas indulgentiarum
40 et lucra omnis impietatis, et ideo hæreticus est; quod si hæresim astruxisset de sectanda avaritia, de licita possessione multorum beneficiorum et eorundem expiscatione, de adoratione Pontificis, fuisset donatus quingentis aureis et uno pingui beneficio, sicut Eccius.

---

[4] Isai. IX. 17. [7] vestales] nonnas, moniales. [10] dicit] Ezech. XXVIII. 2. [12] Cf. Ezech. XXVIII. 14. 15. lapidorum *1*. [14] Ezech. l. c. 19. [16] Cf. Evang. sec. Matth. XXIII. 16. [22] genimina Matth. XXIII. 33. Luc. III. 7. [24] Evang. sec. Matth. XXIII. 25...28. [25] parapsidis *1*. [37] landtstrich-|ier *1*. [38] Cf. Marc. IV. 29. [43] Cf. p. 583. v. 35.

§. 30. Dixit Pasquillus. Cum nuper clam Romam fuissem ingressus peregrino habitu, quadriga vehebatur Pontifex ad campum Martium comburendi causa libros doctoris Martini et illius imaginem: verum cum de more vellet descendere, præceps labitur nasumque, qui illi aduncus est ac prælongus, et vultum in rota impegit: bona fortuna, cum cervicem frangere debuisset, ni a stipatoribus fuisset præservatus. quid si ideo forte præservatus est, ut sapiat tandem ac cognoscat se esse peccatorem, desinatque tandem dementare Germanos?

§. 31. Dixit Vadiscus. Martinum Lutherum virum illum venerabilem et piissimum, alterum nostræ ætatis Hieronymum, si quis combusserit, quemadmodum ignem sibi minantur Romanenses, nemo hoc faciet nisi hæretici.

§. 32. Dixit Pasquillus. Audivi hoc anno concionatorem impendio loquacem, sed indoctum, qui monuit plæbem, quo caveat a lectione librorum Lutheri, quod multa sint in illis acriter et hostiliter dicta in Pontificem. hoc autem non dixit, quia ad eum aliquid pertineret de animabus lucrandis, quas potius salvare debuerat per doctrinam Lutheri, sed quia ipse scortator est maximus et Curtisanus; ideo ne quid sibi diminueretur de stipendiis ad alenda scorta, ad deflorandas virgines, ea dixit: nam de doctrina sana ut illam astruat et doceat, quomodo potest ita propugnare, ita insanire, cum nihil unquam attigerit bonarum literarum, nihil unquam præter Scotum didicerit, alioqui, ut cæteri sophistæ, loquacissimus, indoctissimus, barbarissimus, et ingenio destitutus?

§. 33. Dixit Vadiscus. Moscavienses quum vellent ad Ecclesiam redire atque legatos suos misissent Romam petentes ut in Ecclesiæ gremium reciperentur, Romanus pontifex pro inobedientia, quod se summum ac maximum non agnovissent, adorassent pontificem, octies centum milia ducatorum petiit. quod cum illi audissent, 'Tanti' inquiunt 'nolumus nos emere unionem.' De Boemis nescio quid simile actum est, quorum principes ad hoc conantur, ut ad verum redeant Christianismum: tantum de bonis ecclesiasticis adhuc agitur, et de Pontifice, quem nolunt adorare pro deo.

§. 34. Dixit Pasquillus. Audivi ab indoctis quibusdam monachis, de quibus non constat an indoctiores sint an sceleratiores, quod Martinus Lutherus Bohemorum errorem induxerit in Germaniam, cum revera illi omnibus Bohemis sint peiores: non obstante enim, quod veri monachi non sunt, sed gulosi, lubrici, impii, indocti, adiposi, pietatis destructores, etiam spurii, proditores suorum, et confessionis intemeratissimæ ac sacratissimæ revelatores, facti sunt etiam iudices cogitationum alienarum, et festucam vident in oculo viri christianissimi, et suas maximas trabes non vident.

§. 35. Dixit Vadiscus. Maximum argumentum est, probatam doctrinam doctoris Martini Lutheri, quod Augustenses iam duos vel tres deiecerunt ab officio prædicandi publico, quod Luthero non faverent, Urbanum Regium, virum doctissimum, maxima pecunia conduxerunt qui illis synceriter annunciet verbum dei secundum institutiones Lutheri: quomodo fieri potest, ut civitas tam so-

---

[2] Non memini hunc casum alibi narratum me legere. [6] saptat *1.* [7] peccarem *1.* [10] sibi] ei. [23] Cf. Hutteni *Clag vnd vorman.* v. 353. sqq. [37] Cf. Matth. VII. 3. [39] Urbanum Regium Augustam ad se accersivit episcopus Christophorus a Stadione a. 1520.

lennis, tam populosa, tam Imperialis, tam instructa viris etiam doctissimis et sacerdotibus, possit errare?

Dixit Pasquillus. Ego rem omnem percontatus sum: Lutherani sunt §. 36.
quicunque Christum pie colunt: ecquis enim illum usque huc arguit, et non con-
5 fusus est? Eccius ne ac sui? an Murnarus ille theologus vere miser, impar congressus Achilli? indignus certe, cuius nugis respondeat vir doctissimus. Sed ad Principum comitiam me recipio, nova istic rimaturus: interim Romanistas observabis tu.

HVTTENVS CAPTIVVS.

10 INTERLOCVTORES.

DECIMVS.
CVRTISANI.
MINORITANVS.
HVTTENVS.
15 FRANCISCVS DE SICKINGEN.

Decimus. Adeste, ehodum, adeste, o peculatores, pædicones, ganeones §. 1.
et manipulus furum.

Curtisanus. En adsumus, adsumus, Decime terque quaterque maxime.

Decimus. Quin extemplo comprehendite, iugulate, occidite ferro vel
20 veneno.

Curtisanus. Quos, obsecro?

Decimus. Duos illos seditiosos, scismaticos, Huttenum et Lutherum.

Curtisanus. Bona verba, columen nostrum: arbitrabamur te subita phre- §. 2.
nesi correptum vel mania, qui sic insanias, sic furiis insultes; verum hos fa-
25 cile erit perdere, si sic rebus tuis fuerit consultum.

Decimus. At his e medio sublatis pax erit. tu cæsiæ poculum illi propinato, veneno mixtum, ciboque illius insperso ellebori semiuncia vel scammoneæ, si lubet; quodsi non successerit, armatis copiis vinctum huc protrahito: ego per Curtisanos literis agam apud optimates et Episcopos, ne hunc patian-
30 tur elabi.

Curtisanus. Verum de Luthero quid censes faciundum? §. 3.

Decimus. Idem prorsus: verum hic prior esto Huttenus. quid enim si in omnibus chartis illinierit mea flagitia Lutherus? ingerent tandem hæc fastidium lectoribus, quibus et in iocum et fabulam versus sum; at iocentur libere,
35 modo non noceant: ille non tam portentum nos facit, quam exitium minatur, et Petri inopiam, stipatus tot milibus nobilium Germanorum, quos in promptu est, ut in nos animet homo mire audaculus.

[5 sq.] Verg. Aen. I. 475. [16] geneones 2. [17] manipulus *omnes*. [26] Cæsia, *1643*. cæsia *3*. Quid hoc *cæsiæ* corruptum puto nomen sibi velit parum intellego: an *cassiæ?* venenum aliquod significari adparet; nam de Cæsia a cædendo ficta dea cogitare mos horum dialogorum vetat. [27] Scammonea est succus lactescentis convolvuli decoctus, qui corpus purgat et exhaurit.

§.4. Curtisanus. Ubi igitur Bullæ tuæ, ubi fulmina quæ in hos iaciebas?

Minoritanus. Heus tu, cynæde, cucullum mihi parato obtritum et sandalia laceris suppacta solis, et funem nodosum.

§.5. Curtisanus. Hæc quidem omnia ad manum sunt; verum unum adhuc tibi deest, quo imposturæ tuæ adhibeatur fides, nempe corrugata frons et venter tenuis, nam pingue hoc aqualiculum et obesum caput et lingua petulantissima cupediarium te prodent Cæsari vel heluonem, non hypocritam: vin' diebus quinque te emaceremus in Tulliano?

§.6. Minoritanus. Pape, nihil interest quo sim corpore, modo gestibus et animo sycophantam expressero et hypocritam: hebes est et obtusum Germanorum genus.

Curtisanus. At non tam crassum uti suspicaris, quibus iamdudum nostræ fraudes cœperunt fieri perspicuæ.

Minoritanus. Vos hæc feceritis; ego iam meo fruar consilio.

§.7. Curtisanus. Nos vero quo tandem astu hunc circumveniemus?

Minoritanus. Ha ha! quasi non hoc ad unguem noveritis.

Curtisanus. Siquidem vir est nobilis, magnanimus, neque facile se patietur collidi.

§.8. Minoritanus. Ego Carolum Imperatorem adeo, illic paraturus insidias; interim vos hic præstolamini paulisper.

Curtisanus. Quid si evaserit? quis enim ignoret eiusmodi ludorum exercitatissimum esse, utpote militarem hominem? Si videbitur, mercede conducemus mimos, quorum hic copia magna est.

§.9. Minoritanus. Capta fera est: videtis hunc Catoniano vultu tenerum, flavo capillitio et nigra progredientem barba?

Curtisanus. Videmus.

Minoritanus. Huttenus est. simul omnes in illum obarmamini, multate pugnis calcibusque.

§.10. Curtisanus. Ilico te vinctum dederis!

Huttenus. Vinctum?

Curtisanus. Atqui ut dicimus, ultro te adsignato Decimi captivum.

Huttenus. Captivum? quam ob caussam?

Curtisanus. Disces iam ligatus.

Minoritanus. Cathenas iniicite actutum.

Huttenus. Apagete nebulones. hui! per crucem!

§.11. Abel. Ohe, occidi!

Huttenus. Hui, trucidabo vos omnes. sed quorsum ille aufugit furcifer . . cucullatus? emoriar, ni hunc quo cinctus est fune, præfocavero quamprimum ad eam arborem quæ propior fuerit, præcisis summis manibus et pedibus.

§.12. Franciscus. Quis hic tumultus furconum misere despumantium sanguinem?

Huttenus. Me male multassent, ni me excussissem, atque etiam vinctum perduxissent Romam.

Franciscus. Ita illis licet infringere aulicam libertatem?

